Ciazzij
Disceptation.
Forens: Crimin

DISCEPTATIONES
FORENSES CRIMINALES
Ad Reorum Defensam.

Imprimatur.

Si placet Eminentiss. & Reuerendiss. Domino meo Cardinali Episcopo Maceraten.
Amicus Panicus Prothon. Apost. & Maceratæ Præpositus.

Imprimatur.

Antonius Franciscus Pellicanus Vicarius Gen.

Hieronymus Spinuccius Phil. ac Sacræ Theol. D. & S. Officij Reuis. vidit, & approbat. Imprimatur.

Imprimatur.

Fr. Thomas Maria de Ortonouo Lector, & Vicarius S. Officij Maceratæ.

DISCEPTATIONES FORENSES CRIMINALES AD REORVM DEFENSAM,

AVCTORE

ALMONTE CIAZZIO

A Sancto Seuerino, à perillustri verò, & vetustissima Arimini Vrbe Oriundo I. V. D. & Prothonotario Apostolico.

In quorum fine adsunt duo perutiles, & locupletissimi Tractatus de Confessione Rei; Vnus scilicet contra Fiscum, alter pro Fisco, paucis abhinc annis ab eodem Auctore in lucem editi.

Nitent pariter in fine tria aurea Consilia pro dictis Reis defendendis diligentissimè elucubrata.

Cum duobus Indicibus, primo capitum omnium Disceptationum, secundo iurium, sententiarumq; ac notabilium.

AD EMINENTISSIMVM, AC REVERENDISSIMVM D.

D. ÇARDINALEM VIDONVM.



MACERATAE. M. DC. XXX.

EX TYPOGRAPHIA IO. BAPTISTÆ BONOMI.

CVM LICENTIA DD. SVPERIORVM.

Eminentiſsimo, ac Reuerendiſsimo D.

HIERONYMO VIDONO S. R. E. CARDINALI

Ampliſsimo.

ALMONTES CIAZZIVS.

CVM aduch adoleſcentiæ finibus detentus (EMINENTISSIME PRINCEPS) humanarum litterarum ſpatia decurriſſem, animum naturali quadam inductione ad iuriſperitiam inclinare ſenſi; in qua diuturna verſatus diligentia, antequam in Iuris prudentium numerum adoptarer, dedi non vulgare meæ ſpecimen eruditionis, publicè diſputando hic in Vrbe Sancti Seuerini, quaſi in aperto virtutum Theatro, ſpectante Illuſtriſſimo D. Laurentio Campegio, Dutiæ Comite, qui honoribus indies ſublimioribus auctus, ſuæque familiæ veteres fulgores nouis claritudinibus locupletiores efficiens, huiuſce, per id temporis, Reipublicæ gubernacula moderabatur. Hic ingenita poſtmodum humanitate fretus, cui equidem, quantum eſt plurimum, debeo; cum me Sextodecimo Idus Maij. M. DC. XXIX. doctoratus laurea decoraſſet, effecit, vt propenſiori deſiderio ad eam me Iuriſprudentiæ partem referrem, quæ noſcit criminum cauſas, quaq; non rarò ſum vſus pro Reis depellendi cauſa criminis: Non enim profectò aut quaſdam auſtrales ſtellas, quæ nobis perpetuò deliteſcunt, mihi imitandas decreui, aut nonnullorum nauiculatorum propoſui perſequenda veſtigia, in portu, qui ſemper anchora proiecta conſiſtunt; Sed egreſſus, carbaſa

ventis

ventis tradere minimè pertimescens, vidi scopulosas cotes perdifficiles salebrarum aditus penetraui, neque ratem è vastissimo salo reuocandam censui, donec tuæ sinu benignitatis suspectus conquisitas in locum Xenioli merces obtulisse fas fuerit; quibus, & patrocinij possessionem inirem, & meæ erga te voluntati aliqua ex parte responderem. Et quoniam non parum apud te gratiæ, quæ olim munuscula obtuli, mihi collegisse cognoui, hæsitandum non fuit in cognoscendo, quem præcipuè maiorum elucubrationum mearum in præsentia Patronum eligerem, ac vindicem: Tua enim mihi semper obuia grauitas, tua authoritas, tuique ergà me simulacrum amoris hæsitationem planè omnem sustulerunt, sublatamq; gaudeo quam vehementer, ac lætor; mecum enim actum esset iniquè, si mearum vigiliarum hunc fætum, quem lambendo penè factus Vrsa, efformaui, Disceptationes (inquam) forenses criminales ad Reorum defensam, & tuo nomini dicandas, & tuæ authoritatis in clientelam non transmisissem: Vnde enim vtilius ad oblectationem legentium, vnde opportunius ad theoninam rabiem depellendam, opem sibi comparare valerent, quam ex vite siquidem, ac ex Arce, quæ Illustrissimæ Vidonorum familiæ insignia extant, tuarumque virtutum, humanitatis scilicet, ac fortitudinis testimonia produnt? Vel à quo certius sibi patrocinium precarentur meæ Reorum Defensiones, quæ cum alios tueantur, se ipsas, fateor, tueri non posse, nisi tuam clientelam, & propugnationem adoptarent? Et tandem cuius è dignitate, sapientiæq; fulgore sibi lumen aliquod delibarent, nisi à tua dignitate, multiplicibusq; tuæ sapientiæ radijs claritatem sibi mutuarentur, ac lumen? Multos enim tibi dignitate pares, sapientia neminem conspicimus, quæ radijs lucidissimis totum terrarum orbem perfundens, ità cæterorum faculas infuscat, veluti fons luminis, & origo, suo in hoc Emispherium ex ortu, cœlum, ac terras flammarum luce conuestiens, quę lucent in cœlo, lumina decolorat. Hæc enim libero, apertoq; cœlo diffusa in omnium oculos incurrens, quantopere, & à puero pietatem colueris, verecundiam seruaueris, ac temperantiam, omnemq; vitæ ac morum integritatem dilexeris indicauit. Hæc te Piceni prouinciæ, atquæ apostolicæ Cameræ clericatus à Paulo Quinto fœlicissimæ recordationis Pontifice, ac deinde á Sanctissimo D. N. Vrbano Octauo Flaminiæ, nec non successiuis gradationibns generalis Erarij præfecturæ regimina, magna quidem, ac perdifficilia munia demandata, obeuntem, virum egregium, æqui seruantissimum, virtutumq; omnium exemplar declarauit. Hęc te fecit consuli grauissimis in rebus suspici tuarum nomine virtutum, ac venerari apud eos quoq;, qui te de facie minimè noscentes, famam dumtaxat tuam, iam per orbem citis alis euagantem, acceperant. Hęc nacta denique Theatrum in orbe antiquæ maiestatis, & gloriæ domicilio, eas egit optimè partes, quæ d. Summo Pontifice Vrbano Octauo sedente tibi purpuram maturarunt. Incredibile verò dictu videtur, quantum tibi authoritatis hoc præclarissimo Vrbani testimonio accesserit, quantumq; splendoris tuæ Illustrissimæ familiæ insignibus, tuoq; fratri Illustrissimo D. Cæsari Marchioni meritissimo purpura ista, quam tua tibi merita pepererunt addiderit: Sed quia tuarum, oblatam mihi segetem, laudum aggredi, nec epistolæ, nec mei ingenij opis esse prospicio, alijs conscribendorum pro tua dignitate, panegirricorum, curam derelinquens, hoc vnum adiungam, tuas me semper virtutes

tutes

tutes innumeras micantissimis astrorum luminibus comparasse, quibus veluti gratissimam istius sacræ purpuræ Auroram successisse conspeximus ita Solem illum Auroræ isti successurum, erit aliquando conspicere. Accipe igitur (Eminentissime Princeps) hunc librum tuo nomini nuncupatum quasi propensionis erga te meæ testimonium, meque in Sacratissima tuarum Ædium penetralia introferri, atque ad aram tuæ sapientiæ, cum tenuitatis meæ donario, accedere ne grauueris. Benè vale, & meæ vigiliæ, qualescunque sint, te, si quando grauioribus negocijs expeditum, & à curis omnibus feriatum, offendent, aditum ad te facilem habeant. Sancti Seuerini die 20. Mensis Septembris. M. DC. XXX.

Illustribus Admodum DD.

ARIMINENSIBVS

Almontes Ciazzius.

DVM in huius mei operis lemmate me ab Vrbe vestra fœcundissima virorum parente oriundum appello, mihi quodamodo veluti lunæ quæ in fimo Cœlorum orbe conuertitur, contigisse prospicio; illa siquidem non suo, ego pariter alieno lumine magis, ac magis enitescere gestio, si modo alienus à me vester, quem mihi vendicare studeo, splendor censendus videbitur, cum profectò parente Ioanne Antonio vestræ Ciuitatis patritio me genitum sentiam, patronosque admodum Reuerendum D. Oratium olim Cathedralis Ecclesiæ Santæ Columbæ canonicum, nec non D Vincentium D. Antonij Marię patrem habuerim e Ciazziorum familia quę plures istorum Optimatum de Ciuitatis certè Consilio procerum familias cognatione complectitur. Dominorum nempè Comitum Bandorum, atque Ricciardellorum; nec non Dominorum de Belmontibus, de Bencijs, de Pauonijs, de Battaglinis, de Secundis, de Cimis, de Lalijs, de Gallis, &c. quamuis hæc Sancti Seuerini Ciuitas diem mihi natalem ediderit quæ quidem vetustioris Septempedę parietinis noua quasi Fenix rediuiua, eximiaque Illustrissimi D. Ascanij Sperelli nobilissimi Asisiensis d. Ciuitatis Antistitis, nec non Perillustris, ac Reuerendissimi D. Francisci eius nepotis Episcopi coadiutoris charitate suffulta. me sacerdotio, pluribusque Ecclesiasticis Beneficijs auctum inter plurimos, quibus gloriatur enumerat: Nec quidem abre Sperella siquidem familia, cui me ad dictum profiteor, ea est (inquam) quæ per innumeros annorum cursus ingenuorum, ac nobilissimorum serie non intermissa virorum, praclarissima, quibus semper munia demandata fuere vberrima semper extitit procreatrix, ac parens, è quibus Illustrem admodum D. Sperellum tali nomine secundum genitoris, atque Aui in vtroque iure Virorum quidem insignium clariora secutum vestigia silentio minimè prætereundum duco, qui singulis ferè Ciuitatibus Vmbriæ istiusque Flaminiæ Prouinciæ, nomine sub Gubernatoris magnificentissimè præfuit, qui operosa pluries negocia apud Imperatorem Carolum Quintum benè, fœliciterque confecit; qui denique sex liberos suscepit. eosque ità egregijs artibus erudiuit, vt toga singuli, non minus quam armis natales suos illustriores effecerint quos inter Illustrissimus D. Ascanius Episcopali hodie dignitate conspicuus, veluti quidem inter sidera Phebus cæteris omnibus magis elucescit, & emicat. Me igitur tanti Præsulis benignitate complexum, munificentia cumulatum. protectione defensum nè queso, & vos dedignemini vestrum ciuem Arimino oriundum suscipere, eoque me complecti amore, quo filios consueuistis, ac si minus vlla vobis fiet dignitatis accessio à vestra nihilominus gloria minimè alienum censebitur, si meæ originis primordia, temporum obliuione demersa, viuentium, ac posterorum memoriæ referenda curabitis. Valete. Sancti Seuerini die 20. Mensis Septembris. 1630.

INDEX

INDEX
DISCEPTATIONVM CRIMINALIVM ad Reorum Defenſam.

INDEX.

INDEX

Locupletissimus rerum, sententiarum, rationum, iurium, atq; casuum criminalium ad Reorum defensam in hoc opere contentorum alphabetico ordine digestus.

A

B

C

Causa

de

Con-

Con-

Con-

b 2 Con-

Con-

D

Excul-

Fal-

Fama

Famæ

Homi-

Indi-

L

M

Metus

Mulie-

N

Mulie-

N

P

Pœnam

Q

Senex

INDEX.

T

vide-

Testes

necesse

Testes

INDEX.

Tortura

Tor-

Vulne-

INDEX.

FINIS.

DISCEP-

DISCEPTATIONES FORENSES CRIMINALES AD REORUM DEFENSAM.

Summarium.

1 *Iudex christianus maiorem honorem adipiscitur ex absolutione Rei, quam ex condemnatione.*
2 *Iudex maleficiorum qui anhelat ad condemnationem valde est reprehendendus.*
3 *Iudex in humaniorem partem inclinare debet.*
4 *Iudex testium dicta coadiunare debet, & vt excludatur delictum strictam debet facere interpretationem.*
5 *Iudex qui est manu promptus in puniendo, dicitur crudelis.*
6 *Iudex omnia cautè facere debet, quod enim incautè factum est, cautè euitandum est.*
7 *Iudex cum dolore, & inuitus trahi debet ad pœnam.*
8 *Iudex. si glorietur in morte hominis, homicida est, vbi alias minister Dei dicitur.*
9 *Iustitia vera habet compassionem.*
10 *Iudex minorando pœnam mortis non peccat.*
11 *Iudex in criminalibus promptior esse debet ad absoluendum quam ad condemnadum.*
12 *Iudex sponte sua, debet defendere innocentiam Rei.*
13 *Iudex iustius peccat in absoluẽdo, quam in condẽnando.*
14 *Iudex debet esse sollicitus de anima Rei condemnati.*
15 *Iudex, cum in terris sit minister Dei, debet conformare iudicium suum cum iudicio Dei.*
16 *Deus non fallit per præsumptionem.*
17 *Iudex debet sequi veritatem & ipsam summopere iuuare, & ad lucem perducere.*
18 *Iudex non debet Reum condemnare ad mortem ex præsumptionibus*
19 *Præsumptiones non reddunt rem claram ad exequendã sententiam capitalem.*
20 *Iudex non debet iudicare secundum apparentiam extrinsecam.*
21 *Iudex in dubijs potius contra Fiscum, quam contra Reũ pronunciare debet.*
22 *Iudices, qui legitimis non extantibus inditijs torturam infligunt, reprehendendi sunt.*
23 *Tortura à Iudice vsitatus, & debitus modus, & non periculosus est tenendus.*
24 *Iudex christianus sẽper querere debet vt Reus saluus sit.*
25 *Opinio benignior in criminalibus semper est tenenda.*
26 *Opinionem, quæ in non delictum sonat, & quæ magis æquitati, quam rigori fauet, Iudex sequi debet.*
27 *Opinio etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pœnæ, est amplectenda.*
28 *Opiniones quando sunt duæ quarum vna fisci est communis, & seuerior; altera Aduocati non communis; & mitior; fisci opinio communis est relinquenda, & non communis, & mitior Aduocati amplectenda.*
29 *Pœna in puniendis delictis semper est eligenda minor.*
30 *Probationum conflictu seu concursu semper præfertur fauorabilis, & postponitur odiosa.*
31 *Probatio illa attenditur, quæ excludit delictum.*
32 *Probationes duæ quando essent fauorabiles, præualet magis fauorabilis.*
33 *Probationum conflictu illa attenditur, quæ stat pro Reo.*
34 *Probationum conflictu Reus per Iudicem absolui debet:*
35 *Probatio non plena totaliter ità offuscat, & obumbrat probationem Accusatoris, & Curiæ, quod necessariò sequi debet absolutio.*
36 *Probatio inferior, dubia, & imperfecta pro Reo sufficit ad ipsius absolutionem, & fisci confundit probationem.*
37 *Probatio inferior, dubia, & imperfecta fisci non potest elidere liquidam probationem Rei.*
38 *Probatio fisci quando redditur dubia ex probationibus Rei, Reus non potest damnari, sed absolui debet.*
39 *Testes deponentes in specie, præferuntur testibus deponentibus in genere.*
40 *Probatio obscurior, & incerta in dubio illa præualet, quæ stat pro defensione Rei.*
41 *Probationum conflictu, seu concursu, quando discerni non potest, quæ nam sint verisimiliores, & potentiores hinc inde, tunc pronunciandum est pro Reo.*
42 *Probationes quando sunt pares hinc inde, tunc se confundunt, & quæ sunt pro Reo attenduntur.*
43 *Probatio Rei tunc maxime attenditur, quando habet iniunctam aliquam præsumptionem.*
44 *Probationis fides ex coniecturis augetur.*
45 *Probationes in criminalibus ad fauorem Rei, etiam post conclusum in causa attenduntur.*
46 *Testium conflictu, seu concursu illi præferuntur qui deponũt pro Reo excludendo delictũ non autẽ testes fisci.*

47 *Testibus minus dignis, & minus idoneis Rei creditur plus quam dignioribus fisci.*
48 *Testes Rei præferuntur testibus fisci, quia deponunt magis verisimilia, cum habeat iuris præsumptionem pro se.*
49 *Testes Rei habent præsumptionem naturalem pro se.*
50 *Naturæ præsumptio neminem delinquere velle.*
51 *Maleficium omne pugnat contra naturam.*
52 *Testium concursu præferuntur qui sunt plures numero.*
53 *Testes pauciores præferuntur ad fauorem Rei.*
54 *Testis vnicus pro defensione Rei sufficit, & a mortis pœna excusat.*
55 *Frater, & Domesticus admittuntur fauore defensionis.*
56 *Testes quando hinc inde sunt pares numero, testes Rei præferuntur.*
57 *Negatiua quando est vaga, & improbabilis, magis creditur testibus fisci, quam Rei.*
58 *Negatiua quando est coarctata ad certum locum, & tempus, tunc ita creditur testibus negantibus, sicut affirmantibus.*
59 *Negatiua quando est coarctata ad certum locum, & tempus, creditur testibus pluribus numero, vel dignioribus.*
60 *Testibus negantibus tantum creditur quantum affirmantibus, quando testes deponant actum fieri non potuisse, quin ipsi vidissent.*
61 *Testibus quod plus credatur affirmantibus, quam negantibus, non procedit in criminalibus.*
62 *Testibus negantibus fauore defensionis magis creditur, quam affirmantibus contra ipsam.*
63 *Negatiua quandò cadit in sensum testis sicut affirmatiua, ità creditur negantibus, sicut affirmantibus.*
64 *Testium dicta ad fauorem Rei semper sunt iuuanda.*
65 *Testium dicta debent interpretari, ne videantur captiosa.*

DISCEPTATIO I.

De pia Iudicis iustitia erga Reum.

NEMINI mirum esset debet, si ego
in hoc meo nouiter elucubrato Tra-
ctatu rationes, DD. authoritates, &
iura solum ad Reorũ defensam addi-
xerim; quoniam, cum sim Sacerdo-
tali dignitate insignitus, alias contrarias ra-
tiones, DD. authoritates, & iura contra
dd. misellos Reos Fisco à me non esse sug-
gerenda putaui. Et de hoc Iudices crimina-
les me taxare, seù reprehendere non debent;
quia illud mihi in animum semper iuduxi,
1 quod quilibet christianus Iudex maiorẽ ho-
norem adipiscitur ex absolutione, quam ex
condemnatione. Paul. de Castr. cons. 291. vi-
sa Inquisitione in 3. vol. in fin. Hinc Petr.
2 de Anchar. cons. 25 inuehitur contra Iudices
maleficiorum, qui anhelant ad cõdemnatio-
3 nem: Et iure optimo quidem, tũ quia Iudex
in humaniorem partem inclinare debet, nẽ-
pè in absoluendum Reum, & non in torquẽ-
dum, seu condemnandum, Alex. cõs. 19. n. 1.
Alciat. tract. de præsumpt. reg. 3. præsum. 39.
Abb. c. afferte gladiũ de præsumpt. Vulpell.
4 quest. 47. n. 6. tum etiã, quia coadiuuare te-
netur testium dicta, & vt excludatur delictũ
strictam debet facere interpretationem. Bald.
in c. ius gentium, §. quod ferè. ff. de pact. & in
l. Imperator. col. 3. ff. de stat. hom. Gram. cõs.
5 33. num. 9. nanq; Iudex, qui est manu prom-
ptus in puniendo, crudelis dicitur: Et ideo
omnia prius cautè considerare debet; quod
6 enim incautè factum est, cautè euitandũ est
c. 1. & fin. de sacra non reiter. Boss. tit. de fa-
7 uor. defens. num. 1. Immo cum dolore, & in-
uitus trahi debet ad pœnam. 23. q. 5. quasi
per tot. maximè in c. milites, & in c. cum
minister. Ità per Ioan. Fabr. in Rubr. instit.
de publ. Iud. Boss. d. tit. de fauor defens. nu. 1.
8 Ratio est, quia si glorietur in morte hominis,
homicida est, vbi alias minister Dei dicitur.
Vt per d. Ioan. Fabr. vbi supra Angel. ibi, cum
9 vera iustitia habeat compassionem. Vt ait
Gregor. 45. distin. c. vera iustitia. Refert, &
sequitur Aret. cons. 164. col. pen. in fin. Nec
Iudex aliter dicere debet, quoniam minoran-
10 do pœnam mortis non peccat. Sfor. Odd.
tract. de restit. in integr. par. 2. q. 81. n. 37. seq.
Onded. cons 99. nu. 48. seqq. vbi pluribus, &
11 validissimis affirmat rationibus. Et ideò in
criminalibus promptior esse debet ad absol-
uendum, quam ad condemnandum, quia
12 tunc censetur dignus maiori honore. Boss. d.
tit. de fauor. defens. num. 6. vnde sponte sua
debet semper defẽdere innocentiã Rei. Boss.
tit. de litteris Principis. n. 4 Et id facere potest
nemine instante. Idem Boss. d. tit. de fauor.
defens. n. 6. & de hoc dubium habere non de-
13 bet; tum quia iustius peccat in absoluendo,
quam in condemnando Bal. cons. 515. in fin.
vol. 5. Tum etiã quia debet esse sollicitus de
14 anima Rei condemnati; & qua diligentia
vti debeat vide Boss. tit. de execut. sent. n. 21.
15 Immo dicitur, quod in discussione causæ,
cum in terris sit minister Dei, debet confor-
mare iudicium suum cum iudicio Dei c. 1. de
16 re iudic. lib. 6. sed Deus non fallit per præsũ-
ptionem c. nouit. de offic. delegat. Ità & Iudex
17 debet sequi veritatem, & ipsam summopere,
iuuare, & ad lucem perducere, Castrens. cons.
380. in princ. vol. 1. & non condemnare ad
mortem ex præsumptionibus, quæ non red-
18 dunt rem claram, vt requiritur ad exequen-
19 dam sententiam capitalem. Nanq; iudicare
secundum apparentiam extrinsecam non est
20 tutum. vt scribit Caualcan. in tract. de Brach.
regio.

regio. in verb. iudicare secundm apparentiã
11 extrinsecam. Et illud est ipsi semper menti tenendum, quod in dubijs potius contra Fiscum, quam contra Reũ pronunciare debet Vital. in princ. sui operis malef. vbi egregie admodum ponit ea, quæ ad Iudicem incumbunt, quãdo iudicat. l. Arrianus ff. de actio. & obligatio, & in l. non puto ff. de iure Fisci. De quą tamẽ l. nõ puto vide Alex. in l. 1. ff. solut. matrim. & Dec. in Reg. in ambiguis pro dote ff. de reg. iur. Et idem quod d. l. Arrianus, vult etiam Text. in c. Domino Guerra §. promptiores in tit. hic finitur l. Corrad. inci. cõsuet. Regni. & capitul. ex litteris de probat. Boss. d. tit. de fauor. defens. n. 1. Quæ cum ità sint, vehementer sũt reprehendendi illi crudeles, &
12 sanguinarij Iudices, qui vt vanam, & inanẽ nescio quam gloriam auccupentur, legitimis nõ extantibus inditijs, præsertim torturam, atq; noua tormentorũ genera contra eius, & fas misellis infligunt Reis, ità vt præ seuitia aut dd. Rei deficiant in tortura, aut membra rumpantur, ità vt in perpetuũ reddãtur inutiles; quos etiam grauiter reprehẽdit Anton
13 Gomez. tom. 3. variar. resolut. c. 13. n. 5. Visitatum ergo & debitum modum, & non periculosum in tormentis retineant. Et christia-
14 nus Iudex habeat illa Iuris consulti verba sẽper in mẽte in l. quęstionis modũ ff. de quęst. Itaq; quæstionẽ habere oportet, vt seruus saluus sit vel innocentiæ, vel supplicio: quod rectè quoq; admonuit Panorm. in c. cum in contemplatione q. 3. num. 4. extra de reg. iur. Caueãt igitur dd. crudeles, & sanguinari Iudices, caueant quęso, nè dum iniustè misellorũ Reorum corpora per tormenta iudicando excruciari mandant, proprias animas post mortem excruciandas ad pœnas iustè mandent æternas.

Et Fiscus piam hanc meam opinionẽ. seù sententiã haud egrè, molesteq; ferre, & mihi irasci non debet; quoniam iuxta veros iuris tramites quilibet bonus, & christianus Iudex quãdo inter Aduocatũ Rei, & Fiscũ ipsũ super aliqua criminali causa disceptatur, ac variæ, & diuersæ ab ipsis corã d. Iudic. DD. afferũtur opiniones, authoritates, & rationes nẽpè ab Aduocato, quæ tendunt ad absolutionẽ, & à Fisco quæ tendunt ad pœnã; æquio-
25 res, ac benigniores Aduocati debet amplecti opiniones, & rationes l. proximè de his, quæ in testa. delen. quæ magis æquitati, quã rigori fauẽt. l. in omnibus. l. sẽper in obscuris. vbi
26 Dec. de reg. iur. Ias. in l. 1. col. 4. ff. de legib. & quæ in non delictis sonant. l. merito ff. pro soc. Vulpell. cons. 123. num. 12. Immo quæ-
27 libet Aduocati opinio pro Reo, etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pœnæ, ab ipso est amplectenda l. benignus ff. de legibus cum vulg. nec nõ quãdo inter Aduocatũ, & Fiscũ
28 duæ sunt opiniones, quarum vna fisci est cõmunis, & seuerior. Altera Aduocati nõ cõmunis, & mitior; tunc ab eodem et opinio communis, & seuerior Fisci est relinquenda; & non cõmunis, & mitior Aduocati amplectẽda. Vt benè, & doctè tradit Rolan. à valle cõs. 51. n. 44. vol. 1. & cõs. 64. nu. 31. vol. 2 & optima ratione quidem, quia conflictu, seù concursu opinionum DD. in puniendis delictis est semper animaduertẽdum, quod pœ-
29 na mitior est eligenda. Ita eleganter scribit Bal. in c. de causis. n. 15. de offic. delegat. Et id procedit, quamuis contra eam aliquando iudicatum fuerit, cum vel imperitè, vel dolo id potius euenire potuerit, quã pro rei veritate. Vt post multos, quos allegat, ostẽdit Menoc. cons. 59. n. 8. seq. lib. 1. Ità pariter dicendum
30 est in probationum conflictu, seù concursu, quia illa probatio præfertur, quæ est fauorabilis, & postponitur odiosa. Barbat. cons. 39.
31 col. 2. vol. 1. vers & adduco quod voluit Bal, cum attendatur, quæ excludit delictum. Ful-
32 gos. cons. 198. col. 2. Gram. cons. ciuil. 69. Et vbi duæ essent fauorabiles, præualet magis
33 fauorabilis. Barbat. d. cons. 39. idest illa attenditur, quæ magis facit pro Reo. Alber. l. Titię Testores col. 2. de legat. primo Boer. decis. 42. in fin. Ruyn. cõs. 145. vol. 5. n. 7. Bal. Rubr. de controuers. Et id dicitur, quando aliqui in eadẽ causa probant pro Reo, & alij
34 contra Barbat. d. cons. 39. quia tunc Reus per Iudicem absolui debet. Bal. Rub. de controuers. inuestit. in fin. Cæterũ dato etiam quod
35 ad fauorem Rei esset probatio non plena totaliter; tamen ità offuscaret, & obumbraret probationem Accusatoris, & Curiæ, quod necessariò sequi deberet absolutio. Ias. post Bart. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. de no. op. nunciat. vers. 2. cõclusio Bart. Corn. cons.
36 134. vol. 4. col. fin. quod etiam procederet, quamuis esset inferior, dubia, & imperfecta; Ratio est, quia in criminalibus probatio Rei dubia, & imperfecta non solum offuscat, & obnubilat d. probationem Fisci, & Curiæ sed etiam ipsam confundit. Boss. tit. de con-
37 uict. n. 60. Id quod facere nõ potest probatio inferior, dubia, & imperfecta Fisci, quæ non potest elidere liquidam probationem Rei. Ita

38 Bal.post Cyn.in l.de re.C.de donat.āte nupt.
Qua quidem ex re quando probatio Fisci ex
probationibus Rei redditur dubia, Reus non
potest damnari, sed absolui debet, Alex.cōs.
39 15.vol.1.nu.9. Et est celebre dictum Innoc.
in c.auditis, de præsumpt. quod testes depo-
nentes in specie præferuntur deponentibus
in genere. Verum ne ab ordine exprimendi
probationem recedatur; dicitur quod in du-
bio probatio, quando est etiam obscurior, &
40 incerta inter Fiscum, & Reum, illa præua-
let, quæ stat pro defensione Rei, Alex.cons.
76. & cons. 109. in 1. Ias.in d.l. non solum.
Claud.vulg.l.vt vim, Aym.cons.2.num.16.
41 Vulpell. cons.97. nu.5. Immò quando non
potest discerni, quæ probationes sint verisi-
miliores, & potentiores hinc inde, tunc etiam
42 pronunciandum est ad fauorem Rei, Alex.
cons.24. vol.2.nu. 28. Sed si sint pares hinc
inde, tunc inuicem se confundunt, & quæ
sunt pro Reo attenduntur. Brun.tract.de in-
dit.in 8.q.principali. Alex.cons.30.vol.7.n.
12.Ioan.de Amic.cons.137.nu.29.Ratio est,
quia (vt dictum est) inter probationes illa
attenditur, quæ tendit ad exclusionem deli-
43 cti. Fulgos. cons. 198. Gram. d. cons. ciuil.
59. num. 7 Et maxime quando est ei aliqua
præsumptio iuncta. Ita Bal.in l.si duo patro-
ni,in lect.antiq.ff.de iureiur. Alex.cons.236.
vol.2. Idem Bald.in l.fin.C.comm.vel.epist.
44 Vbi quod probationis fides ex coniecturis
augetur, & quæ habet meliores coniecturas,
vincit, quamuis post conclusum in causa;
cum probationes in criminalibus ad fauo-
45 rem Rei etiam tunc admittantur. Bart. post
illum Text.in l.Diui Fratres ff.de pœn. Idem
Bart.in l.si accusationibus,col.vlt.C.de accu
sat. Et hæc de conflictu, seu concursu opi-
nionum, & probationum pro nunc dixisse
sufficiant, quoniam vt melius appareat, quod
semper est defendendus Reus, dicendum est
etiam de conflictu, seu concursu testium; in
46 quo quidem illi pariter præferuntur, qui
deponunt pro Reo excludendo delictum,
non autem testes Fisci. Fœlyn. in c. cum P.
Manconella, in fin. de accusat. Ruyn.cons.
158. num.14. vol.5. Barbat.d.cons.39.vol.
2.vers.& adduco quod voluit Bal.vol.1.Vbi
47 quod plus creditur duobus laicis dicentibus
quem non deliquisse certo loco, & tempo-
re,quam duobus Clericis dicentibus eum de-
liquisse certo loco, & tempore; quamuis
laici sint minus digni, & minus idonei. Fœ-
lyn. in d. c. cum P. Manconella. Ruyn.
d. cons. 158. Glos. in c. Clerici. 81.distin.
48 Nec mirum, quia deponunt magis verisimi-
lia,cum habeāt iuris præsumptionem pro se
Ioan.de Plat.l.quæcunq; ad fin.C.de apoch.
49 publ.lib.10. Et cū eis concurrat quoq; præ-
sumptio Naturæ. Ruyn. cons. 67. vol. 1. in
princ. Quæ iuris, & Naturæ præsumptio di-
50 ctat neminem delinquere velle.Bal.c.cum in
51 iuuentute. de præsumpt. Vbi.subdit, quod
omne maleficium pugnat cōtra naturam. Et
ideo iure optimo quidem testes deponentes
52 ad fauorem Rei præferūtur testibus deponē-
tibus ad fauorē Fisci.Et id maxime procedit
quando sunt plures numero. c. in nostra. de
53 test.l.ob carmen.§.fin.ff.eo.tit.Quinimò præ
feruntur,etiam si essent pauciores. Bal. l. te-
stium; col. pen.C.de test.cū vnicus testis su-
fficiat pro defensione Rei, & à pœna mortis
54 excuset. Vt bene probat Anchar.cons.285.
Claud.in repet.l.vt vim ff.de iust.& iur.Egid
tit. de fauor.defens. n. 2. etiam quod non sit
omnino idoneus, & id fauore defensionis,
55 pro qua etiam frater, & domesticus admit-
tuntur.Vt late congerunt Dec.& Ias.in d.l.Vt
vim.Vulpell.cons.66.n.8.nam testes Rei mi-
nus idonei, & minus digni præferūtur testi-
bus Fisci (Vt supra dictum est) ex quo stāt
pro Reo.Fœlyn. in d. c. cum P. Manconella
in fin. de accusat. Et ideo Iudex promptior
esse debet in absoluendo, quam in condem-
nādo(Vt pariter dictum est) Abb.in c.ex lit-
teris.col.3.& ibi Fœlyn c.2 in vlt.notab.de
probat. Ratio est,quia iura promptiora sunt
absoluere,quam condemnare (Vt quoq; di-
ctum est) De probat.c. ex litteris. de fid. in-
strum.& c.inter dilectos.sed dato quod testes
56 Rei nō essēt plures numero,sed hinc inde es-
sēt pares, adhuc testes Rei præferuntur,& il-
lis magis credendū,qui sunt digniores. Dec.
57 cons. 342. n. 2. Nec obstat; quod testes Rei
deponant negatiuam,& ideo magis sint cre-
dēda cōtraria; quia id habet locū, quādo ne-
58 gatiua est vaga, & improbabilis; sed quādo
est coarctata ad certū locū,& tēpus, tunc ita
creditur testibus negantibus, sicut affirmāti-
bus Abb.c. in nostra in fin. de test. Vbi etiam
59 Aret.col. 2. Et ideo eo casu creditur testibus
vel pluribus numero, vel dignioribus secūdū
regulam ordinariam testium.Bal.c. 1. ad fin.
in content.inter me,&Dominum.de portion.
60 fœud. Ruyn.d. cons.145.col.1. n.5. Immò
tantum creditur testibus negantibus,quantū
affirmantibus,quando testes deponunt,actū
fieri non potuisse,quin ipsi vidissent.Glos.in
§.si

§. si verò absint in verb. & vidisse Auth. de he
red. & falcid. Fœlyn. d. c. in nostra col. 3. de
61 test. Tamen in omni casu Regula, quod plus
credatur testibus affirmantibus, quam negan
tibus non procedit in criminalibus. Rolan. l.
1. §. fin. num. 9. de verb. obligat. Fœlyn. d. ca.
62 cum P. Manconella in fin. de accusat. Quinimò in criminalibus fauore defensionis magis
creditur negantibus, quam affirmantibus secundum communem opinionem l. in illa. in
fin. de verb. obligat. Rom. in d. l. 1. §. fin. nu. 9.
eo. tit. Fœlyn. d. c. cum P. Manconella Ias. cōs.
63 167. vol. 4. col. pen. verum quando negatiua
cadit in sensum testis, sicut affirmatiua, ità cre
ditur negantibus, sicut affirmantibus. Imol.
Abb. & Fœlyn. col. 3. c. 3. loco de prob. Abb.
c. bonę memorię el primo col. 5. de elect. dicens, quod ea ratione tantum creditur testibus di
centibus v. g. Petrum habuisse pileum in capite, quantum dicentibus non habuisse. Sed
quid multa? omissis his, illud est mihi dicendum, quod Iudex, vt iustius, atq; securius pro
cedat in criminalibus, omninò menti tenere
64 debet, quod testiũ dicta ad fauorē Rei sēper
sunt iuuanda. Bal. l. de quibus. col. fi. de leg. &
debēt interpretari, nè videātur captiosa. Hinc
est, quod si testis v. g. dicat aliquid actũ præ-
65 sentibus Petro, & Paulo, deinde dicat, nullos
fuisse præsentes, intelligitur illis exceptis, de
quibus deposuit Tradit. alber. l. non erit n. 3.
ff. de iureiur. Angel. l. ex militari. ff. de test.
milit.

SVMMARIVM.

1 Inditia legitima ãtecedere debēt, ãtequã infligatur tortura
2 Inditia debent esse benè probata.
3 Diffamatio inquisiti adesse debet vt possit infligi tortura.
4 Inditia debent esse à iure approbata, vel saltem communi voto a magnis DD. recepta.
5 Inditia leuia non sufficiunt ad torturam etiam in atrocissimis, in occultis, & difficilis probationis.
6 Inditia debent esse talia vt delictum vix denegari possit.
7 Inditia vt afficiant, per duos testes sunt probanda.
8 Inditia non debent esse à maleficio remota.
9 Inditia vt probentur, non sufficit vnicus testis
10 Testis vnicus facit solum quale quale inditium
11 Inditia vt probentur duo requiruntur testes.
12 Inditia per plures testes probata, si non sint contestes de loco & tempore alicui non præiudicant
13 Testes nō cōtestes de loco, & tempore in inditijs remotis dicuntur singulares, & nullum pariunt inditium
14 Testes duo quorum vnus de vno inditio remoto deposuit, alter de alio etsi contestes de loco, & tempore non coniunguntur.
15 Testes dicti non coniunguntur ad faciendum, vnum inditium perfectum.
16 Testes duo deponentes super vno inditio, & non super pluribus non probant
17 Domestici ob furtum factum in domo non sufficiunt ad torturam, quia est vnum inditium tantum a maleficio remotum.
18 Inditium quando est adeò remotum, vt ex illo nihil inferatur, non afficit
19 Socius criminis probans inditium non attenditur.
20 Negatio quando est rei illius, cuius affirmatio non est in consideratione non preiudicat.
21 Tortura tunc potest infligi, quando suspectus est Reus & multis argumentis, tamen multa alia requiruntur.
22 Inditia singula sunt plenè probanda per duos testes contestes de loco & tempore idoneos.
23 Testes debent esse contestes de loco & tempore, & non singulares.
24 Testis vnius singularis dictum debilitat dictum alterius.
25 Testes deponentes de diuersis locis, & temporibus dicuntur singulares & non sunt attendendi.
26 Inditium remotum à maleficio debet concludenter probari per duos testes contestes.
27 Testes contestes debent esse idonei, & omni exceptione maiores.
28 Testibus non omni exceptione maioribus, vt v. g. sunt vilis & pauper non adhibetur tanta fides.
29 Testibus non omni exceptione maioribus non adhibetur tanta fides in inditijs remotis, & in circũstantijs delicti.
30 Inditia ad torturam debent esse magna certa, clara, propinqua, probabilia, vrgentia; non leuia, equiuoca & perfunctoria.
31 Inditia dicta debent constare esse talia per probationes non autem per præsumptiones, coniecturas &c.
32 Inditia debent esse talia quod verisimile sit, delictum fuisse commissum ab illo, contra quem inquiritur.
33 Immo debent esse talia, vt iudici nil aliud desit quam delinquentis confessio.
34 Inditia debent esse talia, vt cadant in consideratione intellectus omnibus sapientibus.
35 Inditia quando non sunt talia non est locus torturæ
36 Inditia omnia non sufficiunt ad torturam
37 Testis de visu, vt sufficiat ad torturam, debet esse omni exceptione maior.
38 Testis de visu, licet præferatur omnibus alijs testibus, tamen de per se nō est idoneus, sed alia cōcurrere debēt.
39 Oculi & manus sæpe falluntur.
40 Testis de auditu à delinquente quando, & quibus conditionibus admittatur.
41 Inditia perfecta in genere suo iunguntur ad faciendum vnum inditium ad torturam
42 Inditia imperfecta, quamuis mille, non possunt vnum inditium perfectum facere.
43 Perfectũ ex pluribus imperfectis resultare non potest
44 Inditia imperfecta, quamuis probata, non faciunt inditium perfectum.
45 Testes singulares nullum faciunt inditium.
46 Inditia legitima etiam in crimine hæresis, & in quibusuis exceptis, & atrocissimis requiruntur.
47 Inditiorũ copia est dāda Reo ad faciēdas suas defensiones.
48 Iudex ante torturam pronunciare & declarare debet ad eam esse deueniendum.
49 Testes examinati ante specialem inquisitionem nullum faciunt inditium.
50 Inditiorũ copia debet dari Reo post negationē & excusationē.

51 Testes non examinantur ante specialem inquisitionem.
52 Inditiorum copia est danda parti petenti.
53 Inditiorum copia datur Reo de inditijs legitime habitis, & tempore congruo.
54 Testes examinati Reo non citato, nisi repetantur, ipsi non præiudicant.
55 Tortura nō potest infligi Reo, antequā formetur Inquisitio ex inditijs habitis per dicta testium.
56 Confessio emanata ex tortura indebitè data non valet.
57 Testes examinati super generali inquisitione non faciunt inditium ad torturam.
58 Inditiorum copia est danda Reo post litem contestatam super speciali inquisitione.
59 Inditiorum copia est danda Reo etiamsi esset timor subornationis, & ex officio procederetur.
60 Inditiorum copia etiam in crimine hæresis ante torturam Reo est danda cum dilatione ad ea diluenda.
61 Circumstantiæ delictorum sunt tacendæ & supplimendæ, ex quibus Reus posset venire in cognitionem testium.
62 Inditiorum copia minori, & idiotis offerri debet.
63 Inditiorum copia minori, & idiotis est danda etiam ipsis, non petentibus.
64 Inditiorum copia est danda quibuscūq; alijs, & doctis, & litteratis etiam ipsis non petentibus.
65 Defensio est de iure naturali, & tolli non potest.
66 Defensiones Rei Iudex tenetur ex officio querere, & supplere.
67 Inditiorum copias Iudex concedere debet Reo non petenti etiam idiotæ.
68 Defensio Rei etiā non allegata per Iudicē inquirenda est.
69 Inditium non est adeo indubitatum quin aduersus illud probari possit contrarium.
70 Defensionibus Inquisitus semper est audiendus, antequā ponatur ad questionem.
71 Inditiorum copia satis dicitur denegata, quādo nō datur etiam non petita, quia Iudex tenetur dare ex officio.
72 Inditiorum copia potest denegari quando constat in actis Inquisitos esse insignes latrones.
73 Latro famosus vt quis dici possit, nō sufficit, quod p testes probetur, nisi in specie constet de eius latrocinio.
74 Inditia debent esse plura.
75 Inditium vnum non sufficit ad torturam, nec etiam in crimine hæresis.
76 Inditia ad torturam etiam in crimine hæresis non debent esse leuia obliqua, & remota.
77 Inditia singula magna, clara, certa, verisimilia, & vrgētia in genere suo perfecta simul collecta nō ad torturam, sed ad inquirendum tantum sufficiunt.
78 Ad Torturam licet Iudex in aliquo casu enormi debeat esse promptior, non tamen debet illam inferre non stantibus legitimis inditijs.
79 Tortura per inditia simul collecta potest inferri, quando inculpatus esset delinquens non autem quando non constat, quod ipse deliquit.
80 Inditium nè sufficiat ad torturam eliditur quando quis v. g. dicit se non fuisse vulneratum ab inquisito.
81 Inditium eliditur, quando Reus habet aliqua inditia ad sui fauorem.
82 Inditiū eliditur, qn̄ passus furtū dicit factū esse ipso volēte.
83 Inditium eliditur quando v. g. quis produxit testes, & dicit illis nolle vti in præiudicium partis.
84 Inditiū eliditur per præsumptionē, seu inditiū contrariū.
85 Inditia leuia et in causa heresis non sufficiūt ad torturam.
86 Tortura vt de nouo dari possit, noua debent superuenire inditia primis euidentiora, & fortiora.
87 Tortura non repetitur. quando testes nō inducūt nouum inditiū sed inducunt nouā probationem veteris inditij.
88 Tortura non repetitur ex dictis eorundem testium.
89 Tortura non repetitur ex succedētibus nouis inditijs qn̄ testes variant à præcedenti dicto, & circa diem.
90 Tortura vt repeti possit duo coppulatiue cōcurrere debēt.
91 Inditia noua quæ dicantur.
92 Tormenta quandò repetuntur sine nouis inditijs, Iudices non habent Deum præ oculis, neq; leges.
93 Inditium nouum non dicitur dictum socij criminis.
94 Socij criminis dictum nec inditium facit ad inquirendum.
95 Tortura repeti non potest, qn̄ noua non adsunt inditia.
96 Tortura tūc repeti potest qn̄ inditia sūt euidētiora primis.
97 Tortura repetitur, quando noua superuenerunt inditia, & sunt validiora primis.
98 Tortura repetitur, quando Reus confessus est, & postea variauit, quia negauit.
99 Tortura quando repeti possit nouis non superuenientibus inditijs
100 Tortura non repetitur, quando Reus nihil confessus fuit in prima tortura.
101 Tortura indistinctè potest repeti, quando prima tortura fuit leuis, & minus competenter data.
102 Tortus leuiter non habetur pro torto.
103 Tormentum dicitur dolor corporis, & magna afflictio.
104 Tortus semel competenter non debet iterum torqueri, nisi noua superueniant inditia.
105 Torturæ repetitio debet esse moderata.
106 Tortura quando Iudex excessit modum pro habendis complicibus, vel inditijs pœna minoranda est.
107 Torturæ repetitione est habenda ratio inditiorum, & robusticitatis corporis Inquisiti.
108 Testes omni exceptione maiores, & benè concludentes requiruntur ad torturam.
109 Testes illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil prorsus potest opponi.
110 Testes omni exceptione maiores sicut requiruntur ad cōdemnandum, ità etiam ad torquendum.
111 Testes quod sint omni exceptione maiores necessariò articulari, & probari debet.
112 Testes plures quando non sunt omni exceptione maiores loco vnius habētur & solū ad inquirēdū faciūt inditiū.
113 Inditia etiam indubitata sufficiunt tantum ad condemnationem pecuniariam.
114 Inditia non sunt adeò indubitata, quin quandam sollicitam recipiant dubitationem.
115 Inditia indubitata, quæ dicantur.
116 Inditia indubitata non sufficiunt ad torturam.
117 Inditia indubitata in causis criminalibus non sufficiunt ad condemnationem.
118 Inditia indubitata nō sufficiūt ad pœnā criminis ordinariā.
119 Pœna criminis ordinaria imponitur, quando extant probationes luce meridiana clariores.
120 Occultis versatur iudicium Dei.
121 Conuicto ex inditijs vehementissimis, & luce meridiana clarioribus pœna minuitur & temperatur.
122 Ex Inditijs et violentibus, & indubitatis nemo in criminalibus diffinitiuè damnari debet.
123 Inditia à fisco nō debet prætēdi nō fuisse sufficiēter purgata

124 In-

124 Inditia, si præten latur à fisco, non fuisse sufficienter purgata, Reus pœna tantum pecuniaria tenetur.
125 Inditia ad torturam debent esse verisimilia.
126 Inditia siue probationes pro Reo sufficiunt leuiores.
127 Inditia, & præsumptiones qualibet ad torturam, seu ad condemnationem non suffi. iunt.
128 Inditia sicut ad condemnandum debent esse luce meridiana clariora, ita etiam ad torquendum.
129 Verisimilitudo non est ipsa veritas, sed signum, seu aliquasi simile veritati.
130 Verisimilitudo facit inditiũ ad inquirendum, seu ad capturam, non autem ad torturam.
131 Testes debent deponere directè super maleficio, non autẽ super inditio ad maleficium vt sufficiant ad torturam.
132 Indicia ad torturam requiruntur ita verisimilia, & probabilia quod sola Rei confessio deesse videatur.
133 Verisimilitudo constare debet per probationes non autẽ per præsumptiones, & coniecturas, &c.
134 Causa grauis, quæ mouerit Reum ad delinquendum, vt tortura insligi possit præcedere debet.
135 Causa ad tudice omnino perquiri debet.
136 Delictum probari debet per testes, non autem per verisimilitudines, præsumptiones coniecturas &c.
137 Verisimilitudines, præsumptiones, coniecturæ, &c. non sufficiunt ad torquendum, seu condemnandum, nisi quando lex dispon t.
138 Verisimlitudines, præsumptiones, coniecturæ, &c. probant in genere, non in specie
139 Delictum debet concludenter probari.
140 Iudicium Iudicis debet conformari cum iudicio Dei.
141 Per verisimilitudines præsumptiones, coniecturas, &c. Deus non fallit.
142 Ex verisimilitudinibus, præsũptionibus coniecturis, &c. Iudex non debet condemnare ad mortem, sed debet sequi veritatem.
143 Verisimilitudines, præsumptiones, coniecturæ &c. non reddunt rem claram ad torquendum vt requiritur.
144 Indicare secundũ apparentiam extrinsecam non est tutũ.
145 Facta non præsumuntur, sed probanda sunt.
146 Verisimilitudo, seu præsumptio aut coniectura &c est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam
147 Inditium quodlibet est plene probandum per duos testes contestes de loco, & tempore.
148 Inditium quamuis dicatur probatum per duos testes, tamen Iudex indistinctè Reum torquere non debet, nisi verisimilia deponant.
149 Conditio bona personæ excludit præsumptionem resultantem ex inditijs.
150 Conditio bonæ personæ excludit præsumptionem furti.
151 Probatio semiplena, vt infligatur tortura, debet remanere ad fauorem Curiæ post sublatas probationes, & præsumptiones Rei.
152 Inditia, ad torturam sufficiant, debent continere semiplenã probationẽ ab aliquo nõ offuscatam, neq. elisam.
153 De inditio ad torturam, vbi loquitur, intelligitur de semiplena probatione.
154 Inditium est minus, quam semiplena probatio.
155 Probatio semiplena quæ dicatur.
156 Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit deponere.
157 Testis debet videre actũ oculis corporis.
158 Testis debet necessariò concludere, & non præsumptiuè deponere.
159 Testis debet deponere quæ certitudinaliter nouit.
160 Testis in criminalibus debet deponere de facto cõsumato, & non suffi it quod deponat de circumstantijs delicti.
161 Testis deponens super circumstantijs, vel accessorijs, aut appendicibus delicti non facit inditiũ ad torturam.
162 Probatio semiplena est præsumptio causata ex dicto boni viri quæ fortiter mouet animum Iudicis ad aliquid credendum seu discredendum
163 Probatio semiplena oritur ex dicto seu depositione testis omni exceptione maioris.
164 Probatio semiplena non oritur ex inditijs remotis.
165 Delicti certitudo constare debet per probationes non aũt per præsũptiones, coniecturas verisimilitudines &c.
166 Inditia omnia non sufficiunt ad torturam, sed illa debẽt esse talia, quod non solum crimen tangant, sed quod omnino verisimile sit delictum suisse commissum ab illo, contra quem inquiritur.
167 Inditium non est probatio, quæ requiritur ad torquendũ seu condemnandum.
168 Inditium est signũ alicuius maleficij ad veritatẽ habendã.
169 Inditium est pars probationis.
170 Inditium est species probationis.
171 Inditium est minima præsumptio boni viri animum Iudicis mouens ad aliquid credendum, seu discredendũ.
172 Inditium est minus quam semiplena probatio.
173 Signum indicat, sed non probat identitatem facti.
174 Delictum constare debet per probationes, & non per præsumptiones, & coniecturas &c.
175 Probationi pars non dicitur totalis, integra, plena, & perfecta probatio.
176 Perfectum non potest oriri ex imperfecto.
177 Species probationis non sufficit ad torturam.
178 Genus quando, remouetur, remouetur etiam qualibet eius species
179 Præsumptio boni viri non sufficit ad torturam.
180 Præsumptio sufficit tantum ad pœna pecuniariam, seu ad capturam.
181 Inditium cum sit minus quam semiplena probatio, non sufficit ad torturã quia ad minus requiritur semiplena.
182 De inditio ad torturam sufficienti DD intelligunt de semiplena probatione, vt dictum est.
183 Probationem semiplena non faciunt inditia, sed testis omni exceptione maior.
184 Testis debet deponere per visum vel aliũ sẽsum corporeũ.
185 Testis vnicus, vt faciat plenam probationẽ cum iuramẽto suppletorio, intelligitur in causis modicis, & summarijs tantum.
186 Testis vnicus de maleficio deponens non facit semiplenam probationem, nisi alia concurrant adminicula.
187 Testis vnicus non sufficit da torturam, nisi tria coppulatiuè concurrant
188 Probatio semiplena non sufficit ad torturam, sed plusqã semiplena requiritur.
189 Inditium dupplex est, nempè semiplenum, & Dubitatũ; Aliud plenum, & Indubitatum.
190 Inditium semiplenum, & Dubitatũ cum alijs adminiculis dirigit Iudicem in viam quæstionis habendæ.
191 Inditium plenum, & indubitatum dirigit Iudicem in viam condemnationis.
192 Inditia debent esse tam clara, certa, & verisimilia, quod sola Rei confessio desit.

193 Indi-

193 *Inditia vbi militant hinc inde nempè inter Curiam, & Reum, cessat questio.*
194 *Inditium aliquod quando adest, quod contradicis intentioni Curiæ, Reus non est torquendus.*
195 *Inditium vnum pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus Reus torqueri possit.*
196 *Inditia animi quando extant pro Reo, cessant præsumptiones quæ inducunt crimen.*
197 *Inditium animi quale sit.*
198 *Inditium vnum tollit aliud, & confundit.*
199 *Probationes Rei quando sunt verisimuliores, & verè proximiores, præualere debent.*
200 *Præsumptiones plures Rei vincunt pauciores Fisci.*
201 *Præsumptiones Rei, quando sunt potentiores superant debiliores fisci.*
202 *Præsũptiones Fisci qñ sunt fundatæ super non verisimili, & pugnãt cõtra naturã, tollunt omnẽ opinionẽ delicti.*
203 *Probationes existentes hinc inde, & si discerni non possit, quæ sint potentiores tunc pronunciandum est pro Reo*
204 *Probationes quando sunt pares, tunc inuicem se confundunt & quæ sunt pro Reo attenduntur.*
205 *Præsũptio illa attenditur, quæ tẽdit ad exclusionẽ delicti*
206 *Arbitrium liberum si habeat Iudex in procedendo in criminalibus, quomodo ipso vti debeat.*
207 *Arbitrium si habeat Iudex procedendi ad tormenta, quale inditium habere debeat.*
208 *Arbitrium non supplet defectum inditij, vbi nullum validum extat inditium.*
209 *In arbitrio Iudicis est questio facti, nõ autẽ iuris authoritas*
210 *Inditia non potest formare Iudex ex sua ceruice, sed debet habere inditia à iure approbata.*
211 *Inditia quæ, & qualia esse debeant.*
212 *Arbitrium liberum quamuis habeat Iudex, non tamen potest Reo infligere torturam ad libitum suum.*
213 *Iudex illud potest, quod honestè potest, & illud potest quod de iure potest.*
214 *Arbitrio Iudicis quando aliquid à lege, vel ab homine commissum est, quid facere debeat Iudex.*
215 *Ex arbitrio volens Iudex ex aliqua causa recedere à regula iuris cõis, causã exprimere, & declarare debet.*
216 *Inditia non pro probatione, sed pro quadam specie probationis habentur.*

DISCEPTATIO II.
De Inditijs.

1 TOrtura vt infligi possit, necesse est, q copulatiuè infrascripta omnia cõcurrant.
Primò quod legitima anteccdãt inditia l.mili-
lites vers.oportet.C.de quæst.Bois.tit.de in-
dit.& cõnsiderat.ante tort.n.1.& 132.nec nõ
2 q sint benè pbata Marſ.in prac.crim. §.dili-
gẽter & in l.1.§.eidẽ.ff.de quæst.& est cõnis
opinio, vt attestatur Io:de Amic.cons.127.n.
10.vbi verè addit, qlibet inditiũ, seù admini-
culũ p duos testes esse probãdũ. Idẽ tenuit iã
ãte Bart.in l.fin.n.7.ff.de quæst.& Clar.§.fin.
q.22. Director. Inquisi.3.par.pag.mih.593.
cõm.110.Secundò q vltra inditia adsit Inqui-
3 siti diffamatio.Abb.in ãtiq.c.grauis de oppo
sit.Fœlyn.l.fin.C.famil.hercisc. tradit Andr.
de Iserma in Cõstit. Regni.si dãna clãdestina
col.2. Gram.cõs.15.n.5. Tamẽ d.diffamatio
si nõ precesserit ante formatam inquisitionẽ,
omnia inde secuta non tenent. c.qualiter, &
quando el 2. de accusat. c. inquisitionis, eo.
tit.Hippol. §. constante n. 12. & debet pro-
bari in specie. Cartar.de execut. Sent.Capto
bãnito n.248. Tertio quod inditia sint à iure
4 approbata, vel saltim communi voto à ma-
gnis DD.recepta, cum ex alijs inditijs, inter
quæ leuia, & remota computantur, nemo tor
queri debeat. Director Inquisi.3.p.pag.mihi
5 593.comm.110. Et id proced etiam in deli-
cto atrocissimo, occulto, & difficilis probatio
nis. Bois.tit.de ind.n.177.post Bart.quẽ alleg.
Rol.cõs.12.n.89.li.3. Hyp.Rimin.cõs.88.n.
52.li.1.& cõs.361.n.32.seq.li.3. Olac.Deci.
6 Pedamõ.79.n.55.vbi q debẽt esse talia, vt de
lictũ vix denegari possit Foller.in pract.crim.
7 in verb. q suffocauit vxorẽ n.58. Et probari
debẽt p testes idoneos aliàs nõ afficiũt. Fari-
8 nac.de indit.q.37.n.32. Quartò q inditia nõ
sint à maleficio remota Bal.cõs.515.n.2.vol.
5.Glos.d.l.fin. C.famil.hercisc.Bertaz.cõs.60
vbi de cõmuni opinione.Gram.cons.3.n.18.
9 vbi testatur de magis cõi. Et ad ipsa pbãda nõ
sufficit vnicus testis, qui facit solũ quale indi-
tiũ.Bois.tit.de indit.& cõsider.ãte tort.n.19.
10 sed duo requirũtur. Glos.in d.l.fin.in ver.vel
inditijs.C.fami.hercisc.Carrer.in pract. in.2.
11 tract.de indit.& tort.§.12.inditiũ.n.4 Bertaz.
cõs.116.n.18 Ratio est, quia regula cõmunis
est, nõ esse à tortura incohãdũ l.1.ff.de quest.
tradit Thomas de Piparata Bononiẽ Bartolo
vetustior tract.de fama n.58 Zasius cons.19.
n.31.li.1.& de cõi testatur Clar.§.fi.q.64.vers.
12 dixi ẽt. Immò quãuis p plures testes pbata,
si nõ sint cõtestes de loco, & tẽpore haud ali-
cui præiudicare possũt; quoniã in inditijs re-
13 motis à delicto testes nõ cõtestes de loco, &
tẽpore dicũtur singulares, & ideò nullũ pa-
riũt inditiũ. Et qñ duo testes, quorũ vnus de
14 vno inditio remoto deponit, alter de alio; ẽtsi
de loco tẽpore cõtestes, nõ cõiungũtur ad fa
15 ciendum inditium perfectũ Bois. d.tit. de in-
16 dit, & consid. ãte tort.n.20. Et dato ẽt q ãbo
deponãt sup vnico inditio, & nõ sup pluri-
bus, nõ probant. Grã.d.cõs.3. n.18. Brunor.
in suo vnico cons. nu.12.vbi de cõi, & q ista
opinio nullã habet cõtrarietatẽ. Bart.in l.fin.
ff.de quest.Bois.tit.de indi.nu.5.71. & est cõis
opinio Burs.cõs.316.n.23.Bõbin.cõs.47.n.3.
Gra. vot.34. nu.16.ex magis cõmuni quod
quidem

quidem fieret, si ex hoc solo, quod v.g. ob
furtum factũ in domo Domestici, torquerẽ
tur,quia est vnum solum inditium remotum
à maleficio,& ideo non sufficiunt ad torturã
Glos.in d.l.fin.in verb.vel inditijs. C. famil.
hærcisc.d.l.fin.ff.de quæst. Corad.in pract. in
tit.de negat.crimin.& torment. c.1.n.8. Bal.
d.cons.515.vol.vlt.ad fin. Director Inquisit.
3.par.pag.mihi 424.comm.110.Et maxime
quando non est plenè probatum. Tradit.In-
noc.c.sicut.de simon.Paris.de Put.cõs.2.n 9.
vol.4. Ioan.Andr.c.vt officiũ.lib.1.de heret.
in sexto. Oldrad.cõs.220.Fœlin.c.litteras.n.
22.Immò etiam nihil refert,quamuis sit pro-
18 batum. Imol.d.l.fin.C.famil.hærcisc.& ma-
xime quando est adeò remotum, vt ex illo
19 nihil inferatur. Bal.cons.229. Hyppol. cons.
20.vel est probatum ex dictis sociorum cri-
minis.Cacheran.cons.110.vol.2.Gram.vol.
6. col.pen. Boer. d. Decis. 163.col.fin. Nec
mendacium,quod v.g.luxit in coquina, non
autem in Camera, cum non sit super de-
licto. Vt benè adnotat Blanc.in d. l. fin.nu.
263. Carrer.in pract.n.119. Vbi de cõmuni.
Idq; eo magis dici debet quando negatio est
rei alllius, cuius affirmatio non est in conside-
20 rati one Vt per Mars.cons.51.num.67.Quarè
21 vt aliqui DD. dicunt,tunc solũ ad torturam
est deueniendum,cum suspectus est Reus, &
multis argumẽtis vrgetur.Director.Inquisit.
3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Tamen
multa alia sũt necessaria.DD.& omnes.in d.
l.fin.ff.de quæst.Gand.de malef. tit.de quæst.
vers. sed quæro quid si reperitur. Paris. de
Put.de scyndic. Constit. Prouinc.March. G.
22 A.& præcipue necesse est,quod singula indi-
tia plenè probentur, nempe per duos testes
contestes de loco, & tempore idoneos. Glos.
cõmuniter approbata, & Bal.in d.l. vlt.C.fa-
mil. hærcisc. Clar. q.22. in princ. Vbi quod
ista opinio non solum est communis, sed
etiam, quod nullam habet difficultatem, seù
contrarietatem. Ioseph.Ludouis.in suis com-
mun.opin. conclus.45. vers.inditium autem
remotum Bos. tit.de indit. ante tortu. n.37.
Bertazz.cons.60. n.8. lib.1. Vbi de commu-
ni.Blanc.de indit.n.206. Natt.cons.6. n.7.&
cons.42.n.6. Vbi de communi. Immol.l.fin.
ff.de hæred.instit. Vulpell. cõs.99.n.7. Ioan.
de Amic.cons.127.n.10.Bertaz.cons.251.n.
33.& cons.559. Mars.§ plurium.n.93.Bart.
& cæteri. in d. l.vlt. ff. de quæst. Hyppol.in
pract.§.diligenter.Afflict.cap.1.§.Sacramen-
ta. de consuet. rec. feu. March. Blanc. tract.
de indit. num. 46. tom. 15. Debent (in-
quam) esse contestes de loco, & tempore,
& non singulares, ad tradit per Farinac. q.
37. num. 15. Vbi hanc communem opi-
nionem ex multis refert, & sequitur; Vel
23 ad minus debent esse contestes de tempo-
re, quia non contestes de tempore. Vt quia
v.g. vnus dicit vidisse de mense Septembris,
& alius de mense Octobris, cum sint singu-
lares, non afficiunt, c. bone, & c. cum dile-
24 ctus, de elect. Ratio est, quia dictum vnius
singularis debilitat dictum alterius. Tradit
Bal.l. de quibus, col. antepen. vers. sed nun-
25 quid si testis ff. de legib. Et dicuntur singu-
lares, & non sunt attendendi,eo quia depo-
nunt de diuersis locis, & temporibus. Car-
rer. in pract. tract.2.de indit.§. septimum in-
ditium. num.8. Foller. in pract. in verb. Etsi
confitebuntur, part.2. nu.2. Viui. opin.138.
n 6. Bursatt.cons.166.n.20. seqq.lib.2. Vbi
26 de communi. Ratio est,quia inditium remo-
tum à maleficio debet concludenter probari
27 per duos testes contestes, qui debent esse
idonei, & omni exceptione maiores. Gratt.
cons.59. n.34. vol.2. Gomez tit.de delict. c.
28 13. nu. 18. seq. quoniam testibus non omni
exceptione maioribus, vt v. g. sunt vilis, &
pauper, non adhibetur tanta fides. Vt post
Bart.quem allegat, ostendit Natt.cons.666.
29 in 2. Quod procedit quoq; nõ solum,quoad
inditia remota,sed etiã quoad circumstantias
delicti.Surd.cons.132.n.45.vol.2. cum alijs
adductis per Peguer.cons.205.nu.17.vol.2.
30 Quintò quod inditia sint magna, certa, cla-
ra,propinqua,probabilia, vrgentia; non au-
tem leuia,equiuoca,& perfunctoria;sed gra-
31 uia, & (vt aiunt) luce meridiana clariora;
quæ debẽt cõstare esse talia per probationes;
non autem per præsumptiones,suspiciones,
cõiecturas,&c. Immo debent esse talia,quod
32 omninò verisimile sit, delictum fuisse patra-
tum ab illo,contra quem inquiritur. Ita An-
gel. in l. cum conditionaliter C. de quæst.
Quod dicit esse notandum à Criminalistis,
refert, & sequitur Veronen. cons.crim. 39
33 n. 38. In tantum quod Iudex sit non solum
quasi certus de delinquente; sed vt nil aliud
sibi desit, quam eius delinquentis confessio.
Text. est in l. 1. in princ. ff. de quæst.& in l.
milites §.oportet. C.de quæst. Bal.cons.259
nu.4.vol.1.& cons.515. n. 4. lib. 5. Bal.in l.
1.n.10. & ibi Ias. nu.3. vers. quintò mirabi-
liter limita. C. de seru. fugit. Anan. cons.
19. num. 2. verb. intellige tribus concurren-
tibus

tibus ff.de priuileg.credit.Corn.conf.101.n.3.
vol.2. Aym.conf.6.n.12.conf.9.n.11. conf.
99.n.1. Soc. Iun.conf.6.incip. Viso, & diligenter.n.8.vol.4. conf.39.n.55. vol.2. Farinac.quest.37.n.8.Idem conf.37.n.23.Immo
debent esse talia, vt vix possit denegari delictum, Osasc.Decis.79.n.55. Nec non debent
34 esse talia, quod cadant in consideratione intellectus omnibus sapientibus, & quod sola
35 Rei cōfessio deesse videatur. Alex.conf.133.
vol.7.n.11.seq.Ioan.de Amic.d.conf.137.n.
27 Et quando non sunt talia, non est locus
36 torturæ. Bal.d.conf.515.ad fin.vol.5. Vnde
non oīa inditia sufficiunt ad torturam.Sextò
37 quod adsit testis aut de visu, qui sit omni
exceptione maior.Plot.in l.si quando.n.879.
C.vnde vi.Aym.cōf.6.n.12.Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.late Gram conf.26.n.48.
Bal.conf.41. n.8.lib.5. Idem Bal. in l. sciant
38 cuncti.C.de probat.Immò d. testis, de visu,
licet præferatur omnibus alijs testibus.Ita Bal.
in Rub. C.ad l. Aquil. Axor.in summ.eo tit.
tamen non est idoneus testis: Ratio est, quia
39 oculus, & manus sępe falluntur.c.nec aliqua
27.quest.1.Franc.March.decis.678 quem refert Baiard.ad Clar.quest.4.n.7. Vnde vt faciat inditium ad torturam, alia concurrere debent inditia. Ias. post alios d. l. admonendi.
col.46.ver.10.n.186.in fin.de iureiur. Mars.
in pract.§.diligenter.n.5. Alex.conf.89.viso.
n.9.seq.vol.3.Farinac.cōf.65.n.41. Nempè
alia quatuor,idest quod dictus testis (vt alias
dictum est) sit omni exceptione maior. Glos.
in l.maritus.ff.de quest..Bart.in l.1.§ Idē Cornelio.ff.eo.tit.Gram.conf.1.in princ. & dicit
Aym.d.conf.6.n.12.Rolan.à Valle communē dicens.d.conf.37.n.3.& 10 Itē quod alia
inditia,seù adminicula cōcurrant (vt pariter
dictū est) Itē quod immediatè,& directè deponat de maleficio,& nō de inditio ad maleficiū (vt alias dictū est) Item quod in sua depositione concludat,prout necessariò conclu
40 dere debet.Fœl.c quoties.n.7.de test. Gram.
conf.65.n.8. Aut cū ipso alius adsit testis de
auditu à delinquēte omni pariter exceptione
maior, quāuis Farinac. addat, quod tortura,
potest ēt infligi, qn̄ adest inimicitia capitalis,
v.g. cū offenso:Fama,quæ debet probari,cū
ortum habere debeat ab honestis, & probis
viris; stricta amicitia, seù continua conuersatio,ità vt præsumatur, quod verisimile sit,
quod fuerit commissum delictum. Farinac.
quæst.43. Verum (vt mea sententia fert) secus est, quia, cum sint inditia remota à delicto,non sufficiunt ad torturā; prout inferius
41 dicetur. Septimò quod inditia sint perfecta
in genere suo;nam quādo sūt imperfecta, nō
non iunguntur ad faciendum vnum inditiū
ad torturam. Ita Brunor. in suo vnico conf.
n.79.vers.vlterius obiectum. Mars. conf.20.
nu.47. Nec facit si dicatur per Fiscum,quod
possunt iungi; quoniam secus est; cum iunganrur solum, quando sunt perfecta, Alex.
conf.13.nu.19. vers. & ideo, lib. 1. & conf.
180.num.6. lib.2. & conf.24.col.14. vol.2.
Brun. de indit.quest.2. primæ par. n.6.Alex.
in infinit. conf. relatis per Caball. casu 200.
42 num.139. Immo quamuis essent mille, non
possunt vnum inditium perfectū facere.Hyppol.d.conf.20. n.48.& conf.88. nu.22. post
43 alios quos allegat.Ratio est,quia ex pluribus
imperfectis non potest vnum perfectum resultare l.1. C.minor.tutel.Galeat. Maluaticen.conf.110. n.10. lib.1. conf. crim. Mars.
conf.20.nu.47. Gabriel conf. 143. in princ.
Ias. in l. admonendi, nu.253.ff.de iureiuran.
Thesaur. decis. 23. nu.11. Laurent. ab Oua
conf.60.n.64.lib.2.conf.crim. diuers. Aym.
de antiq. temp. testis qui d. in lib. officialis,
n.17.& 19. Natt.conf.298. nu 10.lib.2. Et
44 id quamuis per duos testes probata. Hyppol.conf.118.n.18. vol.1. & conf.41. num.
10. vol.1. Monticell. Butr.c.licet,de test.Bal.
in l.si quis ex argentarijs §.1.ff.de eden cum
alijs infinitis adductis per Mars. conf. 18. n.
18.& conf.29.n.2.lib.1.l.2.§.1.ff.de excusat
45 turo. Et maximè quando testes sunt singulares; cum nullum faciant inditium. Ità In-
46 noc.in d.c. sicut dè Simon. Vbi ait id procedere etiam in crimine hæresis; quia etiam in
occultis delictis,& in criminibus exceptis requiruntur inditia legitima,& perfecta.Osasc.
decis. Pedamon.79.n.55. Vbi quod debent
esse talia, vt vix possit denegari delictum.
Octauo quod inditiorum copia detur Reo,
vt possit facere suas defensiones,& nō solum
est danda; sed etiam requiritur, vt antea ad
hoc vt Iudex ad torturā deuenire possit, fiat
47 per ipsū pronūciatio,seù declaratio, ꝙ deueniendū est ad torturā; cū inditia in termino
Reo assignato nō sint purgata. Hipp.late cōf.
48 18.n.14.& cōf.19.n.2 & in pract.§.nūc vidēdū, in princ. & de iure non potest denegari.
Card.c.qualiter, & qn̄ el secūdo de accusat.
Bart.in l.vnius.§.cogniturum, & l. fin.ff. de
49 quæst.Ias.conf.175.col.fin.lib.1. Verū benè
debet aduertere d.Iudex,qđ testes,qui fuerūt
examinati ante specialē Inquisitionē,nullum
faciunt

faciūt inditiū,& ideò dicit Caccialupus in l.is
apud quē C. de eden. quod inditiorū copia
50 debet dari Reo post negatiōnē, & excusatio-
nē,vt colligitur ex mēte Bart.in l.quæstio ff.
de quæst. in prin. Ratio est,quia testes debēt
examinari post negatam inquisitionem, ex
quibus fiant inditia; nec ea, quæ pro Curiæ
informatione ante perquisiuit, & inuenit,Cu
ria debet manifestare secundum Angel. de
Peru. qui fuit magnus practicus in l. fin. de
quest.quod & rectè intuenti sensit idem Bart.
51 qui non vult testes examinari ante specialē
52 Inquisitionem.Et dum subdit inditiorum co-
piam esse dandam parti petenti,debet intelli-
gi de inditijs legitime habitis,& tempore cō-
gruo,idest post specialem Inquisitionem, &
53 excusationem Inquisiti: nam examinati ante
dd.testes,& ipso Reo non citato,sibi nō præ-
54 iudicat,nisi repetantur post litem cōtestatam,
& parte præsente,vel citata. Vt per Bart.d.l.
fin.C.de quest. & per Bald.in addit. ad spec.
tit. de senten. in fin.de quo etiam per Bald.in
c.ad petitionem de accus. & Ang.in Repetit.
l.si vacantia.C.de bon.vacan.lib 10 hæc ille
ad de Ang.de Aret.idem velle tract. malef.in
Glos. fama publica. n 12. col.fin.in verb. &
aduersus. Ex quibus apparet,quod hodie ma
55 lè faciūt Iudices secundū Brun. qui antequā
forment Inquisitionē ex indicijs habitis per
dicta testium ponunt quem ad torturam, &
56 sic possunt teneri in scindicatu, & confessio,
quæ sequeretur ex tali tortura non valeret,
etiamsi perseueraret in ea. Per l.maritus ff de
quest.cum sit habita non præcedentibus legi-
57 timis inditijs. Et illud quoq; animaduertere
debet d. Iudex, quod testes examinati super
generali Inquisitione non faciunt inditium
contra diffamatum de delicto, vt deueniri
valeat ad torturam super processu specialis
Inquisitionis, vt ex supradictis apparet.Bart.
in d.l.fin. ff.de quæst.quia tales testes exami-
nati ipso Reo non citato nec contradictore
58 existente non præiudicant. l. si quoniam C.
de test. vnde debebunt tales testes examinari
post litem contestatam super speciali Inqui-
sitione. Per l. si quis adulterij de adul. quare
59 omninò dicendum, quod d. Inditiorum co-
pia est danda Reo post specialem Inquisitio-
nem, & est danda, etiamsi esset timor subor-
nationis,& male audiret, & ex officio proce-
deretur.Boss.tit.de indit.& cōsiderat.ante tor-
60 turam. numero.75. Et est danda ante tortu-
ram cum dilatione ad dd. inditia diluenda
Clar.in pract.q.49. Gomez.tom.3.varia re-
solut.c.13. num.21.Boss.tit.eo.num.74.Im-
mo est danda illi,qui argueretur maximi de-
licti,vt in crimine læsę maiestatis,Boss.tit.eo.
num.77.nec nō in crimine hęresis Paris.cons.
2.num.155.num.4. Clar.lib.5. sent §. fin.q.
49.Vulpell.cons.21.num.3.seq. sed tacendæ
61 sunt,& supprimendæ illę circumstantiæ, ex
quibus posset Reus venire in cognitionem te
stium, siue accusatorum. Director. Inquisit.
par.3.q.75.& quales sint dd. circumstantiæ,
ibidem notantur. Id enim natura æquum est,
& multis legibus comprobatur d. l. vnius §.
cognituram ff.de quest.Boss.tit.de indit.Bart.
in l.fin.num.8.de quest. Brun. tract de indit.
q 52.p.n.51. Blanc.d.l.fin.ver.4 præmitto.
num.3 Nouell.tract.de defens.cap.an inditia
danda sint.num.4. Vulpell.d. cons.21.nu.1.
Card.d.c.qualiter,& quando el 2.de accusat.
Bart.d.l.vnius & l.fin.ff.de quæst. Ias. consil.
62 175.col.fin.l.1.Imò d. Inditiorum copia mi-
nori,vel Idiotis offerri debet Mars §.nunc vi-
dendū.Brun.d.tract.de indit.col 29 Vulpell.
63 cons.34.num.6.Et est danda etiam ipsis non
petentibus. Vt per plura iura & authoritates
comprobat Mars.d.§.nunc videndum nu.13.
seq. Bursatt.cons.201.num.72.vers.insuper
dico vol.2.Bertaz.cons.474. num.15. lib.2.
64 Item est danda quoq; quibuscunq; alijs, &
doctis,& litteratis etiam nō petentibus.Mars.
d.§.nunc videndum,quem sequitur Vulpell.
d. cons. 34. num.6. Foller. in pract. crim. in
verb.datur copia capitulorum num.1. in fin.
Bursatt.d.cons.201.nu.72.vers.insuper dico.
65 vol.2. Ratio est,quia defensio est de iure na-
turali,quæ tolli non potest,& habemus Bul-
lam Pauli III.58.in ordine Bullarij vers.cap
tū verò, vbi quod ante torturam Reo debet
66 dari inditiorum copia. Et si Iudex tenetur
ex officio Rei defensiones querere,& sup-
plere.l.si nō defendantur.ff.de pœn.cum alijs
per Mars.in d.§.nunc videndum num.7.tan-
67 to magis debet concedere inditiorum copias
68 Reo non petenti,& maxime Idiotę:Ratio est
quia defensio Rei etiam non allegata per Iu-
dicem inquirenda est.d.l.si non defendantur,
ff. de pœn. Nec sufficit,quod d. Iudex dicat,
quod contra d. Reum adsunt inditia indubi-
69 tata; cum nullum inditium sit adeo indubi-
tatum,quin aduersus illud possit probari con
70 trarium.Boer.decis.165.num.1. Debet itaq;
audiri inquisitus in suis defensionibus,antequā
ponatur ad quæstionem.l.2.ff.de appellat.nō
recip. Nanq; inditiorum copia satis dicitur
71 denegata,quando non datur,etiam quod nō
sit

fit petita;quoniam Iudex tenetur dare ex of-
ficio. Marf.in pract.d.§ nūc videdū. Simon.
de Peri conf. 102. nu. 15. Folker. in pract. in
verb. Detur copia capitulorum nu. 1. in fin.
72 Sed tunc benè poteft denegari,quando con-
ftaret in actis,Inquifitum effe infignem latro-
nem.l.3.§ fi ad diem ff.de re milit.Bart.conf.
47.lib.1.Bofs.tit.de indit. num. 76. & tit.de
73 Inquifit.n.29.in fin Vbi quod quis dicatur,
latro famofus nō fuffi.it quod p teftes fit pro-
batum, nifi in fpecie côftet de eius latrocinio
Parif.de fcyndic.verf.tortus.c.10.nu.4 feqq.
— Dixit Barbat.conf.47.nu.1. Nono,quod in-
74 ditia fint plura. Bofs.tit.de tortura teft nu.1.
75 Marf.in l.pen. ff.de queft. quoniam inditium
vnum nō fufficit ad torturam.Bart.conf.336.
num.1.vol.3.Marc'Anton. Eugen.conf.27.
nu.20.vbi teftatur de communi.Burfatt.côf.
336.n.1.vol.3.nec diffentit Alex.côf.77.nu.
12.lib.3. nec etiam fufficit in crimine herefis.
76 Director.Inquifit.3.par.pag.mihi 592.Deci-
mo quod inditia non fint leuia;quoniam ob
leuia,remota,& obliqua torqueri quis mini-
mè poteft.Glof.in l. fin.in verb. vel inditijs.
C.famil.hercifc.quam fequuntur omnes.d.l.
fin.ff.de quæft. Corrad.in pract.tit de negat,
crim. & torment.cap.1.num 8.Baldus.conf.
515. vol. vlt. ad fin. Et quàmuis dicatur,
quod fi funt plura , tamen fimul iuncta
ad torturam fufficere debent per Regulam,
quod quæ non profunt fingula,multa colle-
cta iuuant Glof.in l.cum fimus.C.de agric.&
cenfit.lib.11.quia d.Regula procedit in ciui-
libus,non autem in criminalibus. Marf. côf.
20.num.48. Brunor.in fuo vnico conf.n.79.
77 Attamen inditia fingula non leuia, obliqua,
remota, fed quidem magna, clara, certa, ve-
rifimilia , & vrgentia ; quando ideò funt in
78 genere fuo perfecta,licet ad torturam nō fuf
ficiant, tamen fimul collecta fufficiunt ad in-
quirendum ; fecus quando funt in fuo gene-
re imperfecta,quia tunc (vt dictum eft) non
poffunt iungi ad faciendum vnum inditium
perfectum.Alex.conf.15.n.19.lib.1.& conf.
180.num.6.lib.2. Marf.conf.20.nu.50.cum
feqq.Nec dicendum eft ex quo fumus in de-
licto enormi , Inquifitus poteft torqueri ad
eruendam veritatem , etiā quod contra eum
non extent inditia ità plena , vt in alijs deli-
ctis exigerentur. Vt in terminis tradunt Ro-
lan.conf.7.num.1.nu.5.feqq. Brunor. d.fuo
vnico conf.nu.1.& 8. Refpondetur, quod li-
79 cet Iudex in tali cafu debeat effe promptior
ad torturam ; non tamen debet illam inferre
nō obftātibus legitimis inditijs.Rolan.d.côf.
7.num.38 39.& feqq. Vlterius d.Regula pro-
cedit,quando inculpatus effet delinquens,nō
autem quando non conftat deliquiffe.Marf.
conf.74 n.34.feq.Cacheran.alios citans dec.
79.nu.14 Cæterum illud eft confiderandum
a Iudice,quod Inditium,nè fufficiat ad tortu-
ram , eliditur, quando quis dicit verbi gra-
tia fe non fuiffe vulneratum ab Inquifito.
80 Bofs. tit.de indit. & confideratione ante tor-
turam. numer. 84. Eliditur, quando Reus
81 habet ad fui fauorem aliqua inditia. Bofs. d.
82 tit.num.86. Eliditur,quando v.g.paffus fur-
tum dicit factum effe ipfo volente.Bofs.d.tit.
83 num 88. Eliditur , quando v.g.quis produ-
xit teftes,dicit illis nolle vti, fcilicet , quoad
84 præiudicium partis.Bofs.d.tit.num.89.Elidi-
tur per præfumptionem, & inditium contra-
85 rium.Bofs.d.tit.num.90. verum vt ad rē re-
deamus,dicitur , quod ob inditia leuia etiam
in caufa herefis quemadmodum nemo eft ca
piendus, nec carcerandus iuxta veriorem fen
86 tentiam , ità nemo eft torquendus. Director.
Inquifit.3.pa.pag.mihi 597.com.110.col.1.
Vndecimo,ꝙ noua fupueniant inditia, vt de
nouo poffit dari tortura,quæ debent effe eui-
87 dentiora, & fortiora primis . Et quando te-
ftes non inducunt nouum inditium,fed nouā
probationem veteris inditij ad repetendam
88 torturam,non fufficiunt,quoniam non repe-
titur tortura ex dictis eorundem teftium;cum
debeant effe maiora,& vrgentiora illis , quæ
89 aliàs debent regulariter fufficere ad torquen-
dum Reum. Clar.q.64.verf.vltimò notandū
eft propè fin.vbi de communi teftatur. Nec
90 etiam repetitur ex fuccedentibus nouis indi-
tijs,quando teftes variant à precedenti dicto
& circa diē.Bofs.tit.de tort n.47.Nec quoq;
repetitur,nifi duo copulatiuè côcurrāt Pri-
91 mo,ꝙ dd.noua fuperueniāt inditia. Decimo
fecundo , quod tortus in fortitudine cor-
poris, animiq; durauerit. l. vnius. §.1. ff. de
quæft. Et inditia noua fecundum Alex.conf.
5. nu.1. Franc. Cafon.tract.de torment. cap.
14.Aret.in tract.malef.in Glof.in verb.fama
92 publica.col.23.in verb.quero.quæ dicantur;
funt ea, quæ non tantum funt euidentiora, &
fortiora primis,fed differunt à præcedentibus
fpecie, & fubftantia Clar.q.64.verf. vltimò
videndum eft propè fin. v. g. prima inditia
erant de mala fama Rei,vel quod erat inimi-
cus,&c.fuperuenit poftea vnus teftis,qui di-
cit vidiffe aliquē percutere , vel dicit cū gla-
dio euaginato : Talia enim inditia dicuntur
noua

noua; quia prioribus differunt specie, & substantia: Quod debet notari à Criminalistis, nè errent. Et dd. inditia sunt noua, siuè procedāt ex eius dicto, qui torquetur; siue aliunde. Vt not. in l. per hāc. C. de tēpor. appell. & tradit. Cason. præcitato loco. Director. Inquisit. 3.
92 par. pag. mihi. 484. comm. 39. vol. 1. & Cyn. in l. fin. ff. de quest. dicit, ꝙ Iudices repetentes tormenta sine dd. nouis inditijs non habent Deum præ oculis, nec ēt leges. nec dissentit Mars. in l repeti. ff. de quest. n. 6. Vbi testatur
93 de cōi. Tamē inditiū nouum nō dicitur dictū socij criminis. Dec. cōs. 189. n. 9. Vbi testatur de cōi. Fulgos. cōs. 136. col. pen. vers. nouissi-
94 mè verò. Vbi nec ad inquirēdū facit inditiū, quem refert, & sequitur Natt. consi. 18. n. 14. Quibus suprad. ctis oibus huiusmodi datur
95 dubium, An Tortura repeti possit, qñ tortus negat, & in negatione perseuerat; dicitur, ꝙ aut nulla sunt inditia de nouo, & tunc quæ-
96 stio non potest repeti; aut inditia sunt de nouo euidentiora primis, & tunc potest repeti, & ita concordant d. l. repeti. in princ. ff. de quæst. & d. l. vnius. §. 1 ff. de quæst. secundū Iacob. de Aret. & Cyn. in l. fin. C. de quæst. &
97 Ruyn. & Bart. in d. l. vnius. ff. eo. tit. Ego autē ita distinguo, videlicet, aut tortus ex primis inditijs fuit competēter tortus, aut minus cō petenter, & leuiter. Primò casu aut noua superuenerunt inditia, & validiora primis, & repetitur quæstio secundū omnes. Per Text.
98 in d. l. vnius. § 1. Aut æqualiter primis, vel minora; & tūc aut in prima tortura Reus cōfessus est, & postea variauit, quia negauit; & tunc propter noua inditia, dūmodo de iure valida ad torturam, quæstio repetitur; quia principaliter secunda inditia non sunt purgata propter primā torturā, in qua corpus, animusq; non durauit, quia confessus fuit, licet post recessum à tortura diffiteatur; & ita vno modo potest intelligi d. l. repeti. ff. de quæst.
99 Et hoc casu fortè ēt sine nouis inditijs potest repeti tortura; quoniam ex illa prima cōfessione ēt reuocata videtur fieri nouū inditiū, quod sufficit ad torturam repetendam. Vt vi-
100 detur velle Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iuretur. In 3. col. Aut nihil confessus in prima tortura, & tunc nō repetitur. per d. l. Diuus. §. 1. nisi prima, & secūda inditia essent multū vrgētia, & manifesta. Vt dixit Bart. in d. l. vnius
101 §. 1. Si verò prima tortura fuit leuis, & minus cōpetenter data, & tūc indistinctè possit repeti, & ita ēt potest intelligi d. §. 1. Ad quod ēt facit ꝙ not. Bal. in l. 2. C. quor. appell. non re-
102 quod si aliquis fuit leuiter tortus, nō habetur pro torto, sicut leuis febricula nō dr̄ febris l.
103 ob quę vitia. ff. de edil. edict. § fin. Tormētū n. dicitur dolor corporis, & magna afflictio, Vt not. Ioan. Andr. in nouella, in c. cū in contēplatione. de reg. iur. secundū eū. Et secūdū hanc distinctionē intelligo ꝙ dixit ibi. Bal. ꝙ si tormenta sunt plenè imposita, nō possunt repeti nisi ex nouis inditijs, & quod idē dixit
104 in l. 1. C. de cōfess. Vbi dixit, quod semel tortus cōpetenter non debet iterū torqueri, nisi noua superuenerint inditia. Et hæc puto vera de iure, licet consuetudo seruet contrarium, vt sanguinarij Iudices multum inseruiant in torquendo, & repetendo pluries, licet minus iuridicè, & malè factū sit. Verò quomodo-
105 cunq; res se se habeat, torture tñ repetitio debet esse moderata per mediam horā sine cōpedibus, & quassu chordæ. Cartar. in tract. de execut. sent. capto bannito. c. 2. n. 68. & 90. in
106 fin. Franc. Personal. de indit. n. 9. in fin. Vbi ꝙ isto casu tutius est Reū mitius torquere, quā plus. Et quando Iudex excessit modū in torquendo Reū pro habendis cōplicibus, vel in ditijs, pœna minoranda est. Ita fuit seruatū
107 tēpore Pij V. in causa cuiusdā Iulij pisicum venditoris, qui cum esset condēnatus ad triremes, cōposuit cū Fisco: Ratio est, quia torturæ repetitione non solum (vt dictum est) inditiorū ratio haberi debet, sed ēt robusticitatis corporis Inquisiti. Vt adnotarunt Gandin. Rubr. de quæst. & torment. n. 4. & 20. Bursatt. cons. 201. n. 86. vol. 2. Vbi de cōi te-
108 statur. Duodecimo quod adsint testes omni exceptione maiores, luce meridiana clariores idonei, legales, inuulnerabiles, & optimè cōcludentes. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quā allegat Bart. in l. cūctos populos, & declarat ibi Ias. n. 51. in fin. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. n. 121. Mantua. conf. 67. n. 37. seq. Dec. consi. 189. col. 1. seq. Mars. conf. 63. n. 13. seq. Glos. & Bart. in l. maritus. n. 1. ff. de quæst. Idē Bart. in l. 1. §. Idem Cornelio. ff. eo. tit. Gram. consi. 1. in princ. Aym. consi. 6. n. 12. Rolan. à Valle cōmunem dicens consi. 37. n. 3. & 10 Plot. in l. si qñ. n. 879. Bal. consi. 259. n. 5. lib. 1. Crauett. consi. 99. n. 4. lib. 1. Ruyn. ex cōi consi. 147. n. 3. lib. 5. cum alijs. Vt per Clar. lib 5. sent. q. 21. vers. vnus testis. Quod procedit etiā in occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi ēt. in fin. Rolan. consi. 361. vol. 3. Vbi reddit rationē; quia (vt dictū est) quanto crimen est grauis, & atrocius, tāto inditia debent esse grauiora, & vrgētiora

109 c. Vbi periculū. de elect. in sexto. Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil potest opponi, & superant omnem ēt friuolā exceptionē, & nullam pœnitus patiuntur maculā: Immo vndiq; sunt inuulnerabiles, aliàs secus. l. 1. §. idem Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi grauiter reprehendit Iudices, qui de facili ex depositionibus in
110 habilium testium reos torquent. Vbi attestatur de cōi: Ratio est, quia sicut ad condēnandum Reū requiruntur testes omni exceptione maiores. l. sciant cuncti. vers. testium idoneorum. C. de probat. Mars. §. diligenter. n. 8 Foller. post alios, quos allegat cons. 76. n. 2. lib. 2. inter cōs. crim. diuers. Bal in l. fin. col. 2. n. 5. verb. quædam est probatio maior. C. de probat. Dec. cons. 429. n. 12. Mascard. de probat. conclus. 459. n. 6. & 9. lib. 2. cōclus. 496. n. 9. lib. 3. conclus. 1360. n. 4. Farinac. q. 61. n. 22. Ita ēt ad torquendum (vt dictum est) Immo debent esse tales, quod nō solum nullam ēt minimam patiatur exceptionem; sed etiam quod sola Rei confessio deesse videatur. Alex. cons. 133. n. 11. seq. vol. 7. necnon debent eorum depositionibus crimen tangere. Glos. in c. 1. de confess. ob illam dictionē aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua eius-
111 dem qualitatis. Glos. in l. quidam Relegatus in verb. amicis. ff. de reb. dub. Et ꝙ sint tales articulari, & probari debet de necessitate, alias probatio non releuat; quia lex hoc præsumit. Vbert. Zuccard. l. fin. n. 83. C. de edict. Diu. Adrian. Tollen. Alciat. de præsumpt. in tertia reg. præsumpt. secunda vers. & idē puto. Dec. c. dilecti. col. 6. n. 14. de appellat. Pa-
112 ris. cōs. 152. vol. 4. n. 7. Et qn̄ plures testes nō sunt omni exceptione maiores, loco vnius habentur; tñ ad inquirendum, & non ad torquendum, & condemnandū faciunt inditiū. Ita Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. n. 3. de test. in sexto, Caualcan. cons. 110. n. 5. seq. Alex. cons. 128. n. 2. lib. 2. Ob eamq; ēt omninò dicitur, ꝙ tam ad torquendum quā ad condēnandū huiusmodi requiruntur testes: & non sufficiunt inditia ēt indubitata, quæ secundū
113 Bos. tit. de conuict. n. 35. sufficiunt tātum ad condemnationē pecuniariam: Ratio est, quia inditia non sunt adeò indubitata, quin quan
114 dā sollicitam recipiant dubitationem. Bos. d. tit. num. 45. Seu quin aduersus illa probari possit contrarium. Boer. decis. 165. num. 1.
115 Et inditia indubitata illa dicuntur secūdum DD. vbicunq; ex qualitate, & multitudine inditiorum inducitur veritas oculis Iudicis, sicut clara lux ostendit veritatem oculis corporeis: Aut sunt talia, quæ inducunt quasi notorium; vel manifestè ponunt factum ante oculos Iudicis: siue sunt talia, quod ponūt rē ante oculos Iudicis ita clarè, vt nō sit possibile, ꝙ res aliter se se habeat. Clar. in §. fin. q. 20. in fin. & alios quos cumulat Farinac. q. 86. n. 67. Datur exēplum in eo, qui intrauit in domum mulieris, auditus fuit d. mulieris clamor, visus fuit ille, qui intrauit domum exire cum gladio sanguinolento, & mulier in facie vulnerata: Aliqui DD. dicunt, ꝙ ex istis inditijs facto proximis, & in facto intrinsecis Reus dānari potest, & hanc adducunt rationem, quoniam natura non repugnat, vt præsumatur, ipsum vulnerasse, & dicunt, ꝙ qn̄ non sunt talia, non potest deueniri ad condēnationē, sed ad torturā. Io. Andr. ad spec. tit. de probat. §. fin. in Addit. Ego verò sequor
116 opinionē Bos. qui dicit, ꝙ ex inditijs ēt indubitatis non potest quis torqueri; sed benè potest ad pœnam pecuniariā damnari; quoniā quis dānari non potest criminaliter ex præsumptionibus, seù inditijs indubitatis. Vt per plures authoritates ostendit Boer. decis. 164. per totā. Mars. §. diligenter. n. 152. Dec. cons.
117 175. n. 8. vers. præterea, qui dicit, quod ex inditijs indubitatis in causis criminalibus condemnatio secundum cōmunē opinionē fieri non potest secundum Bal. & Imol. quos allegat. Et illa opinio, ꝙ ex inditijs indubitatis peruenirí possit ad condēnationē, procedit in inditijs, & præsumptionibus adeò indubitatis, vt rem ponat ante oculos de visu, nempè quod quis visus fuerit exire v. g. de domo cū gladio sanguinolento, vbi repertus fuit mortuus, & alia similia. Vt latè ostendit Brunor.
118 tract. de indit. & tortu. 5. q. 1. n. 4. seq. Tamē ego iudico etiam in tali casu, quem non posse pœna criminis ordinaria damnari. Veronen. cons. 6. num. 11. & cons. 32. num. 21. Bal. & alij in l. eius ff. de testam. § 1. Boer. d. decis. 164. per totam. Gram. decis. 42. loquens in proprijs terminis homicidæ, qui ex inditijs vrgentissimis, & indubitatis fuit
119 transmissus ad triremes: Ratio est, quia pœna criminis ordinaria imponitur, quando extant probationes luce meridiana clariores;
120 & Iudex damnare, seu torquere debet per similes probationes; quia in occultis versatur
121 iudicium Dei. Immo etiam conuicto ex inditijs;

ditijs vehementissimis,& luce meridiana clarioribus pœna minuitur, & temperatur, Ità Boer.d.decis.164.num.6 Gram.d.decis.42. n.1.Clar.q.20.vers.scias tamen, Ioan.Andr. in Addit.ad spec.tit.de probat.§.fin. Vbi pro inditijs indubitatis Iudex non potest impone
22 re pœnam ordinariam criminis: Ratio est, quia ex inditijs etiam vehementissimis,indubitatis,seù violētissimis(vt dictum est) nemo in criminalibus diffinitiuè damnari debet. Gand.tract. malef. Rubr.de præsumptio, & indit. indubitatis, & Boer. latissimè d. decis. 164.incip.Alia insuper. Quod etiam in Tribunali Sācte Inquisitionis obseruari dicit D. Campegius apud Zanchin.c.11.vel doctrinā hanc:Quod intelligitur pœna criminis ordinaria,sed alia mitiori arbitrio Iudicis.Boer.d.decis.164.n.5.seqq.Director.Inquisit.2.par.pag mihi 380.comm.80.n.1. Et quādo pœna est arbitraria,& extraordinaria semper debet intelligi,non de corporali,sed de pecuniaria, vt
23 alias dictum est. Decimo tertio, quod pro parte fisci non pretendatur, non fuisse inditia sufficienter purgata;quia si pretendatur fuisse sufficienter purgata, Reus nec torqueri, nec pœna criminis ordinaria damnari potest; sed quidem pœna pecuniaria,vel aliā non corporali,etiamsi inditia essent vrgentissima, & in-
24 dubitata. Ioan. Andr.in Addit.ad spec.tit.de probat.§. videndū.Gand. d.tract.malef.tit.de præsumpt.& indit.n.1.& 9. Vbi quod omnes DD.tempore suo ità tenuerunt,refert, & sequitur Castrens.cons. 197. col.vlt. Cœpoll.
25 cōs.32.n.20. Decimo quarto quod inditia sint verisimilia; nam quando tendunt contra verisimilitudinem,fortiora,& vrgentiora esse debent,quā alias exigerentur.Abb.c.quia verisimile.de præsumpt.Alex.l.si extraneis in 4. notab.ff.de condit.ob caus.Dec.cōs.175.col. 5.Ioan.de Platea in l.1.C.si propt.inimic.creat.fact.fuerit.Et ità in terminis scribit Gram.
26 cōs.crim.63. col.fin.n.12. Et è cōuerso pro defensione Rei probationes, seù inditia leuiora sufficiunt. Aym. cons. 75. n. 12. Itaq; vt quis torqueri possit requirit,quod inditia,sint adeò verisimilia,& proxima delicto,quod nō
27 ex quibuscunq; præsūptionibus , & inditijs potest deueniri ad cōdēnationē,seù ad torturam.Menoch.q.94.n.2.& q.97.n. 16.lib. 1.
28 de præsūpt Farinac.cons.75.n.104 Ratio est quia sicut ad cōdēnandū inditia debēt esse luce meridiana clariora, ità debent esse ad torquendū. Vbi q̄ sola Rei confessio desit.Alex. cons.133.n.11.seq.vol.7.Et quamuis p̄ Cra

uett.cons.75.n.2.& cons.135.dicatur, quod
129 in probationibus delictorum multum attēditur verisimilitudo;tū cum d.verisimilitudo
130 nō sit ipsa veritas, sed signū, seù aliquale simile veritati, facit tantū inditiū ad inquiren-
131 dū, seù ad capturam, nō autē ad torquēdū; tū ēt quia ad torquendū; requiruntur testes, qui directè deponāt super maleficio, & nō super inditio ad maleficiū.Bal.in l.fin.C. famil. hæreisc.l.fin.ff.de quæst.Alex cons.5.n.1.cōs. 11.in 4.Vulpell.cōs.35.n.6.Dec.c.3.loco.n.
132 15.de probat. Gram. vot.22.Itē requiritur, quod inditia sīt ità verisimilia,& probabilia, vt cadāt in cōsideratione intellectus omnibus sapientibus,& quod sola Rei confessio deesse videatur. Alex.cōs.133.vol.7.n.11.seq. Ioā. de Amic.cons.137.n.22. Item requiritur, q̄ de dicta verisimilitudine constet per probationes,non autem per præsumptiones,& coniecturas.Bal.cons.78.n.3.& quod cōcurrat diffamatio.Mars.in l.repert.num.19.ad fin.ff.de
134 quæst. Mascard.de p̄bat.lib.1.cōclus.35.n. 18. nec nō q̄ causa grauis p̄cesserit,quę Reū mouerit ad delinquēdū.Bal.in c.1.per Glos.de
135 confess. Vbi quod Iudex omninò perquirere debet causam v.g.offensionis;nec dissentit. Gram.vot.3.n.7.Aym.d.cōs.75.n. 17. in fin.
136 Item requiritur, quod maleficium probetur p̄ testes;quia nūquā reperitur in iure scriptū,
137 q̄ verisimilitudines,præsūptiones,coniecturę &c.in omnibus casibus sufficiāt ad condēnandū,seù torquēdū,nisi solū quādo lex ipsa expressè disponit,dd.verisimilitudines,præsūptiones, & coniecturas &c. haberi loco probationis.Alex.l.licet.de legat.primo. Mars.in
138 l.fin.n.4.ad l. Cornel. de sicar. & Rubr. de probat.n.113.seq.Ratio est,quia probatio delicti per verisimilitudines,præsumptiones, & coniecturas dicitur probatio in genere; & tamen probatio,vt faciat inditium ad torturā, debet esse in speciè;idest delictum debet probari per testes omni exceptione maiores,alias nō dicitur probatum.Not.c.cum oporteat.de accusat.Cason.de indit.tract.2.n.2.& 5. seq. Bart.cons.65.num.2.Nec ab re videri debet, quia debet concludenter probari. Crauett.
139 cons. 21. nume. 4. Vbi adducit concordantes. Item requiritur,quod delictum probetur per dd. testes,non autem per verisimilitudines,præsumptiones,& coniecturas, quia
140 Iudicis iudicium debet conformari cum iudi-
141 cio Dei.c.de re iudic.lib.6. sed Deus non fallit p̄ præsūptiones,verisimilitudines,& coniecturas,nec ēt quauis aliā de causa.c.nouit. de

142 offic. delegat. Ità & Iudex debet sequi veritatem, & non quærere condemnare ad mortem ex præsumptionibus, verisimilitudini-
143 bus &c. quæ non reddunt rem claram, vt
144 requiritur ad torquendum, & ad exequendam sententiam capitalem; & ideò iudicare secundum aparentiam exstrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de brachio Regio in verb. iudicare secundum appa-
145 rentiam extrinsecam. Item requiritur quod probetur per testes; quia presumptio, verisimilitudo, coniectura &c. non currunt, quando delictum consistit in facto; quia facta non præsumuntur, sed probanda sunt. l. in bello. §. facta, ff. de capt. Item requiritur, quod probetur per testes, quia verisimilitudo, seu presumptio &c. est minus quam inditium, quod re-
146 quiritur ad torturam. Ità ostendit Alex. cons. 89. col. 1. vers. restat ergò: Quarè ex verisimilitudine &c. nemò torqueri potest. Natt. cons. 362. num. 2. vbi ait hanc esse communem opinionem scribentium in vtroque
147 iure. Item requiritur, quod inditium quodlibet plenè probetur per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos. Ità refert Bal. in l. fin. C. famil. hærcisc. Brun. tract. de indit. & tortu. q. 1. primæ par. Glos. quæ reputatur singularis in d. l. fin. ff. de quæst. Ità etiã voluit Innoc. in c. sicut. de simon. Vbi dicit, quod leuia inditia sufficiunt ad probandum quem hereticum; tamen oportet illa plenè
148 probari per duos testes idoneos. Et licet dicatur, quod ad probandum inditium requiruntur duo testes; tamen non propter hoc Iudex indistinctè Reum torquere debet, nisi etiam illi duo testes verisimilia deponant. Vt v.g. factum est furtum in aliquo loco, probant duo testes, quod viderunt de d. loco exire Petrum habentem aliquid sub mantello; si istè Petrus esset magnus mercator, aut vir alicuius dignitatis, & authoritatis, siue bonæ conditionis, & famæ, quem, non esset verisimile, fecisse d. furtum, non poterit ex hoc torqueri. Ità declarat Angel. in l. milites per illum Text. ff. de quæst. refert, & sequitur Angel. de Aret. in Addit. ad opus maleficiorũ super Glos. in verb. fama publica. super verb.
149 quero principaliter. Dicit enim Angel. quod conditio bona personæ excludit præsumptionem resultantem ex inditijs; & ideò opus est, quod alia concurrant inditia. Brun. tract. de indi. & tortu. q. 1. primæ par. Et ideò dicit, quod illud portare sub mantello aliquid facit inditium verisimilitudinis, quod portãs aliquid sub mantello commiserit furtum. Ta-
150 men bona conditio personæ portantis tale quid sub mantello excludit præsumptionem resultantem ex d. inditio: Sicq; omninò dicendum est, quod verisimilitudines, presumptiones, & coniecturæ non sufficiunt ad torturã.

Quæ, & qualia inditia sint, & dicantur sufficientia ad torturam, & quæ non.

Verum vt melius intelligatur, quando Reo iuridicè debeat, & possit dari tortura, infrascri-
151 pta reperiuntur, nempè quod solus testis omni exceptione maior ad ipsam infligendã sufficit, qui tamen deponat directè super maleficio, & non super inditio ad maleficium; non autem secundum Bal. cons. 515. num. 2. vol. 5. Glos. in d. l. fin. C. famil. hercisc. Bertazz. cons. 60. vbi de commun. Gram. cons. 3. Ossasc. decis. pedamon. 79. n. 55. sufficiunt inditia, præsertim leuia, obliqua, perfuntoria, & a crimine remota; vt v.g. Absentia, seù discessus à patria, accessus ad mulieres impudicas; acclamatio, seù vociferatio propter aduẽtum furis, accusatio, seù querela data, admonitio facta à superiore, vel ab amico, adunatio hominum, sollicitatio ad malum, affinitas, seù consanquinitas cum delinquente, allocutio secreta etiam facta ad aures, altercatio facta cum aliquo, colloquium, seù amor cum muliere, amicitia cum delinquente, amplexus mulieris, apertura domus, ostij, seù capsæ; armorum delatio, armata facta in campanea tribus nõ concurrentibus, assistentia in delicto, associatio delinquentis, attentatum, cadauer repertum iuxta domum alicuius, carceratio, choreę cohabitatio cum delinquente, clamor mulieris, condemnatio de aliquo delicto, conditio mala psonæ, cõquestio de aliquo dãno, consilium, consuetudo, seù practica, contumacia, contumelia, conuenticula, conuersatio cũ malis, cõuiuia, correctio, criminis inculpatio, osculũ, seù deosculatio, deuiatio mulieris nõ causa discessus, diffamatio, dona, seù munera, dormitio, emptio alicuius rei, euaginatio ensis falsa moneta reperta apud aliquem, fama mala, famis necessitas, familiaritas, fisionomia mala, formido, fuga, gaudium de malo alterius, pregnantia mulieris, iactantia, improperatio, seù improperium; opprobrium, imputatio delicti, inflammatio in natura puelle, ingressus in domum alicuius, inimicitia, iniuria, inopia, insidiæ, instigatio, iocus, ira, lamentatio, lis, litteræ amatoriæ,

amatoriæ, locus indecens, maledicentia, mamillarum tactus, mendacium in Reo, mendicitas, metus, minæ, molestiã, mutatio nominis, necessitas, obliuio, obstetricis dictũ, occultatio rei, odiũ auxiliũ, pallor, pauperias, pecunia, expẽſę factę vltra solitũ, peritorũ iudiciũ, periuriũ in Inquisito, pollutio extra vas naturale, affectus, postribulũ, preludia, seù pparatoria ad coitum, vel ad amorem, presumptio, coniectura, proditio, pudor, receptatio alicuius in domo, recognitio hominis ad vocem, assistentia in rixa, salutationes, seù colloquia non facta secundum solitum, scissio vestium, sermo incertus, seruitus, societas, solus cum sola, terror, timor, titubatio, tractatus simplex tribus non concurrentibus, transactio, transitus per aliquem locum, vacillatio, variatio in Reo, venditio rerum, derebatarum, venenum, seù arma existentia in domo, verba iniuriosa, seù minatoria, verecundia, vestium similitudo, vicinitas, vindicta, vita mala; verba blanda, & lasciua dicta amasiæ, & alia huiusmodi &c. Nec quidem ab re videri debet; quoniam ad torturam infligendam inditia debent esse magna, certa, clara, propinqua, probabilia, & vrgentia Glos. in l. fin. in verb. vel inditijs C. famil. hercisc. quam sequuntur omnes in l. fin. ff. de quest. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torment. nu. 26. Vbi ampliat id procedere etiam in crimine heresis tam priuilegiato. Et vt melius intelligatur, dicetur, quod debent esse talia, vt ex ipsis ad fauorem Curiæ post sublatas probationes, & præsumptiones Rei semiplena remaneat probatio; cum, vt inditia ad torturam sufficiant, debeant facere, & continere d. semiplenam probationem ab aliquo non offuscatam, neq; elisam Alex. cons. 89. n. 9. vol. 3. Proh. in c. cum quis de sent excom.
153 in sexsto n. 7. Mantua cons. 251. nu. 15. Et licet per aliquos Iudices dicatur, quod inditium sufficit ad torturam; tamen ne errent benè cõsiderẽt quesò iura, ac DD. authoritates, quia secus est nam vbi dicitur de inditio ad torturam, illud intelligitur semper de semiplena probatione. Vt egregiè declarat soc. Iun. cons. 39. vol. 2. num. 57. Ratio est, quia verè inditia non pro probatione, sed pro quadam specie probationis habẽtur. Calep. de Calep.
154 cons. 52. nu. 33. seq. diuers. lib. 1. Et d. semiplena probatio non potest oriri ab inditijs; sed ab vnico teste, idest ab homine fide digno, ac omni exceptione maiori deponente per visum, vel alium sensum corporeum proprium, & non alienum aliquod delictũ fuisse commissum Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7 Franc. Cason. tract. de indit. in suis qq. cap. 6. Rubr. De non torquendo per inditia, nisi legitimè probata n. 8. Testes nanq; munus non
155 est iudicare, sed quod oculis vidit deponere & testimonium ferre Bart. in l. quod tamen §. si arbiter. ff. de arbitr. Curt. Iun. post multos quos recensetlatè cons. 165. num. 17. illis accedir Dec. cons. 459. num. 10. & cons. 469. n. 9. Paris cons. 104. num. 37. lib. 1. quia debet videre actum occullis corporeis, cum non suf
156 ficiat v. g. quod voces audierit. l. si vnus cũ ibi not. C. de testam. Immò nec etiam sufficit d. vnicus testis quam vis de visu, sed etiam requiritur, quod in eo infrascripta omnia exisstant: nempè quod sit omni exceptione maior Bart. in d. l. maritus ff. de quest. in l. fin. C. famil. hercisc. & in l. admonendi ff. de iureiur. vbi etiã per Bal. & per eundem in suo notab. cons. quod incipit statutum prouidetur. Et quod d. testis sit omni exceptione maior, per Fiscũ articulari, & probari debet Vbert Zuccard. in l. fin. nu. 83. C. de edict. Diu. Adriani tollen. Dec. c. dilecti col. 6. num. 14. de appellat. Item quod vltra eius dictum alia concurrant adminicula Ias. post alios in d. l. admonendi col. 46. nu. 186. in fin. de iureiur Marf. §. diligenter num. 5. Alex. cons. 89. nu. 9. seq. vol. 3. Farinac. cons. 65. num. 41. Item quod tria, vel quatuor coppulatiue coucurrant, prout est videre in hac Discept. sub. nu. 187. Item quod contra ipsum nulla contraria vrgeat coniectura Bal. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Cason. d. tract. de indit. Rubr. de indit. pet visum. c. 1. nu. 5. Item quod reddat rationem, quomodo vidit. Cratt. tract. de test. num. 175. & 352. Ias. l. si non speciali C. de testam. Gram. cons. 58. num. 1. quoniam testium munus est, ꝙ oculis viderunt testificari Bart. in d. l. ꝙ tamẽ § si arbiter. ff. de arbitr. Itẽ
157 quod benè, & clarè concludat, & non præsumptiuè deponat c. in pręsentia de probat. l. non hoc C. vnde cognat. Abb. in c. auditis col. 4. de pręscript. l. neq; natales C. de probat. Bertian. cons. 91. num. 3. vbi quod testis debet necessariò concludere Gram. cons. 65. num. 8. in ciuil. in c. quoties num. 7. de test vide discept. 192. sub. num. 67. & non præsumptiuè deponere Bert. & alij in l. si qñ in fi. C. vnde vi. Marc. d. cons. 63. num. 33. l. testium. C. de test. Bertrand. cons. 147. num. 3. vol. 3.
158 Item quod deponat, quæ certitudinaliter

 nouit

nouit c. relatum q. 2. c. testes 3 q. 8. Fœlyn. c. quoties nu. 7. de test. Rot. decis. Paleott. 679. in prin 3. par. nouiter impressæ Nouell. tract. de test. num. 164 Hyppol. cons. 4. num. 9. vo.
159 1. Corn. cons. 151. vol. 1. nu. 3. Item quod deponat de facto consumato, quoniam non sufficit, quod deponat de circumstantijs delicti, siue de inditijs remotis Boss. tit. de couict. num. 21. Clar. q. 21. vers. mendacium Rolan. d. cons. 3. n. 53 vol. 3. namq; testes deponen-
160 tes super circumstantijs, seù accessorijs, vel
161 appendicibus delicti, & non super delicto, seù facto consumato non faciunt inditium ad torturam Clar. d. q. 21. Roland. d. cons. 3. v g. Testis examinatus dicit Reum habuisse aliquem gladium, quando insecutus fuit Petrum, & non dicens vidisse ipsum cum d. gladio percusisse, non facit inditium ad torturã; quoniam ex hoc dicto non resultat semiplena probatio ad delictum, vt requiritur in criminalibus, vt ipse Reus subijci possit torturæ Clar. in § fin. q. 62. in princ. Quod autem non
162 resultet huiusmodi semiplena probatio, colligitur ex eo, quod inditium semiplenum secũdũ Bal. in l. ea quidem nu. 4 de accus est præsumptio causata ex dicto. boni viri quæ fortiter mouet animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum (vt dictum est) &
163 Bal., sequuntur omnes Criminalistè. Ideò vt menti semper ab omnibus teneatur, iterũ dicitur, quod ad faciendam semiplenam probationem de necessitate præcisa requiritur dictum, seù depositio testis omni exceptione maioris, deponentis per visum, vel alium sensum corporeum, & non sufficiunt inditia Menoch. vt supra Franc. Cason d. tract. de indit.
164 Immò requiritur etiam, quod supradicta alia concurrant adminicula, seù requisita, alias facit inditium tantum Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 6. non autem semiplenam probationem, quæ ad minus requiritur, vt possit infligi tortura Clar. §. fin. q. 62. in princ. Quinimò nec etiam d. semiplena probatio sufficit, nisi sit pariter confirmata alijs adminiculis; quia secundum Bal. in d. l. ea quidem num. 4. de accus. cum semiplena probatio sit solum præsumptio, quæ mouet fortirer animũ Iudicis, Ideò requiritur plusquam semiplena. Vt latè per Boer. post multos Decis. 85. num. 4. Et quæ dicatur plusquã semiplena, probatio vide infra in hac Discep. su b nu. 188. sicq; clarè apparet, quod nullo modo sufficiũt inditia, & maximè, remota:
165 Et optima ratione quidem, quia vt possit infligi tortura de facti veritate, ideſt de certitudine delicti commissi liquidè cõstare debet per probationes, ideſt per testes omni exceptione maiores Arimin. in Addit. ad Angel de malef. in verb. & fama publica num. 108. in fin. non autem per præsumptiones, coniecturas, imaginationes, suspiciones, & verisimilitudines Bal. cons. 78. vol. 3. Immò nec etiam per inditia indubitata, quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit commissum. Ratio est, quia inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt Boss. tit. de conuict. num. 35. nec ab re, quia nullũ inditiũ est adeò indubitatũ, quin aduersus illud possit probari cõtrariũ. Boer. decis. 165. n. 1. Et dato, & nõ cõcesso, q sufficiãt, tamẽ debẽt esse talia, quod nõ solum nullã habeant difficultatem etiam minimam Boss. tit. de indit. ante torturam num. 37. Bertaz. con. 60. num. 8. lib. 1. vbi de comuni, sed etiã opus est, vt crimen tangant Glos. in c. 1. de confess. ob illam dictionem Aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis Glos. in l. quidã relegatus in verb. amicis ff. de reb. dub. Vide plura in Discept. 192. num. 52. seqq.
166 Et ideò haud mirum, si dicatur, quod non omnia inditia sufficiunt ad torturam, quoniã illa debent esse talia, quod crimen tangant ut dictum est & quod omninò verisimile sit, delictum fuisse commissum ab illo, contra quẽ inquiritur Angel. l. conditionaliter C de quæ. vbi dicit esse notandum à criminalistis, quem refert, & sequitur Veronen. cons. 39. nu. 38. Et quia inditia, & maximè remota non tangunt crimen; sed solum testes; ideò inditium
167 non est probatio, quæ requiritur ad torquẽdum, seù condemnandũ; sed (vt aliqui DD. dicunt) est solum signum alicuius maleficij ad veritatem habendam Gand. tract. malef. sub Rubr. de præsump. & indit. Ioan. Andr. in addit. ad spec. in tit. de probat. § fi. in verb.
168 Itẽ per inditia. Itaq; si est signũ, non est probatio, & ob id nõ potest infligi tortura Aliqui alij dicunt, quod inditiũ est pars probationis
169 d. Gãd. in d. tract. sub. Rubr. quæ precedere debeant quæstionem in verb. quæ, & qualia esse debeant ista inditia Aliqui alij dicunt,
170 quod est species probationis. Per not. per
171 Bal. in l. fin. C. de probat. Aliqui dicunt, quod est minima præsumptio boni viri animum Iudicis fortiter mouens (vt dictum est) ad aliquid credendum, seù discredendũ Bal.
172 in Rubr. C. de probat. Aliquì dicunt, quod est, minus quam semiplena probatio Batt.

in

in l. 2. ff. de excusat. tuto. & idem dicit Bal. in l. cũ probatio ff. de probat. in Addit. suis, dicens nulibi clarius id probari, quam in illa le-
173 ge. Si itaq; d. inditium est signum alicuius malefici, non potest dici probatio; quia signum indicat, non probat identitatem facti
174 Vt post Bart. & alios tradit Crauett. consi. 169. num. 4. Et tamen (vt dictum est) de delicto commisso constare debet per probationes, non autem per signa, inditia, præsumptiones, coniecturas, suspiciones, & imaginationes Bal. d. cons. 78. vol. 3. si est pars probatio
175 nis, non potest dici totalis, integra, plena, & perfecta probatio, sed quidem imperfecta, ideò non sufficit ad torturam; quia ex imper-
176 fecto non potest oriri perfectum Aym. de antiq tempor. vers. testis quid. in lib. officialis
177 nu. 17. & 19. si est species probationis non
178 sufficit ad torturam; nam ex quo remouetur genus, remouetur quoq; qualibet eius spe
179 cies C. de vsur. re. iu. ff. de fund. instru. l. fũdi si est minima ꝓsũptio boni viri, non sufficit, quia ꝓsũptio sufficit tantũ ad pœnã pecunia
180 riam, seù ad capturam Boss. tit. de conuict.
181 num. 35. & tit. de indit. num. 180. Si est minus quam semiplena probatiò, non sufficit quia ad minus requiritur semiplena Clar. in §. fin. d. q. 62. in princ. quamuis Bal. in d. l. ea quidem dicat, quod nec etiam semiplena sufficit, nisi etiam sit probata alijs adminiculis (vt dictum est) quæ cum ità sint, Iudices cri-
182 minales, nè errent, animaduertant quesò, quod quando DD. loquuntur de inditio sufficienti ad torturam; illud nimirum (vt dictũ est) intelligunt de semiplena probatione, & non de minus quam semiplena vt dectè, & egregiè declarat Idẽ Soc. Iun. d. con. 39. n. 57
183 vol. 2. quam nullo modo faciunt inditia, sed quidem vnicus testis fide dignus, & omni
184 exceptione maior d. l. qui vltimò in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. Dec. conf. 189. col. 1. seq. Et illi dicũtur omni exceptione maiores, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & vndiq; sunt inuulnerabiles l. 1. §. Idem Cornelio l. maritus vbi Glos. in verb. illicitè in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis Et nè dicantur omni exceptione maiores, sufficit quilibet defectus etiã minimus, aut in personis, aut in dictis Masca. de probat. in præfatione l. 1. q. 6. n. 6. seq. l. 2. Ias. in l. si quis col. 1. ff. si quis caut. Et licet in l. admonendi de iureiur cum ibi not. dicatur, prout etiam dicit Alex. conf. 53. num. 5. seq. lib. 1. Castrens. conf. 143. in fin. quod vnicus
185 testis facit semiplenam probationem, & potest deferri iuramentum in supplementũ plenè probationis; tamen intelligitur tantum in causis modicis, & summarijs vt not. Ias. in d. l. admonendi col. 96. vbi idem dicit de fam. Maranta in 4 par. 5. distin. nu. 191. pag. mihi 184 Immò vt dictum est nec vnicus testis fa-
186 cit semiplenam probationem, nec inditium ad torturam Bart. & alij in d. l. fi. C. de quæst. Clar. in pract. crim. § fin. q. 22. vers. breuiter Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 6. quamuis etiam in tortura deposuerit; sed facit solum quale inditium. Idem Boss. |d. tit. num. 19 Ratio est, quia vox vnius, vox nullius Bo ss. tit. de opposit. contra test. Et est etiam singularis l. iusiurandi C. de test. c. veniens in fin. c. licet in fin. eo tit. Et id quam uis deponat de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti, nisi sit omni exceptione maior Bart. in d. l. maritus num. 1. ff. de quæst. Bal. con 259. num. 5. lib. 1. Crauett. conf 99. num. 4. lib. 1. Ruyn. ex comuni conf. 147. num. 3. & 5. tamen ex mea sententia id habet locum quando cum ipso alia concurrunt adminicula; & præcipuè tria coppu-
187 latiuè, quia tunc secundum DD. facit semiplenam probationem. Primò quod d. testis (vt pluries dictum est) sit omni exceptione maior Plot. in d. l. si quando num. 879. C. vnde vi Aym. d. conf. 6. nu. 12. Secundò quod deponat directè, & immediatè super maleficio, & non super inditio ad maleficium (vt dictum est) Bart. in d. l. fin. C. famil. hercisc. ff. de quæst. Alex. conf. 5. nu. 1. conf. 11. nu. 4. Dec. c. 3. loco num. 15. de pro bat. Gram. vot. 22. Vulpell. conf. 35. nu. 6. Tertio quod alia concurrant adminicula, (vt pariter dictum est) cum de per se non sufficiat Ias. post alios in d. l. admonendi col. 46. num. 186. in fin. ff. de iureiur Marc. in pract. d §. diligenter Alex. d. conf. 89. viso num. 19. seq. vol. 4. quæ cum ità se se habeant, omnino dicendum est, quod ad torquendum Reum nec etiam sufficit semiplena probatio sed necessariò requiritur plus
188 quam semiplena; quæ nemirum est, quando duo adsunt testes, vnus integer, alter non: vel alia adsunt inditia cum vno teste idoneo Vt latè per Boer. post multos decis. 85. num. 4 Iosep. ludouis. decis. 100. num. 4. seqq. Nec ab re videri debet, quia Inditium dupplex est,
189 nempè semiplenum, & dubitatum, & istud dirigit Iudicem in viam quæstionis habendæ cum alijs adminiculis Aliud est plenum, &

in-

indubitatum,& istud dirigit iudicem in viam
condẽnationis. Ex Primò quis nunquã dã-
190 natur l. absentem in princ. ff. de pœn.quia
191 sanctius est,impunitum facinus nocentis re
linquere,quam innocentes condemnare. Vt
ibi dicit Text. Ex Secundò verò quis potest
& debet condemnari. Vt l.si qui C.de adult.
& l.finali C. de probat. & habetur in l. licet
Imperat. ff.de legat. primò quibusſic ſtanti-
bus concluditur, quod ſicut ad condemnan-
dum probationes debent eſſe luce meridiana
clariores; ità debent eſſe inditia ad torquen-
dum emanata tamen ad depoſitiones teſtium
192 idoneorum. Immò (vt dictum eſt) debent
eſſe tam clara, certa, & veriſimilia,quod ſola
Rei confeſſio deſit Alex.d.conſ. 133. nu. 11.
ſeq.vol.7.Ioan.de Amic.conſ. 137.num. 27.
193 Et vbi hinc inde nempè inter Curiam, &
Reum militant inditia ceſſat queſtio Marſ. in
pract. §.diligenter num. 190.maxime quando
194 Reus habet aliquod inditium pro ſe Alex.
conſ.180.vol.2.num.8. ſeq. quoniam ſtante
aliquo inditio, quod contradicit intentioni
Curiæ, Reus torqueri minimè poteſt Boer.d.
195 deciſ.165. in fin. Vbi quod ità pluries fuit
iudicatum. Et vnum Inditium pro Reo tollit
omnia inditia, ex quibus Reus torqueri po-
196 teſt Iaſ.in l.fin. in fi.C.cõmun.delegat.Et ſi-
gnanter vbi pro Reo extant inditia animi,
ceſſant præſumptiones, quæ inducunt crimẽ.
197 Bal. conſ. 425.lib.5. Et animi inditium di-
citut v. g. quando Reus ſpontè ſe in carceri-
bus conſtituit; nam denotat, d.Reũ non ha-
buiſſe animum ad crimen, nec illud commi-
ſiſſe. Apparentibus igitur hinc inde inditijs,
198 & probationibus Fiſci,& Rei, Curiæ intẽ-
tio confunditur,& eſt locus abſolutioni Rei;
quia vnum inditium tollit aliud, & illud cõ-
fundit l.Diuus & ibi Batt.ff.de integr. reſtit.
199 Et vna præſumptio aliam pellit.c.accedens
de crim.falſ. Et probationes Rei,quãdo ſunt
veriſimiliores,& verè proximiores, vt facile
ex illarum diſcurſu comprehenditur, preua-
lere debent Ruyn. tract. de indit. in 7. q.
principali nu. 11.Paris.conſ.153.vol.4.n.33.
200 Immò præſumptiones plures Rei vincunt
pauciores Fiſci c. illud de præſumpt. Alex.
201 conſ.88.vol.7.Bello. conſ. 10. num.4. Et
quando ſunt potentiores ſuperant contrarias
202 debiliores Soccin.Iun.conſ.36.nu.7.vol.2.
Et maximè quando præſumptiones fiſci ſunt
fundatæ ſuper non veriſimili, & pugnat con-
tra naturam, tollunt omnem opinionem de-
licti. Ità Bal. in l. cum qui. C. de Epiſc. &
203 Cler. Quinimò in conflictu probationum
(vt aliàs dictum eſt) hinc inde, etiamſi di-
ſcerni non poſſit, quæ ſint potentiores, di-
citur quod rũc prçſumẽdũ eſt pro Reo Alex.
204 conſ.24.vol.2.n.28.Et ſi illæ sũt pares tũc
inuicem ſe confundunt,& quæ ſunt pro Reo
attenduntur Brun.tract.de indit.& tortu.q.8.
principali num. 11. Alex.conſ.30. vol. 7.nu.
12. Et inter præſumptiones illa attenditur,
205 quæ tendit ad excluſionem delicti Fulgos.
conſ.198.col.2.Gram.conſ.ciuil 59.Ioan.de
Amic.conſ.53.nu.7. Quibus quoq; additur,
quod Iudex pro eius poſſe animaduertere de
bet in infligenda tortura ex inditijs; quoniã
licet etiam ex facultate ſibi conceſſa in pro-
206 cedendo in criminalibus liberum haberet
arbitrium; prout Bart. in l.ſeruum quoq; §.
publicè propè fin.ff.de procurat. Natt.conſ.
594.num.14. & Gand. tit. de quæſt. & tor-
207 ment. num.41. Tamen debet habere indi-
tium, per quod eius animus moueatur,quod
inculpatus ſit torquendus, & non alias. Ra-
208 tio eſt, quia arbitrium non ſupplet defe-
ctum inditij,vbi nullum validum extat indi-
209 tium. Et in arbitrio Iudicantis eſt quæſtio
facti, non autem iuris authoritas l.ordine §.
1.ff.de municip.Hyppol. l. quæſtionis nu.9.
ff.de quæſt.Cœpol.conſ. crim. 14. num. 20.
Gram.conſ.30.num.21.Riminal. conſ. 301.
num.46.vol.4. Vbi acerrimè defendit hanc
opinionem. Et d. Iudex eius arbitrium de-
bet regulare à diſpoſitione legum; ideò non
210 poteſt formare inditia ex ſua ceruice; ſed
211 debet habere inditia à iure ap̃pbata Marſ.
d.§.diligenter num. 30. Crauett. in pract. §.
quæ, & qualia eſſe debeant inditia num.4.&
10. Oſaſc. deciſ. Pedamon.79.nu.13. & 57.
Vbi atteſtatur de comuni opinione Rolan.
conſ.3.num.37.vol.3.Franc.Perſonal.de in-
dit.& tortu. num.11.in fin.Nec valet,ſi dica-
212 tur,quod Iudex,quando habet liberum ar-
bitriũ, poteſt infligere torturã ad libitũ ſuum,
quia dicitur quod illud poteſt ꝯ honeſtè po-
teſt 22.q.2. faciat homo & ff. cõd.Inſt. filius
213 & l.nepos de verb.ſignif.Et illud dicitur poſ
ſe quod de iure poteſt. In Clẽ.ſæpè de verb.
ſignif.in verb.poterit iuncta Gloſ. de præbẽ.
c.ſignificatum de vot.& vot.redempt.magnę
de elect.cum non liceat lib.6. Hæc Card. Za-
bar.in d.Clem.Nec id mirum eſſe debet,quia
Iudicis arbitrio quando à lege, vel ab homi-
214 ne aliquid commiſſum eſt, id vtiq; intelli-
gitur, dumodo procedat ſecundum terminos
iuris,æquitatis,& ſic iuſta cauſa ſuadente l.1.
ff.de

ff.de vsur.c.iu.licet ille. vers.bonus Iudex. 3. q.7.Mars.sing.397. incip. arbitriū. Menoch. de arbitrar.q.lib.1.q.9.nu.3.seq.& q.77.nu. 1.Et quando Iudex ex aliqua causa vult recedere à regula iuris comunis propter arbitrium sibi concessum à lege, siue à Principe, debet d.causam exprimere, & declarare. Fœlyn.in c.1.post num.50.vers.& prædictis adde.de constit.& in c.cum ordinem.post num. 8.vers.benè facit. de rescript. Abb. & communiter omnes in c. sicut. de re iudic. Riminal. cons.483. num.13.seq. & ibi Mandos in addit.& cons.499. nu.3. Et sic quando concessum est Iudici liberum arbitrium, puto quod ad torturam non sufficiunt inditia; sed sicut ad condemnandum requiruntur testes omni exceptione maiores, ità etiam ad torquēdum
216 (vt pluries dictum est) Ratio est, quia inditia non pro probatione, sed pro quadam specie probationis habentur Calep.de Calep. cons.52.num.33.seq.diuers.lib.1.Et hæc pro nunc in tali casu sufficiant, in cuius declaratione pluries iura, & DD. authoritates mihi opus fuit repetere, ad hoc solum vt sciatur, quod non inditia, sed testes tantum sufficiunt ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non est arbitraria Iudici quoad illationem ipsius, sed quoad tempus & quoad modum.*
2 *Arbitrium regulatur secundum leges, & debet esse iuri, aequitati, & rationi consonum.*
3 *Arbitrio Iudex vti debet in aliquibus leuibus, non autē in causa capitali.*
4 *Tortura est subsidium extremum ad inueniendā veritatē*
5 *Tortura non infligitur nō expectatis prius probationibus*
6 *Practica, seu stylus Tribunalium non seruatur, quando est contra ius.*
7 *Inditia non esse sufficientia ad torturam, Iudex arbitrari debet.*
8 *Opinio benignior in criminalibus semper est tenenda.*
9 *Arbitrio Iudicis sunt commissa, quæ in facto consistunt, non autem quæ in authoritate iuris.*
10 *Tortura quando non est infligenda iure nō potest infligi.*
11 *Inditia propriè non dicuntur arbitraria.*
12 *Iudicis iniuria quicquid manat, iniustum est.*
13 *Ius ex iniuria Iudicis nasci non potest.*
14 *Inditia ad torturam debent esse propinqua, probabilia, magna, certa, clara, nō autem leuia, perfunctoria, obliqua, & remota.*
15 *Inditia legitima ad torturam etiam in atrocissimis delictis, & difficilis probationis requiruntur.*
16 *Criminis atrocitas non facit vt Reus torqueri possit legitimis non exstantibus inditijs.*
17 *Criminis atrocitas Iudicem mouere non debet etiam in quolibet grauissimo crimine.*
18 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauiora & atrociora.*
19 *Tortura vt infligi possit, à Iudice iuris ordo, & solemnitates seruari debent.*
20 *Iudici licet iura transgredi in puniendo, non autem in procedendo.*
21 *Defensionis facultas nemini est deneganda.*
22 *Lex quæ non dicit, nec Iudex dicere debet.*
23 *Iudex sine lege procedere non potest.*
24 *Iudices maleficiorum dicuntur crudeles, qui varijs, artibus, modis, & instrumentis in torquendis Reis vtuntur.*
25 *Tortura Iudicis arbitrio est refrenanda, atq; moderāda.*
26 *Tortura excessiuè data operatur, quod inditia principalis delicti sint purgata.*
27 *Tortus si moriatur in tormentis ob seuitiam, Iudex tanquam homicida decapitari debet.*
28 *Tormentorum noua genera non sunt à Iudice excogitanda.*
29 *Iudex artibus impijs se exaltare cupiens confundit suam bonam famam apud bonos.*
30 *Tormentorum noua genera excogitare carnificum est potius, & crudelium, quam Iurisconsultorum, & theologorum.*
31 *Tormentis vsitatus, debitus, & benignus modus, & non inconsuetus, & periculosus est tenendus.*
32 *Tortura est res fragilis, incerta, & periculosa, & quæ veritatem fallit.*
33 *Tortura plerunq; cogit ad mentiendum.*
34 *Torturæ non semper est adhibenda fides.*
35 *Tortura multa vi, & metu dicere cogit, quæ non sunt vera.*
36 *Tortura est grauissima pœna.*
37 *Tortura est magnus dolor corporis, & magna afflictio.*
38 *Torturæ pœna maior est quam abscissio vtriusq. manus.*
39 *Torturæ dolor etiam innocentes mentiri facit.*
40 *Tortura non potest infligi quando venit imponenda pœna pecuniaria vel exilij.*
41 *Tortura non potest infligi, nisi veniat imponenda pœna corporalis.*
42 *Tortura non infligitur, etiam quando delictum est grauissimum nisi in his, quæ grauissimam causam habent.*
43 *Tortura vt infligi possit singula inditia sunt plenè probanda, idest per duos testes contestes de loco & tempore idoneos, & fide dignos.*
44 *Tortura vt infligi possit, necesse est, vt accusator postulet Reum torqueri.*
45 *Defectus quilibet, seu macula, aut exceptio etiam minima in dicto, vel in persona testis impedit torturæ effectum.*
46 *Tortura non potest infligi nisi considerata prius qualitate testis, an sit fide dignus.*
47 *Tortura vt infligatur debet testis deponere directè super maleficio, & non super inditio ad maleficium.*
48 *Tortura non infligitur odio vel alia iniusta prætentione.*
49 *Tortura non infligitur etiamsi confessio facta sit seruatis seruandis.*
50 *Tortura non potest infligi cum protestatione, quod sint saluæ probationes.*
51 *Tortura non potest infligi cum protestatione quod infertur sine præiudicio contumacialis sententiæ.*
52 *Tortura non infligitur cum protestatione citra præiudicium confessatorum.*
53 *Tortura non infligitur cum protestatione, quod Iudex non*

non intendit torquere super conuictis.

54 *Tortura non potest infligi nisi in subsidium, & probationis defectum.*

55 *Tortura non potest infligi, postquam Reus commedit.*

56 *Tortura non potest infligi pro leuibus inditijs, & pro re parui momenti.*

57 *Tortura non infligitur nisi præcedat formatio inquisitionis, litis contestatio, repetitio testium parte citata, & publicatio processus.*

58 *Præsumptiones suspiciones, imaginationes & coniecturæ non sufficiunt ad torturam, sed ad capturam tantum.*

59 *Tortura vt infligi possit requiruntur testes omni exceptione maiores, & concludentes.*

60 *Tortura non infligitur, nisi ex numero testium, vel ex eorum qualitate, vel ex persona Rei appareat testes non mentiri.*

61 *Tortura non potest infligi quando quis ciuiliter egit.*

62 *Tortura quãdo alicui datur, & in tortura dicit aliquid contra alium, non propter hoc ille alius est torquendus.*

63 *Tortura non parit torturam.*

64 *Tortura non est inditium, sed purgat inditium.*

DISCEPTATIO III.

De Tortura.

1 CRiminalistę valdè errare mihi videntur, quando dicunt, quod tortura est arbitraria Iudici, quasi velint inferre his verbis, quod iure, & liberè possunt seruire in eos: quod nimirum secus est; quia tortura non est aliter arbitraria Iudici, sed dicitur sic per vulgatum quendam dicendi modum. Et quamuis Bart. in l. vnicus. §. Reus. ff. de quest, Alex. cons. 5. nu. 4. lib. 1. Ioan. de Amic. cons. 37. num. 4. Boer. decis. 163. num. 10. Gram. cons. 1. num. 25. Mars. in l. repeti. num. 6. ff. de quęst. Mantua. cons. 208. num. 2. Boss. tit. de tortu. num. 42. Curt. sen. cons. 59. num. 9. Aym. cons. 288. num. 7. Soc. cons. 54. nu. 14. lib. 3. dicant, quod Tortura est arbitraria Iudici; tamen intelligitur & quoad tempus, puta vel per mediam horam, vel per horam &c. & quoad modum, nempè an funiculus vltra torturam debeat concuti ferula &c. prout fieri solet in atrocissimis delictis: Nec non etiam intelligitur, quando inter DD. in aliquo casu diuersæ sunt opiniones; idest quando aliqui dicunt, quod Reo potest infligi tortura, & alij dicunt, quod non; nam tunc potest Iudex se adherere illorum opinioni, cui magis vult, & ipsi placet: Quo verò ad illationem ipsius non est arbitraria; quia non potest Iudex ipsam inferre ad libitum suæ voluntatis: Ratio est, quia tortura, cum sit quid facti est in potestate legis, non autem in arbitrio Iudicis. l. 1. & 2. ff. ad Tur-

2 pill. l. ordine. ad Munic. Et arbitrium regulatur secundum leges, & debet esse iuri, æquitati, & rationi consonum. Rom. cons. 376. n. 7. Alex. cons. 217. num. 5. lib. 1. Immò debet

3 regulari secundum ius commune, & circa aliqua leuia, non autem in causa capitali, & quando dubitatur, an sit infligenda d. tortura, & ita tenent communiter DD. vt attestatur Albert. in 3. par. statuti. q. 32. nu. 1. refert, & sequitur Clar. q. 21. vers. arbitrio, & balia. & q. 64. vers. dixi etiam. Vbi ait, quod Iudices cauere debent, nè pretextu arbitrij procedant ad tormenta sine legitimis inditijs, prout de iure requiritur. l. milites. §. oportet.

4 C. de quest. Ratio est, quia tortura est subsidium extremum ad inueniendam veritatem; quamuis hodie de mala sanguinariorum quorundam Iudicum prætensa consuetudine facilè non expectatis alijs probationibus ad torturam protinus accedatur, in quo grauis-

5 simè erratur. Angel. l. fin. num. 4. C. de quest. Boer. d. decis. 163. incip. An per torturam. nu. 1. Mars. in l. 1. nu. 7. de quæst. Vbi de comuni, & Panormit. in d. c. cum in contemplatione. q. 2. de reg. iur. Et quamuis nonnulli Iudices dicant, quod de stylo, seù practica aliter seruari videãtur in pluribus Tribunalibus;

6 tamen Iudex christianus huiusmodi stylum, seù practicam seruare non debet. Text. est in l. sed licet. ff. de offic. Præsid. Vbi habetur, quod non id quod fit Romæ, sed quod de iure fieri debet, seruandum est. Bertaz. cons. 225. post num. 19. lib. 1. & cons. 556. nu. 10.

7 seq. in fin. lib. 2. Et Iudex semper arbitrari debet, inditia non esse sufficientia ad tortu-

8 ram. Cacheran. decis. 79. num. 58. seq. cum in criminalibus semper sit tenenda opinio benignior. l. interpretatione. ff. de pœn. Cacheran. decis. 80. num. 8. Et hoc procedit etiamsi

9 Iudex haberet liberum arbitrium nam tali arbitrio commissa sunt, quę in facto consistũt, non autem quæ in authoritate iuris. Simon. de Petis cons. 202. num. 2. Vbi plura in his terminis adducit. Ex quibus igitur infertur,

10 quod d. Tortura non est arbitraria Iudici; sed benè inditia sunt arbitraria; quia quando nõ est infligenda iure non potest infligi; cum ad ipsam infligendam legitima debeant præcedere inditia, & probata. d. l. milites. vers. oportet. C. de quæst. Brun. de indit. & tortu. q. 9. n. 16. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu.

11 nu. 1. & 132. Immò nec etiam inditia propriè possunt dici arbitraria; cum ipsa quoq; debeant esse legitima ad torquendũ. Rolan.

d. cons.

12 d.consl.7.num.38. seq. lib.1. Et quicquid ex iniuria Iudicis manat, iniustum est, & iniustitia causæ permanet in eius effectu: non
13 enim ex iniuria ius nasci potest. Glos. & cæteri in l.pen.ff.de quæst. & in c. cum in contemplatione.de reg.iur. Hyppol.in pract. §. 2.quæstio.Simanc. Enchirid.de torment.tit.
14 52. num. 34. Immo dd. inditia debent esse propinqua,probabilia, certa, & clara; cum ob remota leuia, & obliqua Reus torqueri minimè possit.Glos.in l.fin.in verb.vel inditijs. C.famil. hercisc. quam sequuntur omnes in l.fin. ff de quæst. Corrad. in pract. tit. de negat.crim.& torment.num.26. Vbi ampliat id procedere etiam in crimine heresis tam priuilegiato, & Cason. in tract. de tor-
15 ment.c.1. num. 8. legitima (inquit) tortura requirit inditia, etiam in atrocissimis delictis, & difficilis probationis; quoniam nec atroci-
16 tas criminis,nec probationis difficultas facere possunt, vt sine ipsis Inquisitus torqueri possit. Foller. in pract. crim. in verb. Quod suffocauit vxorem. num.58. Hyppol. Riminal. consl.89. num.57. lib.1. & latius consl.
17 361. num.32.seq. lib.3 Cum criminis atrocitas Iudicem mouere non debeat etiam in quolibet grauissimo crimine. Rolan. d.consl. 7.num.38. vol.1. & consl.12.num.89.lib.3.
18 quoniam quanto crimen est grauius,& atrocius tanto inditia debent esse grauiora, clariora, & vrgentiora. c. Vbi periculum. de elect. in sexto. Rolan. d. consl. 361. num.32.vol.3. Nec valet, si dicatur per ali-
19 quos Iudices, quod delictis atrocissimi licet Iudici iura transgredi; quia etiam in similibus ad infligendam torturam tam iuris ordo, & sollemnitas ab ipsis seruari debent, quam etiam legitima debent præcedere inditia.Foller.in d.pract.crim.in verb.Quod suffocauit vxorem. num. 53. & 58 lib. 1. Et
20 quando dicitur, quod licet Iudici iura transgredi, intelligitur in puniendo, non aut in procedendo, vbi est dubium, an Reus commiserit delictum, an non.Foller.in pract.vbi supra.num.57. Bofs.tit.de for. compet. nu. 56. Gabriel lib.7.conclus. 1. num. 38. Rolan. d.consl.7.num.42. lib. 1. & consl.12.nu. 72. lib.3.& est communis òpinio, vt attestatur Mascard.de probat.conclus.137.num.5.
21 lib.1. Ratio est, quia Defensionis facultas nemini est deneganda;cum iniquum sit inauditum hominem torquere, seu condemnare. Clem. pastoralis.de re iudic.de causa possessio.l.defensionis facultas. C.de iure fisci.lib.
10. Immo (vt quidam Iurisperitus non ineptè dixit) defensionis facultas nec etiam Diabolo esset deneganda. Simanc. in Adnotat. in Zanchinũ.c.3.Quod cum ità sit,malè dici-
22 tur, quod tortura est arbitraria Iudici: Et ideò quilibet christianus Iudex pro eius sapientia, & dignitate, quæ lex non dicit, nec ipse dicere debet. l. seruum. vers. non dixit
23 Prætor. ff.de acquiren.hæredit.cum sine lege procedere non possit. Argum. l. illam. C. de collat.l.quid verò. §. pœna grauior.ff.de his,
24 qui not.infam. Vbi Bart. & alij.Qua quidem ex re benè, & misericorditer à Brun. tit. de indit. & tortu.his formalibus verbis 2. q. 2. par.num.5. seq. reprehenduntur illi crudelissimi maleficiorum Iudices, qui multis, varijsq; modis,atque instrumentis in torquendis Reis vtuntur. Aliqui(inquit ipse) immittunt aquam per nares,in qua etiam nonnulli imponunt calcem obstructo ore bibentis, quod genus torturæ, vt ipse audiuisse dicit, est periculosum, ne ex eo suffocetur tortus: Quidã ponunt tax illud in osso pedis, quod vulgariter dicitur osso pazzo: Quidam ponunt musconem in ventre, siue in vmbilico, & desuper ponunt ciatum ab includendum illum, nè possit egredi: Quidam torquent cũ lingua caprina, & hoc modo,quia lauant pedes torquendi cum aqua benè salita, & ligato torquendo super sanno faciunt, quod capra cum lingua lambat plantas pedum,quod libẽter facit propter auiditatem salis; Et dicit audiuisse,quod istud est durissimum tormentum, & sine periculo: Quidam torquent immittendo virgas inter digitos manus strin gendo cum cordula: Quidam vtuntur corda ligatis manibus post terga; quod genus torturæ communiter est in vsu, & vnusquisque Prætor ex publico habet tale instrumentum (vt videmus vbiq;) & istud est à consuetudine communiter approbatum, & etiam de iure. Vt l.nulli. C.ad l.Iul. maiest.Verum in isto quoque maxima debet adhiberi diligentia;cum et huiusmodi tortura à quoquo
25 humanissimo Iudice sit semper pro eius arbitrio referenda, & moderatè danda. l.quoties. de naufra.lib. 11. Ità dixit Bal.in l. data opera.C.qui accus.non poss.Bofs.tit.de tortu. num. 27. & 46. Alias multa solent peri-
26 cula accidere: Nam quando exceditur modus in inferenda d. tortura, nempè quod datur excessiua, operatur, quod inditia principalis delicti sint purgata. Farinac. de indit. q.46.num.28. in fin. Vbi adducit rationem; quia

quia tunc Reus non iure torquetur: Quidam insuper ligãt solum vnam manũ ad funem, & sinunt sic pendere super terram, & dicit quoq; d.Brun. audiuisse, quod dantur etiam detento ad commedendum carnes multum salitæ, & denegant potum: Quidam lauant pedes torquendi, & plantas inungunt cum larido porcino, & ligato torquendo super scanno faciunt, vt plantæ pedum vergent versus ignem validum, & sic iuxta ignem sinunt permanere: De modis autem, & instrumentis aliquibus torquendi crudeliter ponit Bal. in l. 1. C. de man. seruo. Vbi dicit per illũ
27 Text. in verb. laniauerit: Nota, q̃ cõtra Iudices, qui scindunt alicui carnes, vt confiteatur crimen, si moriatur tortus in tormentis, Iudex iste debet decapitari tãquã homicida, & Angel. in l. nemo carcerẽ. C. de exact. tribut. lib. 10. dicit, quod not. Text. contra Iudices crudeles, qui propter delectationem inue-
28 niunt nouas tormentorũ species. Hi enim (vt d.Brun. dicit) appellantur Iudices irati, crudeles, atq; peruersi, & ratione peruersitatis Dominus confundet eos, quia sunt perpetuo ignorantes: Sapientes verò talia abhorrent, & virtutum illuminatione scientiæ for-
29 mam propagãt. Reliqui verò artibus impijs se exaltare dicentes confundunt eorum famam apud bonos, & graues incessanter inquinantes. Et id maxime cõstat per Anton. Gomez. qui tom. 3. varia resolut. c. 13. n. 5. grauiter eos reprehendit: Et ego dicta noua tormentorũ genera excogitare nullo modo
30 laudo, quia carnificum est potius, & crudelium, quã Iuris consultorum, & Theologorum. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 483. comm. 39. & pag. 593. comm. 110. Vsitatus
31 ergo, debitus, & benignus modus, & non inconsuetus, & periculosus in tormentis est tenendus. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 483. comm. 110. Et christianus Iudex habeat illa Iurisconsulti verba ante oculos in l. quæstionis modum. ff. de quæst. Vbi itaq; quæstionem habere oportet, vt seruus saluus sit vel innocentiæ, vel supplicio; Quod rectè quoq; admonuit Panormit. in d. c. cum in cõtemplatione. q. 3. n. 4. extra de reg. iur. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593. cõm. 110.
32 Et id optima ratione quidem, quoniam tortura est res fragilis, incerta, & periculosa, & quæ sæpissimè veritatem fallat. Ex Vulpiano in l. 1. §. in causa Tributorum. vers. quæstioni. ff. de quæst. huiusmodi sunt verba desumpta; Quæstioni fidem non semper, nec tamen vnquam habendam Constitutionibus declaratur: Etenim est res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat; nam pleriq; patientia, siue duritia tormentorum ità tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit: Alij tanta sunt impatientia, vt quod vis mẽtiri, quam pati tormenta velint: Itaq; fit, vt etiam vario modo fateantur, vt non tantum se, verũ ẽt alios comminentur. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 483. cõm. 39. Et Clar. q. 64. vers. multi innocentes & c. dixit, quod tortura est res fragilis, atq; periculosa, & quæ veritatem fallat; cum aliqui sint tantę impetiantię, vt mentiri potius, quã
33 pati tormenta velint: Vnde multi innocentes ob tormenta falsi condemnati fuerunt, quo-
34 niam d. tortura plerunq; cogit ad mẽtiendũ. d. l. 1. §. in causa. ff. de quæst. Et ideò torturę
35 non semper est adhibenda fides, quia multa vi, & metu dicere cogit, quę non sunt vera. d. l. 1. ff. de quæst. Diuus quoq; Augustinus dolenda esse ait iudicia hominũ de hominibus, cum quispiam torquetur, & cum quæritur vtrum sit innocẽs, cruciatur, & innocẽs, luit pro incerto Scelere certissimas pœnas. Demum Rethores multa dicunt contra tormenta. d. l. 1. §. quæstioni. ff. de quest. d. D. Augustinus lib. 19. de Ciuitate Dei c. 6. Cic. in Partitionibus. c. 2. Rethoricorum. Aristot. Rethorico. ad Alexandrum. c. de quest. Simanc. Enchirid. tit. 52. de torment. num. 2. Nec ab re videri debet; quoniam tortura est
36 grauissima pœna. Grãm. vot. 15. num. 10. etiam, Bos. tit. de tortu. num. 14. dicit, quod est magnus dolor corporis, & magna
37 afflictio: Immo maior est pœna torturę, quã abscissio vtriusq; manus. Auth. vt nul. Iud. §.
38 fin. Paris. de Put. in tract. de scindic. in verb. tortura. c. 15. Boss. tit. de tortu. nu. 12. & 14. & tit. de examin. Reorum. num. 14. Muscatel.
39 in pract. crim. pag. mihi 261. num. 136. Vnde haud mirum, si torturę dolor etiam innocentes mentiri facit. Vulpell. consf. 27. nu. 6. & Farinac. q. 42. 92. num. 9. & 14. Vbi dicit, quod in criminalibus, in quibus esset impo-
40 nenda pœna pecuniaria, vel exilij nõ potest dati tortura etiam in delictis reiteratis, vt ibi per eum. num. 10. ac etiam quod extarent inditiã. Clar. d. q. 64. vers. præterea debet. Bursatę. cons. 368. nu. 34. vol. 4. Gomez. varia. resolut. tom 3. c. 13. & cons. 95. n. 17. Peguer. decis. 16. per totam. Boss. tit. de indit. num. 92. Cartar. in pract. Reorum interogan. lib. 4. c. 1. n. 17. seqq. Ratio est quia absurdũ est,

est, quod ordinatum ad vnum finem non reguletur iuxta naturam illius finis. contra Text. in l. etsi non sint. §. perueniamus. ff. de aur. & argent. ligat. Grauett. cons. 137. num. 10. & 12. Nec etiam potest dari d. tortura, quando pœna relegationem non excedit. Muscatell. pag. mihi 111. num. 29. Immo non potest dari, quando pœna stellionatus, idest pœna non corporis afflictiua imponitur. Oldrad. cons. 74. Vbi quod isto casu imponitur pœna parua. Cæterum illud ab omnibus Iudicibus criminalibus est omninò animaduertendum, quod vltra supradicta non potest infligi Tortura alijs pluribus de causis prout infra. Primo non potest
41 infligi, nisi veniat imponenda pœna corporalis. l. edictum, & l. Diuus; & ibi Bart. &
42 Alex. ff. de quæst. Secundo non potest infligi, etiam quādo delictum est grauissimum, nisi in his, quæ grauissimam causam habent, & probationes efficaciores sunt. l. vlt. C. de
43 probat. Dec. cons. 429. num. 9. seq. Tertio non potest infligi, quamuis Reus suspectus sit, & argumentis verisimilibus vrgeatur, nisi alia multa concurrant scilicet vt inditia singula plenè probentur; idest per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, & fide dignos. Afflict. c. 1. §. sacramenta. de consue. rec. feu. Marc. Blanc. tract. de indit. num. 46. tom. 15. Franc. c. 1. col. 1. vers. & intellige. Bart. & cæteri in l. vlt. ff. de quæst. Hippol. in pract. §. diligenter. Glos. communiter approbata in d. l. vlt. C. famil. herc. Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52.
44 num. 6. Quarto non potest infligi, nisi accusator postulet, Reum torqueri. l. de minore. ff. de quæst. l. quicunque. C. de seru. fugit. Simanc. Enchirid. d. tit. 52. num. 5.
45 Quinto non potest infligi, quando in teste aliquis reperitur defectus, aut macula, siue exceptio; quia quilibet defectus, aut macula, seù exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona testis impedit torturæ effectum. Clar. post alios q. 21. vers. vnus testis, & q. 22. vers. vnum tamen. Rolan. d. cons. 7. num. 3. & 10. & cons. 24. num. 2. lib. 1. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt. q. 89. num. 2. l. 1. §. idem Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff.
46 de quæst. Sexto non potest infligi, nisi prius Iudex considerauerit, & perquisiuerit, an testes sint fide digni, vel si fortè natura varij sint, si leues, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsi, si præmio, si gratia adducti testimonia perhibuerint. Item ipsorum conditionem, dignitatem, diuitias, paupertatem, amicitiam, inimicitiam, sexum, ætatem, numerum, & id genus alia; ut his omnibus benè perpensis possit deliberare quanta fides sit ipsis adhibenda l. 2. cum seqq. ff. de quæst. Simanc.
47 Enchirid. tit. 35. num. 17. Septimo non potest infligi, quando testis directè non deponit super maleficio, sed super inditio ad maleficium. Bal. l. fin. C. famil. hercisc. l. fin. C. de quæst. Alex. cons. 5. num. 1. cons. 11. nu. 4. Dec. c. tertio loco. num. 15. de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. cons. 35. num. 6.
48 Octauo non potest infligi odio vel aliqua iniusta prætensione, aliter Iudex punitur, ac si indebitè torqueret Reum. Bart. in l. Cornelia. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Paris. de Put. in tract. de Scindic. in verb. tortura. c. 12. An si officialis. num. 2. vers. Bartolus autem, & post Bart. & Angel. de malef. Brun. tract. de indit. & tortu. 2. par. q. 5. num. 10. vers. vide etiam. Rondinell. de Scyndic. num.
49 258. Farinac. q. 37. num. 114. Nono non potest infligi, etiam quod Confessio facta sit seruatis seruandis ab his, qui non possunt torqueri. Boss. tit. de indit. ante tortu.
50 num. 120. Decimo nec etiam potest infligi cum protestatione, quod sint saluæ probationes, nisi cum de attrocissimo crimine tractatur. Afflict. super Constit. Neapol. lib. 1. num. 27. Didac. lib. pract. qq. c. 23. num. 6. vers. prima conclusio. Vulpell. cons. 4. num.
51 9. Vndecimo non potest infligi cum protestatione, quod infertur sine præiudicio contumacialis sententiæ, & rei iudicatæ; quia ista protestatio est contraria facto. Tradit. Ias. l. 2. col. 45. C. de iur. Emphiteo.
52 Duodecimo non potest infligi cum protestatione citra præiudicium confessatorum quia Iudex sic protestans nihil facit; cum pariter huiusmodi protestatio sit contraria facto. Not. c. cum M. Ferrariensis. de
53 Constit. Ias. d. l. 2. Decimotertio non potest infligi cum protestatione, quod ipse Iudex non intendit torquere super conuictis; quoniam huiusmodi protestatio est vana, & nihil operatur, quando Reus in tormentis interogatur super delicto proprio. Boss. tit. de confess. num. 19. & 29.
54 Gram. decis. 96. num. 2. Decimoquarto

C Non

Non potest infligi nisi in subsidium, & pro-
bationis defectum iuxta cõmunem praxim],
de qua in l. Diuus Pius. ff. de quest. Bal. Al-
be. l. obseruare. C. quor. appell. non recip.
Castrens. in l. si quis in hoc genus. C. de
55 Episc. & Cler. Vulpell. cons. 4. num. 13. De-
cimoquinto, Non potest infligi, postquam
Reus commedit, sed Iudex expectare debet
per horas octo, nè euertatur stomachus, &
vouendo patiatur. Scripsit Clar. d. q. 64. vers.
56 de certa tortura. Vbi ita de consuetudine atte
statur seruari. Boss. tit. de indit. & considerat.
ante tortu. num. 92. Decimosexto, Non po-
test infligi pro leuibus delictis. & pro re par-
ui momenti; sed pro grauibus. l. leuia. ff. de ac
cusat. Bart. l. leuia. ff. de iureiur. Brun. tract. de
indit. in princ. Iodoc. Brug. tit. de crim. traden.
tortu. num. 4. Capic. Decis. 126. Aym. cons.
41. Vulpell. cons. 24. num. 13. & cons. 33.
57 num. 7. siue vti Reus, siue vti testis fuerit exa
minatus. Boss. tit. de tortu. test. num. 8. Deci-
moseptimo. Non potest infligi, nisi præcedat
formatio Inquisitionis, litis contestatio, repe
titio testium parte citata, & publicatio pro-
cessus. Boss. tit. de indit. & cõsiderat. ante tor-
58 tu. nu. 126. Decimo octauo, Non potest in-
fligi per præsumptiones, suspiciones, imagi-
nationes, coniecturas, &c, Sed inditia de ne-
cessitate requiruntur per testes omni excep-
tione maiores probata, qui deponant con-
cludenter per vnum ex quinq; sentibus Dec.
cons. 189. col. 1. seq. tradit. Bart. l. 1. cum ibi
not. ff. de quest. not. l. milites. & in l. fin. C. eo.
tit. Boss. post alios quos allegat tit. de indit.
59 num. 180. Vbi ait præsumptiones, suspicio-
nes, coniecturæ, &c. in criminalibus sufficiunt
ad capturam tantum, & non ad reliqua, quã-
uis sint violentæ. Innoc. & alij in c. quia ve-
risimile. de præsumpt. Bal. in l. fin. in vlt. col.
C. de probat. Ratio est, quia probationes etiã
in indicijs enormium delictorum, vt assassi-
nij, &c. debent esse liquidissimæ, & apertæ.
l. in testamento. ff. de condit. & demonstrat.
quem Text. singularem affirmat Bal. in c. 1.
qualiter Dominus à propriet. priuet. nempè
emanatæ per testes omni exceptione maio-
res. l. qui vltimò in fin. ff. de pœn. quam
allegat Bart. in l. cunctos populos; & decla-
rat ibi Ias. num. 51. in fin. Mantua. cons. 67.
num. 37. seq. Mars. cons. 69. num. 13. seq.
Ariminen. in Addit. ad Angel. de malef.
in verb. & fama publica. num. 108. in fin.
Vbi secundum Bal. quem allegat in l. 3. §.
eiusdem. ff. de test. Farinac. q. 37. num. 59.
60 & q. 56. num. 121. Decimonono, Non potest
infligi, nisi ex numero testium, vel ex eorum
qualitate, vel ex persona Rei appareat testes
non mentiri. Aret. c. cum P. Manconella. col.
5. propè med. de accus. Per Text. in fidei fa-
61 uorem. §. fin. de heret. in sexto. Vigesimo,
Nõ potest infligi, quando quis ciuiliter egit.
Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n.
62 98. Vigesimoprimo, Nõ potest infligi, quan
do v. g. alicui datur tortura, & in tortura di-
cit aliquid contra alium, non propter hoc il
le alius est torquendus. Tiraquell. caus. 6. Ra
63 tio est, quia tortura non parit torturam, siue
non sufficit pro inditio ad torturam, sed re-
quiritur etiam alia præsumptio. Salyc. in
l. fin. C. de accusat. Boss. tit. de indit. ad tor-
64 tu. num. 160. Alex. cons. 89. lib. 3. Mars. cõs.
2. num. 28. Boer. decis. 319. num. 1. Et absur-
dum esset dicere, quod tortura est inditium
ad torturam; quia non est inditium, sed pur
gat inditium. Rolan. à Vall. cons. 16. nu. 17.
lib. 1. Clar. q. 21. vers. sed. & vers. seqq. Ber-
taz. cons. crim. 39. num. 13. & cons. 234. nu.
1. seq. lib. 1. & in specie Boss. tit. de indit. &
considerat. ante tortu. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Laicus contra Sacerdotem, seu clericũ, aut Monachum, siue alios religiosos homines testimonium ferre non potest.*
2 *Laicum contra Clericum censura Sacrorum Canonum in causa criminali in testem non admittit.*
3 *Crimina excepta sunt tria, nempè hæresis, læsæ maiestatis, & Simoniæ.*
4 *Laicus contra Sacerdotem, Clericum, &c. ad testificandum perpetuò est inhabilis.*
5 *Laicus quamuis examinatus contra Clericum, seu Sacerdotem nullum parit inditium.*
6 *Laicus Clericum, Sacerdotem, aliosq; religiosos homines reuerentia prosequi debet.*
7 *Sacerdos Dei legatione fungitur.*
8 *Laicus ob generalem, & antiquam inimicitiam, quæ intercedit inter laicos & Clericos, nullũ parit inditium.*
9 *Laici Clericis sunt infesti.*
10 *Clericus sicut contra laicum testimonium ferre nõ potest, sic laicus contra Clericum.*
11 *Laicus nec contra Clericum primæ tonsuræ testimonium ferre potest.*
12 *Laicus contra Sacerdotẽ nullum parit inditium, etiamsi fuisset confrontatus, ad ipsum torquendum.*
13 *Sacerdotij dignitas non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti.*
14 *Præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio.*
15 *Laicus non est par Clerico gradu, & dignitate.*
16 *Sacerdos præponitur Magistratibus.*

17 *Testis*

17 *Testis, qui ob reuerentiam à testificando repellitur, examinatus nullum parit inditium.*
18 *Testis, qui à iure repellitur, nullum parit inditium.*
19 *Laicus contra Sacerdotem deponens debet esse idoneus, ac omni exceptione maior.*
20 *Laicus contra Sacerdotem deponens non debet in aliquo vacillare.*
21 *Laicus testis contra Sacerdotem à macula manifesta animæ, & corporis abesse debet.*
22 *Tortura Clerico, seù Sacerdoti rarius, ac mitius est infligenda.*
23 *Sacerdos etiam in crimine hæresis, nisi sit infamatus, licet alia concurrant inditia, non est torquendus.*
24 *Prasbiter etiam in quolibet grauissimo crimine, nisi vrgentissima adsint inditia non torquetur.*
25 *Sacerdoti vacillanti in testimonio ferendo non potest infligi tortura.*

DISCEPTATIO IIII.

De Teste Laico contra Sacerdotem, Clericum, Monachum, alios q; Religiosos homines.

1 SAcerdoti, Clerico, Monacho, alijsq; Religiosis hominibus ad depositionem testis laici Tortura infligi non potest, quoniam laicus contra eos testimonium ferre non valet, & si ferat non probat. Text. in c. de cætero. èxt. de test. De cætero inquit Text. laicos in accusationem, & in testimonium contrà Sacerdotes, seù Clericos in causa cri-
2 minali non esse aliquatenus admittendos Censura Sacrorum Canonum manifestius edocet. Et hoc verum est, preterquam in cri-
3 minibus exceptis, quæ tria sunt hæresis, læsæ Maiestatis, & simoniæ. De Simon. c. tanta. & 2. q. 7. c. Sacerdotes. & c. oues. 15. q. 3. c. sanè ex Glos. c. cum P. Manconella.
4 de accusa. Ratio est, quia contra eos perpetuò sunt inhabiles. Ioan. Andr. in Summario Anan. num. 1. Bal. in Summario. Abb. num. 1. Fœlin. & Aret. in Summario Monticell. in suo Reperto. test. Verb. laicus contra Clericum. fol. 47. col. 1. vers. 2. seq. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 962. num. 1. Et ità cantat etiam Constitutio Pij Quinti in Bullario. par. 2. fol. 937. & subintrat Dis-
5 positio Sixti Quinti 6. in ordine, de qua in Bullario. par. 2. fol. 375. Et ideò quamuis etiam examinati, & veritas aliter haberi non possit, nullum vnquam ad torturam facere possunt inditium. Fœlyn. in c. cum dilecti. num. 10. seq. de accusat. Riminal. conf. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Mars. sing. 197. post
6 med. Et hoc tribus quidem de causis. Prima causa est propter reuerentiam, quam laicus debet Clerico, & maximè Sacerdoti, qui Dei
7 legatione fungitur. c. accusati. in fin. 2. q. 7. c. quis dubitet. & c. duo sunt. 96. distin. Secun-
8 da causa est propter generalē, & antiquā inimicitiam, quæ intercedit inter laicos, & Clericos. Boss. in tit. de opposit. contra test.
9 num. 91. cum laici sint Clericis infesti. c. laici. & c. laicus. 2. q. 7. Text. in c. clericis. de immū.
10 eccles. lib. 6. Tertia causa est, quia sicut Clericus contra laicum testimonium ferre non potest, ità ratione æqualitatis seruandæ non potest laicus contra Clericum, & multo minus contra Sacerdotem. Oldrad. conf. 145. num. 3. Vbi de communi. Clar. q. 24. vers. præterea quero. Vbi de communi. Farinac. conf. 78. num. 8. & in prax. crim. tit. de opposit. contra person. q. 61. num. 98. seq.
11 Nec etiam contra Clericos primæ tonsuræ. Text. in d. c. de cætero. in verb. Clericum. èxt. de test. iuncto c. clericos. & ibi Glos. in verb. Psalmistas, 22. distin. Fœlin. in d. c. de cætero. in princ. vers. & procedit etiam. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 962. num. 1. lib. 3. conclus. 1358. num. 45. Farinac. d. q. num. 101. sed d. laicus in criminibus difficilis probationis, quando ideo fit omni exceptione maior, admittitur contra Clericum primæ tonsuræ; non autem contra Sacerdotem; quia in causa criminali contra ip-
12 sum nullum parit inditium, etiam si fuisset confrontatus ad ipsum torquendum c. testimonium. 11. q. 1. c. veniens. de test. Spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod est laicus. Mars. §. expedita. num. 80. Et id dupplici ratione. Prima ratio est, quia Sacerdotij dignitas siue
13 ordo non mediocrē in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti, ex quo habet pro se iuris præsumptionem, & volens probare contrarium, clariores, & lucidiores debent deducere probationes. Dec. conf. 175. num. 5. Cæphal. conf. 138. num.
14 18. lib. 1. Et hæc iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio. l. licet Imperator. & ibi Alex. & Ias. de legat. primo Glos. in l. Tutor petitus. C. de petit. tuto. In tantum quod Reo ad reportandam victoriam sufficit probatio per similem præsumptionem. Angel. in l. 1. 2. notab. C. de testam. Fœlin. Rubr.
15 de probat. col. 2. secunda ratio est, quia laicus non est par. Clerico, & præcipuè Sacerdoti gradu, & dignitate; & ob
16 id iure optimo d. Sacerdos præponitur Magistratibus. l. 1. §. 1. ff. de iust. &

17 iur. Et ista ratio respicit reuerentiam, qua lai-
cus non tantum Sacerdotem, sed etiam cleri-
cum prosequi debet. Tradit Aret. d. c. de cæ-
tero. de test. Et vbi quis repellitur ob reue-
rentiam à testificando, examinatus nullum
parit inditium Allegatur Test. in l. 1 §. Diuus
el primo. ff. de quæst. sequitur Dec. c. A si
18 Clerici. n. 67. de test. Immo quando de iure
repellitur, prout in huiusmodi casu nullũ fa-
cit inditium, quamuis cum tortura deposue-
rit. Aym. cons. 66. num. 55. & 57. Fœlyn. d. c.
cum dilecti. num. 10. seq. de accusat. Hyppol.
d. cons. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Grati. cons.
45. num. 22. in fin. Cuephal. cons. 65. nu. 27.
lib. 1. Burlatt. cõs. 135. n. 2. Vbi attestatur de
communi; qui scripserunt id procedere etiã
in crimine occulto, graui vel aliàs in casu, in
quo per alios veritas haberi nõ potest. Vltra
91 quod laicus deponens cõtra Sacerdotem nõ
solum debet esse idoneus, ac omni exceptio-
ne maior. c. accusatio Episcoporũ. 2. q. 7. Ve-
20 rum ẽt nõ debet in aliquo vacillare. Immo à
macula manifesta animæ, & corporis debet
21 abesse, aliàs repellitur. Abb. c. 1. n. 4. de ex-
cept. sed dato q̃ ad depositionẽ laici sacer-
dos, Clericus, Monachus, & alijs Religiosi
22 homines in aliquo graui, & enormi casu ve-
niant torquendi; tamen tortura mitius, ac ra-
rius est ipsis infligenda; tum propter periculũ
excummunicationis, si forte modus exceda-
tur, tum etiam propter reuerentiam religio-
ni debitam, pręcipue sacerdoti ob dignitatem
Sacerdotalẽ, qua est decoratus. Simanc. En-
chirid. de torment. num. 25. Hugo Archid.
Præpost. in c. illi, qui. 5. q. 5. Siluester in Sũm,
in verb. Inquisitio. 2. § 9. Ioan. Bernard. in
pract. c. 117. nisi tamen delicti enormitas, &
inditiorum grauitas acriorem torturam in-
fligendã suaderet. Simanc. de Cathol. Instit.
tit. 65. nu. 50. Director. Inquisit. 3. par. pag.
mihi 595 comm. 100. Immo ad depositionẽ
laici d. Clericus, & præcipue Sacerdos etiam
23 in crimine heresis, nisi sit infamatus, licet alia
concurrant inditia, non est torquendus. Abb.
antiq. in c. grauis. de deposit. Vt refert idem
Panormit. num. 6. vers. nota vlterius. Et hæc
Sententia communi multorum insignium
Iurisconsultorum voto recepta est, quos re-
fert, & sequitur Diaz. in pract. crim. ca-
non. c. 117. Idem in Regula 125. incip.
confessus de crimine. in 3. sublimitatione,
Id quod latissime probat Carrer. in pract.
crim. num. 161. Director. Inquisit. 3. par.
24 pag. mihi 596. comm. 110. Immo Presbi-
ter non torquetur etiam in quolibet grauis-
simo crimine, nisi inditia valdè vrgeant,
quia vrgentissima esse debent. l. presbiteri.
C. de Episc. & Cler. c. presbiteri. p. 5. q.
fin. Abb. c. cum in contemplatione. de reg.
iur. Alex. ad Bart. l. fin. ff. de quæst. Fœ-
lyn. d. c. veniens. 2. de test. Vulpell. cons.
35. num. 9. Nec mirum videri debet, quia
contra Sacerdotes, clericos, &c. cautissime,
& circumspectissime procedendũ est; quo-
niam tanta est ipsorum dignitas, quod etiam
ipsis testibus vacillantibus in testimonio fe-
25 rendo nullo modo potest infligi tortura, sed
aliàs de falso est imponenda pœna. Vt l.
præsbiteri. C. de Episc. & Cler. secundum
Bart. licet ergo Clericus testis vacillet in te-
stimonio, non tamen torquetur. Quid au-
tẽ sit de iure canonico Bal. in d. l. præsbiteri
remittit ad notata 6. q. 1. Præsbiteri el secun
do, & per Archid. 161. Et vide, ẽt per Imol.
in c. quoniam contra falsã. de probat. & me-
lius in c. cum in contemplatione. de reg. iur.
Et plenius per Paulum de Eliaza. in c. gra-
uis. de deposi. Fallit tamen in crimine here-
sis, & læsæ maiestatis. Brun. tract. de indit. &
tortu. q. 4. secundæ par. num. 24.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, & Aduocati de cõsuetudine torqueri nõ possũt.*
2 *Torturæ subijci non passunt in dignitate pasiti.*
3 *Iudices, milites, Decuriones, filij, & nepotes nõ torquẽtur.*
4 *Doctores sunt vere nobiles.*
5 *Doctaratus est dignitas.*
6 *Doctores propria fulgent dignitate, quia sunt personæ valde dignæ.*
7 *Consuetudo quod Doctores torqueantur, non valet.*
8 *Doctores, & Aduocati in quibus casibus tarquentur.*
9 *Consuetuda existens in aliquo loco, quod Doctores torqueantur, non valet Ratio.*
10 *Doctorem si Iudex torqueat, cansuetudine nõ excusatur.*
11 *Doctaris priuilegia etiam in criminibus exceptis, & grauibus procedunt.*
12 *Doctoris priuilegia etiam Adnacatis conceduntur.*
13 *Aduocationis officio nihil fere dignius.*
14 *Aduocati militibus comparantur.*
15 *Doctores nec de iure, nec de cãsuetudine torqueri possũt.*
16 *Cansuetudo inducens, quod persanæ priuilegiatæ, præterquam in casibus expressis, tarqueantur, non valet.*
17 *Doctaribus aliquid atteslantibus creditur.*
18 *Doctoris qualitas multum aperatur.*
19 *Ex Dactoris dicto insurgit bona fides.*
20 *Doctoris domus est araculum Ciuitatis.*
21 *Doctar magistratum gerens secundum Platonem secundas post Deos habet gloriæ & honoris sedes.*
22 *Inditia contra Doctorem debent esse grauiora, quam in alijs non Doctoribus.*
23 *Doctar nõ habẽs cõtra se inditia probabilia, & ex probabilibus argumẽtis orta torqueri nõ põt quauis de causa.*

Indi-

4 *Inditia leuia ad liberam, & honesti gradus personam torquendam non sufficiunt.*
5 *Inditia debent esse adeò clara, vt Iudex sit ferè certus, vt qui equuleo supponitur, delictum perpetrauerit.*
6 *Doctor absq; venia in ius vocari non potest.*
7 *Doctor pro delatione armorum capturari non potest.*
8 *Doctores legum, & aliarum scientiarum capi, ad Iudicem trahi, aut quouis alio modo vexari non possunt.*

DISCEPTATIO V.

De Doctore, & Aduocato non torquendis.

1 DOctori, & Aduocato de consuetudine tortura infligi non potest; quamuis aliqui Iurisperiti aliter sentire videãtur. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 111. Vbi de communi. Rom. Paris. de Put. de Scin dic. verb. Doctor. Carren. Petr. Duenas reg. 190. 4. amplia. Vbi pariter de communi testatur. Clar. §. fin. q. 64. vers. quero an Docto res in prax. Alciat. conf. 20. num. 19. tom. 2.
2 lib. 7. Vulpell. conf. 141. num. 10. Ratio est, quia cum sint in dignitate positi, torturæ subijci non possunt. Vt Diuo Marco Aurelio testantur Diocletian. & Maximilian. AA. in l. Diuo Marco. C. de quest. Vulpell. conf. 83. num. 11. & 13. Boss. d. tit. de indit. & cõsiderat. ante tortu. n. 110. Et patet ex not. per Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 12. Ad idem facit l. nullus. C. ad l. Iul. maiest. ibi aut digni-
3 tatis à cõtrario sẽsu; prout. sũt v. g. eminentissimi Iudices, milites, Decuriones, & filij, & nepotes. l. prędictorum. nè aliqua macula eos aspergat. Vt de eo l. milites. & l. Decuriones. ff. de Decurio. l. fin. Et non possunt torqueri siue vti Rei, siue vti testes examinentur. Boss. tit. de tortu. test. num. 8. Clar. d. q. 64. §. fin. vers. itẽ quęro nunquid. Odofred. l. omnes. C. de Decurio. lib. 10. Vbi in dignitate positi non torquentur, nõ distincto in qua dignitate positi sint Vnde dicit ibi Bart. no. quod Decuriones, & alij positi in
4 dignitate non torqueantur: Sed Doctores non Solum sunt in dignitate positi; sed sunt etiam verè nobiles. Cyn. in l. prouidendum. ex eo Text. C. de postul. Alex. conf. 94. in pri. & conf. 213. lib. 6. Rip. l. Centurio. n. 15.
5 de vulg. & pupill. Ratio est, quia Doctoratus est dignitas. Bart. in l. fin. C. de Iude. Abb. Dec. in c. proposuisti. in fin. de probat. Vul-
6 pell. d conf. 141. num. 4. Et ideò Doctores propria fulgent dignitate, quia sunt personę valdè dignę. Bal. in l. fœmine de Senat. Idẽ Bal. in l. parabolanos. C. de Episc. & Cler. Vnde ob id, quamuis etiam in officio prętu-
rę, vel alibi delinquant, non possunt torqueri. Boss. d. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 116. Verum Odofred. secundum Brun. factis hinc inde argumentis soluit pro prima parte, quod sit verum, quod de iure non possunt torqueri; Sed de consuetudine, quę est legis interpres benè torquẽtur secũdum eum, & ità etiam dicit Paul. de liaza. in d. c. grauis. de deposit. Angel. de Aret. in tract. de malef. in Glos. in verb. fama publica. col. 21. in verb. 6. quero: Tamen ego legi aliquos modernos Iurisperitos tenere nun-
7 quam vidisse talem cõsuetudinẽ obseruari; & ità puto tenendum in iudicando, & consulendo etiam stante d. consuetudine, quę de
8 iure non valet. Prædicta autem limita in crimine læsę maiestatis. vt l. de minore. 2. tamẽ. ff. de quest. l. nullus. C. eo. tit. vide ẽt per Aret. in tract. malef. in Glos. in verb. Ch'hai tradito la tua patria. Item in crimine proditionis. l. desertore §. his qui ad hostes. & l. proditores ff. de milit. Item in crimine hæresis. Directori. inquisit. par. 3. pag. mihi 483. cõm. 34. Idem videtur in crimine simoniæ. Dixit Glos. in l. nullus. per Text. in l. si quændam. C. de Episc. & Cler. ibi ad instar. publici criminis, & læse maiestatis accusatione proposi ta in gradu Sacerdotij tradatur. Idẽ esset dicẽ dum in maleficijs, & Mathematicis, & alijs similibus, de quibus loquitur. l. & si excepta. C. de male. & ma. Adde idem esse in crimine falsi. Vt l. si quis Decurio. C. de fals. Idem in priuato carcere. vide de his duobus in d. l. excepta. in Glos. 2. d. l. de minore. 1. respõso. ff. eo. l. ex libero. §. 1. ff. eo. & de re milit. d. l. desertores. & d. l. proditores. Et quoniam supra dictum est, quod aliqui DD. dicunt quod de consuetudine non seruatur, prout ego etiam dico, quod positi in dignitate non torqueantur; immò aliqui alij dicunt, quod Bononiæ viderunt seruare contrariũ: Quero
9 posito quod constaret de tali consuetudine in aliquo loco, an illa veleret, & esset seruanda? dic quod non secundũ Bart. in l. omnes Iudices. C. de Decur. lib. 10. Et ita refert, & sequitur Berta. in suo Repert. in verb. Tortura, qui loquitur de militibus, & idem tenet ludouic. in singul. primi anni 371. quod incipit milites, & DD. quod refert, & sequitur August. de Arimin. in addit. ad tract. Aret. malef. in Glos. in verb. fama publica. in verb. sexto quero: Ratio est, quia non id quod fit Romæ, sed quod de iure fieri debet seruandum est. Text. in l. sed licet. ff. de offic. Præsid.

Bertaz. conf. 225. post num. 19. lib. 1. & conf. 556. num. 10. in fin. seq. lib. 2. vbi declarat d. consuetudinem nõ esse seruandam; prout etiam dicit Farinac. q. 43. n. 124. preterquã in casibus à iure expressis (vt dictum
10 est) Et si Iudex Doctorem torqueat, consuetudine non excusatur. Ias. in l. de quibus. n. 66. ff. de legib. Alciat. in terminis conf. 19. in fin. lib. 6. quoniã Doctoris dignitas est tanta, quod ipsius priuilegia etiam in criminibus
11 exceptis, & grauibus procedunt. Vulpell. d. conf. 141. num. 11. quamuis actu non legat. d. conf. num. 8. Et vt eius dignitas magis elu-
12 cescat, dicitur, quod ipsius priuilegia conceduntur etiam Aduocatis. Quid enim dignius
13 aduocationis officio? Quod peregrinum negocium ad suas transfert molestias, vt laboribus subueniat alterius. Vt dicebat Cassiod. & refert Rip. l. Centurio. de vulg. & pupill. num. 16. Militant nanq; causarum patroni, qui gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, honorem, vitam, & personas defendunt. Vt leo, & Anteminus Impp. rescripserunt in l. Aduocati. Vbi Bal. & Salyc. C. de aduocat. diu. iud. tit. Vbi aduocati mi-
14 litibus æquiparantur. l. milites. C. de quest. Vbi Cyn. Ob eamq; rem meritò dicitur, q Doctor nec de iure, nec de consuetudine po
15 test torqueri. De iuris subtilitate, seu solemnitate non potest torqueri. l. aduocati de aduocat. diuer. iud. De consuetudine etiam non
16 potest torqueri; nanq; Cõsuetudo inducens, quod personæ priuilegiatæ torqueantur, & maxime Doctores, non valet. Text. est in l. omnes Iudices, & hoc ibi voluit Bart. C. de Decur. lib. 9. Nec mirum esse debet, quia sũt tantæ dignitatis, nobilitatis, & authoritatis, quod ipsis aliquid attestantibus creditur.
17 tenet Bart. in Repert. l. de quibus. col. 2. vers. 4. principaliter quæritur. ff. de quibus. Ias. conf. 189. col. pen. vers. tamen cum in casu
18 nostro: Ratio est, quia Doctoris qualitas multum operatur. Argum. c. nisi essent. de præben. Natt. conf. 218. nũ. 14. Nec est no-
19 uum, quod Doctori credatur; quia ex eius dicto insurgit hona fides. Ità Bal. in c. sanctorum; vers. & dico vnius. de prescript. Aret.
20 conf. 102. col. pen. vers. & ideò dicit Bart. Et eius domus est oraculũ Ciuitatis secun-
21 dum Cic. lib. 2. de Oratore; quia ciues de rebus suis incerti per eum clari redduntur. Vulpell. d. conf. 141. num. 7. vnde iure quidem Doctor, qui publici muneris magistratum gerit post secundas gloriæ, & honoris fædes habet. Vt dicebat Plato lib. 6. de legib. Et ob id quando casu aliquis Doctor repe-
22 riiur inquisitus, inditia contra eum debent esse grauiora quam in alijs non Doctoribus. Marc'Anton. Eugen. conf. 141. in princ Baiard. ad Clar. q. 64. num. 63. Vbi quod
23 sola Confessio desit. Immò d. Doctor, quando contra se non habet inditia probabilia, & ex probabilibus argumentis orta torqueri non potest quauis de causa; quoniam le-
24 uia inditia ad liberam, & honesti gradus personam torquendam non sufficiunt. Vt Deocletian. & Maximia. Impp. rescripserunt. l. milites. C. de quest. Ità (vt dictum est) quod sola cõfessio desit. Alex. conf. 133. n. 10. lib.
25 7. Et adeò clara, vt Iudex sit ferè certus, vt qui equuleo supponitur, delictum perpetrauerit. Vt sæpe dicere solebat Aym. conf. 6. & 99. Cyn. l. 1. & ibi Bart. C. de aduoc. diuers. Iud. tit. 2. Et ideò omnino dicitur, quod Doctor ob magnam dignitatẽ, & excellentiam
26 non solum non potest torqueri; sed absq; venia nec etiam in ius vocari. Bart. in l. si liber. de in ius vocan. Alciat. lib. 1. de verb. signif. fol. mihi 16. vers. propter excellentiã. Petr. Ienaurderinus tract. de Doctor. priui-
27 leg. 2. par. in princ. Nec ẽt ꝑ delatione armorũ potest capturari, quia habet priuilegium. Bart. in l. magistros. C. de nobilit. Tiraquell. de nobilit. c. 20. n. 68. in fin. Fœlyn. Rubr. de magistr. col. 2. Bonincont. de Curtil. in tract. de nobilit. in 5. par. n. 72. seqq. quẽ refert, & sequitur Baiard. ad Clar. q. 82. n. 77. Immò
28 prout Brun. secundum mentem Odofred. tract. de indit. & torttu. cuius verba sunt infrascripta, Doctores legum, & aliarum sciẽtiarum personaliter capi, ad Iudicem trahi, aut quouis modo vexari non possunt: Et sic familia Gubernatoris non debet eos pro armis scrutari secundum eum ibi. facit vltra d. Odofred. l. omnes. C. de decur. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Testis singularis non probat.*
2 *Testis singularis deponens de actu particulari nõ probat.*
3 *Testis singularis deponens de actu vniuersali non probat.*
4 *Testes singulares quamuis honesti non probant, licet agatur de proprio facto.*
5 *Testes singulares non probant etiam in crimine hæresis.*
6 *Singularitas vbi est ibi est varietas & contrarietas.*
7 *Singularitas arguit dolum, & falsitatem.*
8 *Testi vnico credere est contra ius diuinum & humanum.*
9 *Singularitas testium diuidit, & lacerat testimonia.*
10 *Testes vario modo loquentes auferunt verum sensum factorum.*

rum depositionum.

11 *Testis singularis non potest supplere alium singularem:*

12 *Testibus singularibus lege diuina, pontificia, & caesarea nullo modo credi potest.*

13 *Testes singulares etiam mille tantum probant, quantum vnus.*

14 *Testium singularium numerus non supplet exceptionem singularitatis.*

15 *Testes singulares prorsus diuersi, etiamsi plures sint, pro vno solo habentur.*

16 *Testes plures singulares minus probant, quam vnus.*

17 *Testis vnus singularis debilitat dictum alterius.*

18 *Testes singulares minus probant, quam vnus non singularis.*

19 *Testes singulares non admittuntur ad probandum quid in specie, idest contra personam alicuius, sed in genere, idest ad inquirendum.*

20 *Testes singulares quamuis mille nullum pariunt inditium:*

21 *Testes singulares circa idem factum dicuntur contrarij.*

22 *Testes singulares ad probandum crimen haeresis non admittuntur.*

23 *Testibus prorsus singularibus quis nō probatur haereticus*

24 *Testes singulares etiam cum infamia non sufficiunt ad condemnationem.*

25 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

26 *Testes singulares etiam cum infamia ad condemnandum coniungi non possunt.*

27 *Fama mala est inditium debile, & à crimine remotum, & si coniungatur cum alijs inditijs, non facit semplenam probationem.*

28 *Testes singulares non coniunguntur, quando conantur diuersas probationum species afferre.*

29 *Testes singulares cum fama non sufficiunt ad probandam haeresim.*

30 *Testes singulares ambigui, quando eorum depositiones sunt super diuersa confessione, iungi non possunt cum confessione superioris testis.*

31 *Purgatio canonica indicitur delato ratione infamiae.*

32 *Abiuratio indicitur ratione vehementis suspicionis, quae consurgit ex dictis testium.*

33 *Infamia licet sit legitimè probata, & adsit testis singularis, non propterea condemnantur Reus.*

34 *Imperfectis pluribus non consurgit vna perfecta probatio.*

35 *Testes singulares non sufficiunt ad probandum quem haereticum in genere.*

36 *Homo generalis non venit sub oculos, sed specialis.*

37 *Indiuiduū, siue forma genus esse non potest, & Probatio in genere non habetur in consideratione.*

38 *Testes singulares etiam repetiti, & formiter examinati super diuersis indiijs non pariūt inditiū ad torturam.*

39 *Probationum diuersae species in criminalibus non coniunguntur.*

40 *Testes singulares etiam in causa haeresis non probant Ratio.*

41 *Testes non omni exceptione maiores nec in causa haeresis inditium faciunt ad torturam.*

42 *Testis etiam de visu debet esse omni exceptione maior.*

43 *Testis vnus de visu facit inditium, quando non resistunt aliae circumstantiae in contrarium.*

44 *Conditio bona personae excludit praesumptionem resultantem ex inditijs.*

45 *Testes singulares potest quis in crimine haeresis contra se pluribus modis habere.*

46 *Testes pluribus modis dicuntur singulares.*

47 *Testes singulares loco, & tempore diuersi, & discordes, quamuis de eadem haeresi deponant, non probant.*

48 *Testes singulares de loco, & tempore cadit singularitas diuersificatiua.*

49 *Testes diuersi, & discordes in loco, & tempore videntur loqui de actibus diuersis.*

50 *Temporis diuersitas diuersitatem factorum, seù actuum inducit, & reddit testes singulares.*

51 *Testium singularium vocibus aliquem condemnare periculosum est.*

52 *Testes singulares de diuersis temporibus etiam mille non probant.*

53 *Testis singularis si deponat de vno actu, alter singularis de alio, non probant.*

54 *Testes singulares deponentes de diuersis confessionibus diuersis temporibus factis non probant factum, neq; inditium.*

55 *Testes singulares deponentes de inditio remoto non faciunt inditium ad torturam. Ratio.*

56 *Testis singularis dictum non probat, nec adiuuat dictum alterius singularis.*

57 *Diuersis pluribus non consurgit vnum integrale.*

58 *Perfectum non oritur ex pluribus imperfectis.*

59 *Probationes plures imperfectae ad plenam probationem non coniunguntur.*

60 *Testium singularium dicta non dicuntur dilucidae, clarae, integrae, & apertae probationes.*

61 *Conuictus non dicitur, qui non habet contra se testes idoneos & per omnia contestes.*

62 *Testes singulares, quando sunt varij, & diuersi, plenam probationem non faciunt.*

DISCEPTATIO VI.

De Teste Singulari.

1 AD depositionem testis singularis Inquisito non potest infligi Tortura; quoniam non probat. Vulg. Text. in c. in omni negotio. de test. c. cum dilectī. de Elect. l. iusiurandi. C. de test. c. veniens. in fin. eo. tit. Boer. decis. 142. num. 2. seq. Hyppol. cons. 57. num. 27. Clar. q. 53. vers. dixi etiam. Vbi testatur de communi, & vsu recepta opinione. Vulpell. cons. 19. num. 1. Glos. & ibi Bart. l. ob carmen. §. fin. in verb. assistit. ff. de test. Anton. Gabriel tit. de test. conclus. 2. num. 17 20. & 41. vers. cōtrarium. Vbi ampliat, etiam quod agatur de probando quid

2 in genere, & de probando actum vniuersalem; quia qua ratione testes singulares deponentes de actu particulari non probant, quoniam deponunt de diuersis actibus, & in eodem actu non sunt contestes; adeo quod probatio remanet imperfecta, l. vbi nume-

tus

3 rus.ff.de test.Eadem etiam ratione non pro-
bant actum vniuersalem. Glos. in c. nihilo
minus. in verb. similis.in fin.3.q.11.Bal.in
d.l.ob carmen.§.si testes.in lectura antiqua:
4 Quod etiam locum habet; quamuis dd.testes
essent personæ honestæ,& ageretur de facto
proprio.Ità Dec. cons. 510.num.2. Mars.in
pract.§. diligenter. num. 39. & Innoc. in c.
5 sicut. de Simon. ampliat etiam id procedere
in crimine hæresis;quia etiam in delictis oc-
cultis, & in criminibus exceptis requiruntur
6 inditia legitima. Osasc. decis. Pedamon.79.
num.55.Vbi quod debent esse talia,vt deli-
ctum vix denegari possit;Ratio est, quia vbi
est singularitas, ibi est varietas, & contrarie-
tas,quia quilibet est solus.Bal.Rubr.de con-
trouers.inuestit.num.2. Aym.cons.41.num.
7 7. Vltra quod ex singularitate arguitur do-
lus,& falsitas. Bal.d.l.iusiurandi.col.3.num.
4. vers. deinde nota rationem. C. de test. &
maximè quando tractatur de honore con-
seruando, & de bona fama acquirenda.Ca-
strens.in l.2.§. si absens. ff. si ex noxal.caus.
8 agant.Dec. cons.56. num.4. Crauett. cons.
73.num.30. & contra ius diuinum, & hu-
manum est quod credatur dicto vnius tan-
tum.Ità Bal.cons.406.lib.1.Aym.post alios,
9 quos allegat. cons. 75. num. 5. Alia quoq;
adest ratio,quoniam singularitas testium la-
cerat testimonia,& diuidit ea;quia omne di-
uisum dicitur laceratum, & ideò nullum fa-
cit inditium.Ità Bal.cons.25.col.1.in fin.lib.
10 3. Crauett. cons. 41. in fin. & hac de causa,
quia testes vario modo loquentes auferunt
verum sẽsum suarum depositionum.Fœlyn.
11 in princ. Glos. super Prohem. Decretal. &
ideo vnus non potest supplere alium. Mars.
singul.554.vers.sed ista omnia limita.Aym.
cons.9.num.12.Rolan.cons.98.num.34.lib.
12 4.Immo & lege diuina ità esse statutũ,quod
nullo modo credatur testibus singularibus,
ignorat nemo. Deuteron. c. 19. Non stabit
testis vnus cõtra aliquem, quicquid illi pec-
cati aut facinoris fecerit;sed in ore duorum,
vel trium stabit omne verbum. Matthei c.
18.Et id lex Pontificia,& Cæsarea compro-
barunt;d.c.in omni negocio.& c.licet.in fin.
de test.d.l. iusiurãdi. C.de test. Huic ergo re-
gulæ stãdũ est,donec de exceptione,& fallen
tia constet.Bart.in l.2.num.1.ff.si quis in ius
voc.non ierit.Dec.in l. 1.num.17. ff.de reg.
13 iur. Menoch.cons.98. num. 13.lib.1. Immo
omninò dicitur,quod testes singulares etiam
mille tantum probant, quantum vnus; quia
14 numerus non supplet hanc exceptionem
singularitatis. Bal.in d.l. iusiurandi. num. 4.
vers.deinde nota rationem.C.de test.Fœlyn.
in c.licet ex quadam. num. 2.col.3.vers.vn-
de tantum probant mille. ext. eo. Dec. in
c. licet causam. num.61. de probat. Ias in l.
admonendi.num. 256. & ibi etiam Caccia-
lupus post numerum 84. ff. de iureiuran.
Alex.cons. 21. num.2. lib.4. Farinac.q.64.
15 num. 37. Nec mirum esse debet, quia testes
singulares prorsus diuersi, & si plures sint,
pro vno solo habentur;quoniam vnus dum
taxat de re qualibet testificatur. d.c. nihilo-
minus.3.q.9.Bal.in d.l.iusiurandi.C.de test.
Dec. cons.649. Simanc. Enchirid.tit.37.de
16 test.singul.num.3.Immo testes plures singu-
lares minus probant,quam vnus.Bal.in l. de
quibus.col.antepen. vers.sed nunquid testis.
17 ff.de legib.Vbi quo ad testes singulares,vnus
debilitat dictum alterius; nec dissentit Dec.
cons.534.n.11.seq.Immo etiam minus pro-
18 bant quam vnus testis non singularis. Ioan.
Crott.in tract.de test.par.7.n.318.vers.nota-
te. Et quamuis aliqui DD. dicant, testes sin-
gulares admittì ad probandum quid in gene-
re; tamen quando agitur de probando quid
19 in specie;idest contra personam alicuius,exi-
guntur testes cõtestes non aũt singulares.latè
Fœlyn.d.c.licet ex quadam.col. pen.in fin.de
test. Ratio est, quia testes singulares, quãuis
20 mille nullum (vt dictum est) pariunt inditiũ
d.l. iusiurandi & ibi Bal. C. de test. d. c. licet
causam. Vbi not. omnes.de probat. Ioseph.
Ludouisius decis.9.n.7.spec.in tit.de inquisit.
§.nunc videndũ. Bal.in d.l. iusiurandi. C.de
test. c.bone & c.cum dilectus.de elect. Quod
procedit, etiam si negetur de probando actũ
vniuersalem, quia deficit numerus. Vt per
plures authoritates ostendit Natt. cons.274.
n. 16. seq. Alia quoq; adest ratio; quoniam
21 testes singulares circa idem factum dicuntur
contrarij. Vt per Alex. cons. 21. col.2. lib.
4.quem refert,& sequitur Crauett.cons.9.n.
18.quod procedit etiam in crimine heresis
22 tam priuilegiato;nanq; dd.testes ad proban-
dum crimen heresis non admittuntur; & in
isto crimine scripserunt.Alex.cons.72.n.1.&
7.Baiard. ad Clar. §.Blasphemia. n.14.quo-
niam testibus prorsus singularibus quis non
23 probatur hereticus. Bal. cons. 394. lib. 2.
Salyc.in l. testium.C.de test.Alex.d.cons.72.
lib.1.Dec.d.c.licet causã. de probat. Simãc.
Enchirid. tit. 37. De test.n. 5. Immo per dd.
24 testes cum infamia quis condẽnari minime
potest

potest. Eymeric.3. par. q. 72. ext. de test. c.
tam litteris. cum in criminalibus probatio-
25 nes debeant esse luce meridiana clariores.l.
sciant cuncti. C.de probat. Director. Inqui-
sit.2.par. pag.mihi 205.num.5.Quinimo dd.
26 testes nec etiam cum infamia ad ipsum con-
demnandum coniungi possunt, quia fama
mala est inditium debile, & à crimine remo-
27 tum, & si cõiungatur cũ alijs inditijs, aut se-
miplenis ꝓbationibus in criminalibus, vtiq;
semiplenã nõ facit probationem. Director.
Inquisit.3.par. pag. mihi 621. comm. 121.
28 col.1. prout nec sunt coniungendi, quando
conantur diuersas probationum species as-
ferre.Bart.&ibi Hyppol.l.1 § Idẽ Cornelio.
in fin.ff.de quæst.Dec.d.c.cum causam.num.
14.seq. de probat. Vbi ait.id fieri non debere
præsertim in criminalibus.Bart.in l. si quis ex
argentarijs § 1.de eden. & ibi omnes com-
muniter.Rip.in d.l. admonẽdi.de iureiuran.
29 num.209. Simanc. Enchirid. tit.34. de pro-
bat. Ratio est, quia testes singulares cũ fama
non sufficiunt ad probandam heresim. Ioan.
de ligna.& Matthe.in Clem.1.& 2.de heret.
Ioan.Andr.& Domin.in c. Vt officium. eo.
tit. lib.6. Gonsald. de heret. §. 12. Simanc.
30 Enchirid.tit 34. De probat.num.2.Et eo ma
gis dd. test. etiam ambigui, quando eorum
depositiones sunt super diuersa confessione
iungi non possunt cum confessione superio-
ris testis. Gabriel. conf. 90.num. 17. lib. 2.
Afflict.decis.364.num. 2.seq. Cæphal. conf.
163.num. 23. Franc. Curt. Pap. in tract. de
test.conclus.47.num.94.Quod procedit etiã
si ambæ confessiones essent factæ parte præ-
sente. Ias. in d.l. admonendi.num. 256.ff.de
iureiur.Bertaz.conf.452.num.18.lib.2.Mas-
31 card.de probat. conclus.347.n.55.Tamẽ in-
dicatur delato purgatio ratione infamiæ; &
32 Abiuratio ratione vehementis suspicionis,
quæ consurgit ex dictis testium. Guid. Ful-
cod. in 14.q.de illis 15. quas fecit ad Inqui-
sitores. Archid.in c. Vt officium.in §. rerum
super vers.testium. Ioan.Andr. in d. c.Vt of-
ficium.in princ. vers.Certum est autem. Bal.
in d.l. ob carmen. §.fin. ff. de test. Zabar. in
Clem. 1.§. verum. de hæret. Corrad. Brun.
lib. 4. de hæret. Placius Rubius in alle-
gat. de hæresi. §. 12. Repert. Inquisit.
verb. Testis. §. An in causa hæresis.
Albertin. in tract.de agnoscen. assert. q. 34.
num.9. Clar. in pract.crim. §.fin.q.53.vers.
dixi etiam. Simanc. de cathol. Instit. tit.51.
num.3. & tit.64. num.61. Boer. decis.342.

Mars. conf. 109. Paris. conf. 102. lib. 4 5.
Thom.2.2.q.70.art.2.Et Sotus lib.5.de iust.
33 & iur.q.7.art.2.Et quamuis d.Infamia sit le-
gitimè probata, & adsit d.testis singularis,
non propterea condemnabitur Reus; quo-
34 niam in criminalibus ex pluribus imperfe-
ctis probationibus nõ cõsurgit vna perfecta,
& integra probatio. Glos.in c.veniens. 1.in
verb.illorum. Et ibidem Anton. de Butr. &
alij ext. de test. Mars in Rubr. C. de probat.
Clar. in pract. § 63. vers.tu scis: tamen extra
ordinem punitur ex communi sententia.Di-
rector. Inquisit. 3.par. pag. mihi 615.q.72.
35 col.2. & pag.617.col.1. Cæterum duo sunt
omninò animaduertẽda. Primum quod per
testes singulares nemo probatur hæreticus
in genere. Director.inquisit.3.par.pag.mihi
617. comm.121.col.2. Vbi plura exempla
36 omnino sunt videnda, vt etiam in pag.618.
Nam homo generalis sub oculos non venit,
37 Sed quidem specialis. Vt Seneca inquit
Epistola 59. Indiuiduum, siue forma genus
esse non potest.Et vt Alciat. ait, probatio in
genere non habetur in consideratione.lib.10.
Patergon.c. 16. confert l. si peculium. ff. de
manu. testa. Titelmanus lib. 1.de Dialecticæ
38 consideratione.c.7.Simanc. Enchirid.tit.37.
de test.num.7. Secundum quod testes singu-
lares deponentes super diuersis inditijs nullo
modo inditium pariunt ad torturam; etiamsi
essent repetiti, & formiter examinati. Bos.
39 tit.de indit.num.20.Ratio est, quia in crimi-
nalibus diuersæ probationum species non
coniunguntur. Bart. & alij l.1.§ idem Cor-
40 nelio.in fin.ff. de quæst. Dec.d.c.cũ causam.
num. 15. de probat. Tamen mihi videtur,
quod etiam in causa hæresis testibus singu-
laribus nulla prorsus est adhibenda fides;
quia dd.testes dicuntur diuisi, & lacerati, &
ideò non probant. Ità Bal.d.conf. 25.col.1.
in fin. lib.3. Et cur. in d.hæresis causa, & in
quolibet alio grauissimo crimine non sit cre-
dendum testibus singularibus, pulcra à Soto
traditur ratio lib. 5. de iust. & iur.q.7.art.2.
Nam cum Reus, inquit, sit suæ vitæ, & bo-
norum possessor, & melior sit conditio pos-
sidentis, vnius actoris affirmatio non puta-
tur sufficiens ad pellendum ipsum de sua
possessione: Alij hanc rationem adducunt,
quod si in alijs criminibus testes singulares
non probant, multo minus probabunt in cri-
mine hæresis, & eo magis quando non sunt
41 omni exceptione maiores, qui haud indi-
tium faciunt ad torturã etiam in criminibus
exceptis.

exceptis.Bofs.tit.de indit. & consideratante tortur.num. 197. Marf.in pract.§.diligenter. num.6. & conf. 102.num. 11. & conf. 78. num. 14.Gram.conf. 66.num. 3.cum in ipsis vberiores desiderentur probationes. Si quis ergo vnum tantum testem singularem habeat contra se, propter dictum eius non condemnabitur, sed torquebitur. si testis ille fuerit omni exceptione maior. Director. Inquisit.q.61.Et si nihil confiteatur, vbi sufficienter tortus fuerit, absoluetur. Director
42 Inquisit.3. par.pag. mihi 616. comm. 121. col.2. Immo quando est de visu,debet etiam esse omni exceptione maior. Vt dixit Bart. in l. maritus. ff.de quest.in l.fin. C. famil. hercisc. in d.l.admonédi.ff.de iureiur. Vbi ét per Bal.& per eundé in suo Notab.cós.quod incipit, statutum prouidetur. Vbi optime do-
43 cet,quomodo cognoscatur testis omni excep tione maior. Item intellige, quod vnus testis facit inditium de visu, quando aliæ circumstantiæ non resistunt in contrarium. secundũ Bal. in l. 2. C.quor.appellar.non recip. allegando Io. in c. cum in contemplatione. de Reg.iur.in sexto in Nouella; quod dicit esse notabile,pura in furto; quia ille,qui fuit visus exire, vel pecuniam expendere,esset qui-
44 dam magnus Mercator; nam conditio bona personæ excludit præsumptionem resultantem ex inditijs:Ideò tunc æquitas est, vt alia inditia concurrant in contrarium. Angel. in l.milites.C.de quest. Brun. tract. de indit. & tortu. q. 2. primæ par. nam quando non est omni exceptione maior, non facit inditium ad torturam. Bart. d. l. maritus. ff. de quest.
45 Verum animaduertatur quæso, quia in crimine heresis potest quis contra se pluribus modis habere testes singulares. Primò cum duo, vel plures testes deponunt de pluribus heresibus:Item diuersis locis, & temporibus. Vt cum vnus dicit audiuisse lutherum negãtem Purgatorium Mense Maio. Alius verò dicit audiuisse eundem lutherum negantem potestatem Summi Pontificis mense Aprilis. Secundo potest habere duos, vel plures testes singulares contra se de eadem, siue de eisdem heresibus deponentes; tamen discordant de loco,& tempore. Vt si duo, vel plures testes omni exceptione maiores ita se se habeant, Vt vnus dicat se audiuisse lutherum nudius tertius in platea dixisse summum Pontificem non esse caput Ecclesiæ; Alius verò dicat, se nudius quartus in scholis audiuisse eundem Papam ita non esse caput Ecclesiæ

Director.Inquisit.3.par. pag.mihi 617. col.
46 1.comm.121. Verũ illud in primis, sciendũ est quod testes pluribus modis dicuntur singulares.Primo si diuersimodè deponunt, nõ respectu sensus recipiendi id,super quo deponunt, sed respectu subiecti, vel obiecti, super quo deponunt. Abb. in c.bonæ memoriæ. el primo de elect.Corn.cõs.238.n.7.lib.4.Hyppol Riminal.conf.7.num 14. lib.1. Farinac. q.64.num.27. Secundo si testis singularis in sua depositione contestem per omnia non habet idest alium testem, qui in depositione facta secum concordet.secundum Papien. in for.oppos.contra test. vers.sunt etiam singulares. num.1.quem refert, & sequitur Pẽgna Director. Inquisit. par. 3. pag. mihi 616. comm.121.col.1.&2.Farinac.d.q.64.num. 28. Tertio si deponit de diuerso loco, & tempore, & tunc vti singularis à testificando repellitur. Bal. conf. 39. col. 2. lib.4.A ym.post concordantes,quos allegat. conf.151. num.12. c.cum dilectus.de elect.
47 c.cum causam.de probat.Immo testes singulares loco, & tempore diuersi,& discordes, quamuis de eadem heresi, seu heresibus deponant; tamen singulares sunt, & ideo non probant; nec etiam ex talium dictis ad pœnam criminis ordinariam est accedendum:
48 Nullus enim dubitabit,quin in hos testes cadat singularitas diuersificatiua. Vt plenè pro
49 bat Crauett. in tract. de antiq. temp. par. 4. num. 157. nam ex qua diuersi sunt in loco, & tempore, videntur omninò loqui de acti-
50 bus diuersis: Diuersitas autem temporis, diuersitatem factorum, seu actuum inducit, & per consequens reddit testes singulares. Ità Anton. de Butr. & communiter DD. in d.c. cum causam. de test.Cyn.in l. testium.q.6.& ibidem Bal.C.de test. Abb. in d. c.nihilominus.3.q.9. Abb.conf.98. incip.proponitur. §. quia testes.lib.4. Anchar.conf.64.incip.in causa, Idem conf.147.incip.super alia.Paul. Castren.conf.137.incip.in causa, quæ vertitur coram Domino Vicario in fin.lib.2. Iaf. conf. 131. lib. 1. & alij propè infiniti. Et hanc ipsam sententiam apertissimè probare videtur. Text.in d.c.Nihilominus.3.q.9.Vbi de hac re ferè differens Leo Papa ità Sancit: Nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit, hæc ibi. Et facit Text.in c. de parentela. el secundo 35. q.6. Placius Rubius in allegat. in materia de
51 hæresi. §.12.incip. testat modo. Ex quibus omni-

omnibus consequitur, periculosũ esse ad vo
ces talium testium singularium quempiam
condemnare: Et Susannæ exemplum Da-
niellis.c.13. satis esse ostẽdit; Singulares esse
censendos nec propterea fidem eis non esse
adhibendam. Ità etiam Ioan. Roias tract. de
52 hæret. assert.6.num. 145. Director. Inquisit.
ibidem: Ratio est, quia etiam testes singula-
res de diuersis temporibus etiã si essent mille,
non probant. Viu. de cõmun. opin. in verb.
singularis. Quarto si vnus testis singularis
53 deponat de vno actu, alter de alio, non pro-
bat, nec in criminalibus admitti debet. Clar.
q.3. vers. dixi etiam. Bertaz. cons. 273. num.
5. seq. vbi alios refert, & cons. 452. num. 16.
seq. lib. 2. Vbi de magis communi, & veriori,
sicut testatur etiam Pẽgna Director. Inquisit.
3. par. comm. 121. vers. postremò. Quinto si
54 dd. testes singulares deponant de confessio-
nibus diuersis temporibus factis, non sunt
habendi in consideratione. d.l. iusiurandi. C.
de test. Vbi Bal. col. 3. num. 4. Et dd. testes
non solum non probant factum, Sed nec
etiam inditium. Fulgos. cons. 236. col. vlt.
Boss. tit. de indit. num. 23. Brunor. à Sole in
suo vnico cons. crim. num. 128. Vbi hanc
55 opinionem non habere contradictionem.
Et quando deponunt de vno inditio remo-
to, nullo modo inditium faciũt ad torturam;
ad quam inferendam inditia debent esse luce
meridiana clariora, sicut ad condemnandum
(vt aliàs dictum est) Mantua. cons. 67. num.
37. seq. Quod etiam habet locum in occul-
tis, & difficilis probationis. Clar. d. q. 64.
vers. dixi etiam in fin. Rolan. cons. 61. num.
32. vol. 3. Vbi reddit rationem; quia quanto
crimen est grauius, & atrocius; tanto inditia
debent esse grauiora, vrgẽtiora, & vehemen-
tiora. c. Vbi periculum. de elect. in sexto
56 Nec valet, si dicatur, quod testes singulares
tunc probant, quando vnius dictum adiuuat
dictum alterius, Gabriel conclus. 2. num. 35.
& 57. de test. Item quando ad eundem finẽ
tendunt, & fide digni sunt, & verisimilia de-
ponunt; sub prætextu quod tunc potest Iu-
dex fidem integram adhibere illis; sub præ-
textu etiam quod eius arbitrio relinquitur,
quantam fidem testibus præstare debeat. l. 3.
§. 1. & d.l. ob carmen. §. vlt. ff. de test. Paul. in
d.l. admonendi. ff. de iureiur. Brun. de indit.
col. 3. Soc. cons. 163. Curt. Iun. cons. 106.
Aym. cons. 79. Hyppol. singul. 114. & in l. 1.
§. ad quæstionem. ff. de quæst. Tiraquell. de
poen. caus. 51. nũ. 106. Siluanus cons. 56. Itẽ
quando concordant in dictis, & sunt co nco
des in eorum absentia. Fœlyn. in c. cùm Ioan
nes. num. 49. vers. sed quid isti quem secuti
fuerunt Crauett. cons. 56. num. 17. vers. non
obstat. Menoch. de arbitrar. casu 105. num.
10. vers. nec hoc loco. Item quando de rebus
connexis, & affinibus deponunt, & quę quo
damodo ad eundem finem tendunt, sub præ-
textu quod quamuis integram fidem non
faciant; tñ plus quã dimidiam, seù plusquã
semiplenam faciunt probationem. Bal. in d.
c. licet causam. de probat. Fœlyn. in d.c. licet
ex quadam. de test. Dec. cons. 650. Aym. d.
cons. 35. seq. Quoniam (vt mea Sententia
fert.) testibus pluribus singularibus quam
duobus, quamuis probatis, & idoneis, & ad
idem tendentibus qui conuincitur, contra
ipsum nõ deuenitur ad poenam criminis or-
dinariam imponendam. Idq; duabus de cau-
57 sis. Prima causa est, quia ex pluribus diuer-
sis nunquã cõsurgit integrale. l. sancimus. § si
quis autem. C. de donat. l. vsuræ. C. de vsur.
58 Et plura imperfectã non faciunt vnum per-
fectum l. vnica. C. qui ma. tutelæ se excus.
59 Secunda causa est, quia probationes in sua
specie imperfectę in criminalibus ad plenam
probationem non coniunguntur. Glos. sin-
gularis in verb. illorum. in c. veniens. el Pri-
mo de test. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §.
1. ff. de eden. Albertin. tract. de agnoscen. as-
sert. q. 21. num. 21. & alij. Et hæc est com-
munis oppinio, Simanc. Enchirid. tit. 34.
n. 3. & Roias tract. de heret. par. 2. assert. 6. n.
147. Idem sancitum fuit in Conc. Bitterrensi.
c. 11. Idem in Cons. Harbonensi. c. 23. Et cõ-
fert singulare illud, & obseruatione dignissi-
mum Guidonis Fulgodij in Consultationi-
bus ad Inquisitores. q. 15. num. 17. Vbi de
proposita facti specie loquens ait. Et nisi te-
stes plene, & plane in omnibus concordaue-
rint, melius est vobis purgationem indicere,
60 vel differre sententiam, quam damnare. Nã-
que clarum est testium singularium dicta se-
cundum regulas iuris non posse dici diluci-
das, claras, integras, & apertas probationes.
61 Huc spectat. c. 1. 2. q. 1. cuius verba sũt. Nos
in quenquã sententiam ferre non possumus,
nisi aut conuictum, aut sponte confessum.
Conuictus dici non potest, qui nõ habet cõ-
tra se testes idoneos, & per omnia contestes,
& conformes, Et hanc sententiam sequun-
tur viri insignes Caiet. apud. S. Thom. 2. 2. q.
70. art. 2. Sotus lib. 5. de iust. & iur. q. 7. art. 2.
ad Primum argumentum. Ioan. Roias tract.
de hæ-

de hæret. par. 2. assert. 6. num. 146. seq. Et quid sit obseruandum hoc casu cōtra Reum Vide Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 619. 62 seq. comm. 121. col. 1. & 2. Verum quando testes singulares sunt varij, atque diuersi plenam probationem non faciunt; nisi duo saltem eorum concordes sint. d. c. licet causam. de probat. c. licet vniuersis: de test. Lupus allegat. de hæresi. xi. Albertin. in c. 1. de hæresi lib. 6. q. 16. Paris. cons. 2. lib. 4. Simanc. Enchirid. tit. 37. de test. singul. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Infames in criminalibus ad præsumptionem faciendam tantum, seù ad inquirendum admittuntur.*
2 *Testes ad torquendum debent esse omni exceptione maiores.*
3 *Testes quando non sunt omni exceptione maiores inditium non faciunt ad formandam Inquisitionem.*
4 *Crimen quanto est grauius, & atrocius tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores.*
5 *Testis carere debet omni infamiæ suspicione, & macula.*
6 *Testis ob notam infamiæ à testificando repellitur.*
7 *Infamus siue in ciuilibus, siue in criminalibus à testimonio repellitur.*
8 *Infami nullo modo est credendum.*
9 *Testimonij fundamentum est fides.*
10 *Infamis caret fide, cum eius status sit maculatus iuris dispositione.*
11 *Infamis alios iuuare non potest, quia nemo dat, quod non habet.*
12 *Infamis nullum parit inditium, quamuis in tortura emanauerit.*
13 *Infamia in criminalibus non purgatur per torturam, sed quidem in ciuilibus.*
14 *Infames, & testes non omni exceptione maiores admittuntur in subsidium, idest ad inquirendum, quando veritas aliter haberi non potest.*
15 *Delicta difficilis probationis quæ dicantur.*
16 *Infames solummodo præsumptionem faciunt.*
17 *Infames non admittuntur sine tortura.*
18 *Infamibus sine tortura nō creditur etiam ad inquirendum.*
19 *Infames quamuis in subsidium admittantur, non tamen sunt omni exceptione maiores, nec pariunt inditium ad torturam, sed ad inquirendum tantum.*
20 *Infamibus semper detrahendum est de eorum fide propter ipsorum inhabilitatem. Ratio.*
21 *Testes quando à testimonio repelluntur, repelluntur etiam quòd veritas aliter haberi non possit.*
22 *Testes quando repelluntur, nec inditium faciūt, quamuis in tortura deposuerint.*
23 *Testes ad testificandum inhabiles, quando aliqua ratione admittuntur, nō sunt per se sufficiētes ad torturam.*
24 *Infames quamuis admittantur in criminibus difficilis probationis, & quoniā veritas aliter haberi nō potest, tamen non admittuntur super adminiculis ad criminum.*
25 *Infamis tam infamia iuris, quam infamia facti non admittuntur sine tortura.*
26 *Infamia facti tollitur per solum Deum.*
27 *Infames, & inhabiles testes quando admittuntur in subsidium in occultis, & difficilis probationis, admittuntur, quando agitur ciuiliter, secus si criminaliter.*
28 *Testes omni exceptione maiores qui dicantur.*
29 *Mulieribus plenè non creditur in criminalibus.*
30 *Testes nè dicantur omni exceptione maiores sufficit quilibet defectus, quælibet macula &c.*
31 *Infames quamuis plures non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur.*
32 *Supplementum non recipit, quod nihil est.*
33 *Testis supplens inhabilitatem alterius debet esse omni exceptione maior.*
34 *Perfectum non potest oriri ex pluribus imperfectis in sua specie.*
35 *Testium inhabilium numerus suppletur in ciuilibus tantum, non autem in criminalibus.*
36 *Infames qui omnino à testimonio repelluntur, non supplentur numero.*
37 *Testes quando plures patiuntur exceptiones, non admittuntur vt integri.*
38 *Testes quando plura commiserunt delicta, non faciunt inditium ad torturam; quamuis eorum dicta in tortura ratificauerint.*
39 *Tortura supplet vnum tantum defectum, & non duos, vel plures.*
40 *Infamis quando quis dici possit.*

DISCEPTATIO VII.

De Teste Infami.

1 INquisitus non potest torqueri ad dicta, seu depositiones testium infamium, quia Infames, quando in criminalibus admittuntur ad testificandum, semper intelliguntur admitti ad præsumptionem faciendam tātum, seù ad inquirendum, idest ad assumendas in-2 formationes; non autem ad torquendum; cum testes ad torquendū debeāt esse omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, integri, indubitati, legales, idonei, incōfutabiles, inuulnerabiles, & qui prorsus nullam etiam minimam patiantur maculam, seu defectū, aut exceptionem. l. qui vltimo. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos. & declarat ibi Ias. num. 5 in Farinac. q. 43. num. 125. & q. 56. num. 121. Soc. Iun. de reg. 425. in 1. fallent. Mant. cons. 67. num. 37. seq. Mars. cons. 63. nu. 13. seq. Bal. in Marg. vers. inditium, & cons. 41. in 5. num. 8. Alex. cons. 14. num. 2. lib. 3. & cons. 18. num. 3. lib. 2. Ruyn. cons. 14. num. 3. lib. 5. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 10. Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. n. 3. & 6. de test. Calcan. cons. 110. num. 5. seq.

seq. Alex. cons. 128. num. 2. lib. 2. Et quando non sunt omni except. maiores, & fide digni nec ad formandam Inquisitionem faciunt inditium. c. qualiter & quando. el 2. Farinac. d. q. 56. num. 188. quod procedit etiam in occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam in fin. Rolan. cõs. 361. vol. 3.
4 Vbi reddit rationem, quia quanto crimen est grauius & atrocius, tãto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores. c. vbi periculum de elect. in Sexto. Ratio est quia
5 infamis non solum non potest esse testis in criminalibus; cum testis carere debeat omni infamiæ suspicione & macula. De excepr. c. 1. Baragot. tract. de probat. nu. 79. tom. 13.
6 sed etiam à testimonio repellitur propter notam infamiæ. Bal. c. testimonium. num. 1. de test. 2. q. 7. c. testes. 3. q. 5. c. si quis conuictus. c. præterea. de test. cogen. Anchar. d. c. præterea. l. Athletas. §. 1. ff. de infam. Aufred.
7 tract. de test. num. 63. Et quidem infames siue in ciuilibus siue in criminalibus semper à testimonio repelluntur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de test. l. infamem. ff. de publ. iudic. Aym. cons. 179. post numer. 3. vers. quia in ciuilibus. Farinac. in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 43. num. 13. Nec mirum esse debet, si à testimonio repellantur, quia ipsis
8 nullo modo est credendum: nanq; funda-
9 mentum testimonij est fides, & infamis caret
10 fide, cum eius status sit maculatus iuris dispositione. l. iusta. ff. de manu. vindit. Abb. c.
11 testimonium. sub num. 6. Fœlyn. sub. num. 10. de test. sicq; dicitur, quod nullo modo iuuare possunt, quia nemo dat, quod non habet. Immò quoq; dicitur, quod infames
12 nullum prorsus pariunt inditium; quamuis in tortura emanauerint. l. 1. ff. de his, qui not. infam. & d. l. Athletas. & in l. furti. §. mandati. ff. de testam. Dixit. Barbat. tract. de test. d. c. testimonium. par. 2. num. 15. vers. & ideò
13 Bart. quoniam infamia in criminalibus non purgatur per torturam, sed quidem in ciuilibus. Dec. cons. 189. num. 10. ad fin. Rolan. cons. 94. num. 17. & cons. 95. nu. 15. seq. vol. 4. Vbi attestatur de communi. Honded. cõs. 106. n. 25. Vbi plures alios refert concordã-
14 tes. Farinac. q. 45. n. 23. Et quando admittuntur, admittuntur solum in subsidium; quãdo veritas aliter haberi non potest, nempè quãdo delictum est de per se, & de sui natura occultum, & difficilis probationis ratione loci, in quo est commissum; vt puta, si agatur de commisso in Eremo, in nemore, in mõte, aut in loco secreto. Farinac. tit. de opposit. cõtra person. q. 62. n. 55. in quibus locis alij testes
15 nõ interuenerunt, nec interuenire potuerunt, prout est Coniuratio, conspiratio, heresis, adulterium, & his similia delicta difficilis probationis; quia his casibus admittuntur testes, quamuis non sint omni exceptione
16 maiores; sed solum in subsidium (vt dictum est) idest ad inquirendum tantum, nempè ad assumendas informationes; cum solum præsumptionem faciant. d. l. qui vltimò in fin. ff. de poen. Farinac. d. q. 56. num. 121. sed tamen non admittuntur sine tortura. c. illi, qui. 5. q. 5. Cœpoll. cons. 61. col. 2. Menoch. de arbitrar. q. 474. num. 50. seq. Text. in l. ob
17 carmen. §. si ea rei conditio. ff. de test. cuius verba sunt hæc: si ea Rei conditio sit, vbi arenarium testem, vel similem personam admittere cogimur, sine tormentis eius testimonio credendum non est. Et ibi hoc not. Bal. in summario. Alber. in vers. ad testimonium autem. Odofred. in princ. Fulgos. in summario. Glos. in l. 3. §. lex Iulia. in verb. palam. vers. Item fallit contra pariter infamem. ff. de test. Bal. in l. non solum. col. 2. in princ. vers. & idem est, & idem facit generalem conclusionem, esse scilicet torquendos eos omnes. C. ad l. Iul. de adult. Text. in c. 3. §. si ea Rei conditio. 4. q. 3. de test. & ibi Glos. in verb. arenarium. Farinac. q. 79. num.
18 23. quoniam etiam in tali casu nec ad inquirendum sine tortura crederetur. eis. Immò quamuis huiusmodi testes inhabiles ad-
19 mittantur in subsidium in occultis, in exceptis, & in delicto, vbi aliter veritas haberi non potest, ex quo alij habiles haberi non potuerunt; tamen non sunt integre fidei, & omni exceptione maiores nec pariunt inditium ad torturam, sed ad inquirendum tantum (vt dictum est) Boss. tit. de indit. n. 105. 166. 177. Franc. c. 1. numer. 4. de test. in Sexto Riminal. cons. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Alex. cons. 64. col. 2. vers. & etiam dicit vol. 1. & cons. 11. col. 2. Rolan. cons. 24. nu. 66. 69. lib. 1. Nam semper est detrahendum de eorum fide propter eorum inhabilitatem Boss. tit. de indit. num. 165. ad fin. & nu. 177. vers. non tamen credas. Et quod faciant tantum inditium ad inquirendum; Ratio est
20 euidens; quia perfectũ non potest oriri ex imperfecto. Aym. de antiq. temp. in verb. ex testis quicquid. in lib. officialis. n. 17, & 19. Natt. cons. 198. n. 10. lib. 2. Gabriel tit. de test. conclus. 7. num. 8. lib. 1. Rolan. cons. 98. num. 34.

Bertaz. conſ.28. num.3. & conſ 234. num. 1. lib. 1. Vbi de communi opinione teſtatur. Marſ. ſing. 477. Dec. conſ. 133. vol.
21 4. Gram. conſ. 45. Et illud eſt omninò menti tenendum, quod teſtes quando à teſtificando repelluntur, vt certè repelluntur infames, repelluntur etiam quod veritas aliter haberi non poſſit Fœlyn. cum c. dilecti. num. 10. ſeq. de accuſat. Hyppol.
22 d. conſ. 361. num.9. & 45. lib. 3. Ratio eſt, quia quando repelluntur, inditium non faciunt, quamuis cum tortura depoſuerint. Aym. conſ.66. num.55. & 57. Gram. conſ. 45. num. 22. in fin. Cæphal. conſ.65. num. 27. ſeq. lib. 1. Burſatt. conſ. 135. num. 2. Vbi atteſtatur de communi. Vbi ſcripſerunt id procedere etiam in crimine occulto, graui, vel aliàs in caſu, in quò per aliòs veritas haberi non poteſt. Eſt etiam ſemper menti tenendum, quod huiuſmodi teſtes ad teſtificandum inhabiles, quando aliqua ratio
23 ne admittuntur, non ſunt per ſe ſufficientes ad torturam. Boſſ. tit. de indit. & conſiderat. ante tortu. num. 150. Immò et quamuis in
24 dd. criminibus admittantur; non tamen admittuntur ſuper adminiculis dd. criminum. Bart. in l. quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt. allegat. Text. in c. per tuas. Ibi non alia etiam adminicula ſuffragentur. De ſimon. Farinac. d. q. 56. num. 72. Et dd.
25 teſtes infames tam infamia iuris non ſolum non admittuntur ſine tortura. Alber. in d. l. ob carmen. §. ſi ea Rei conditio. ff. de teſt. Aret. in d. c. teſtimonium num. 28. col. mihi 8. poſt princ. verſ. & ideò æquo fœdere, ſed nec etiam infamia facti. d. Alber. in d. l. ob carmen. verb. ſi verò eſt infamis. Fulgoſ. verſ. quia infames. Bal. in l. Præsbiteri. verſ. licet ergò infames. C. de Epiſc. & Cler. Bart. in tra-
26 ct. de teſt. par. 2. num. 17. ad fin. verſ. Adde etiam. Et d. infamia facti tollitur per ſolum Deum. Gloſ. in c. ex tuarum in verb.
27 abſoluas. De purgat. canon. Polyant. in verb. Infamia. Vltra quod teſtes inhabiles, quando admittuntur ad probandum crimen occultum, & difficilis probationis, admittuntur, quando agitur ciuiliter; ſecus ſi criminaliter; cum in criminalibus requirantur teſtes omni exceptione maiores. Burſatt. communem dicens
28 conſ. 216. num. 39. Et illi dicuntur quidem omni exceptione maiores, quibus nihil poteſt opponi, & ſuperant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam prorſus maculam patiuntur; quinimò & vndique ſunt inuulnerabiles, alias ſecus. l. 1. §. Idem Corn. l. 10. l. maritus. Vbi Gloſ. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæſt. Clar. q. 21. verſ. vnus teſtis. Vbi repræhendit Iudices, qui de facili ex depoſitione teſtis inhabilis Reos torquent. Vbi atteſtatur de cõmuni. Alex. conſ. 180. vol. 6. col. 2. Gram. conſ. ciuil. 59. n. 17. & conſ. 35. num. 35. Soc. Iun. conſ. 39. vol. 2. num. 59 Bart. in d. l. maritus. ff. de quæſt. Gloſ. in §. Item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Crott. tract. de teſt. num. 10. Pariſ. conſ. 152. vol. 4. num 6. Cœpoll. conſ. 32. num. 2. ſeq. Loquens in proprijs terminis.
29 Burſatt. conſ. 20. num. 22. lib. 1. Vbi quod mulieribus plenè non creditur in criminalibus ob magnitudinem præiudicij. Cæphal. conſ. 233. num. 23. lib. 2. Bal. in l. fin. num.
30 5. verb. Quædam eſt probatio maior. Et nè teſtes dicantur omni exceptione maiores (vt aliàs dictum eſt) ſufficit quilibet defectus etiam minimus, quælibet macula, & quælibet exceptio aut in dicto, aut in perſona ipſius. Vt poſt multos, quos allegat, ſcribit Maſcard. de probat. lib. 1. in præfatione. q. 6. num. 68. ſeq. Et lib. 2. concluſ. 855. num. 10. Aret. in c. litteris. col. 6. verſ. Sed quæritur. de teſt. Iaſ. in l. ſi quis. col. 1. ff. Si quis caut.
31 Et illud eſt potiſſimum animaduertendum, quod teſtes infames, quamuis plures, tamen non ſupplentur numero, nec probationem faciunt, ſed omnes à teſtificando repelluntur. Gram. deciſ 11. num. 2. Becc.
32 conſ. 85 num. 19. lib. 1. Ratio eſt, quia quod nihil eſt, ſupplementum non recipit. l. Sed ſi manente. ff. depræcar. Rolan. conſ. 16. num. 18. vol. 1. Burſatt. conſ. 28. num. 3. & conſ. 234. num. 1. lib. 1. Vbi atteſtatur de communi. Marſ. ſingul. 477. Dec. conſ. 133. vol. 4. Farinac. conſ. 6. num. 19. Gram. d. deciſ. 11. num. 2. Natt. conſ. 298. num. 10. lib. 1. Gabriel tit. de teſt. concluſ. 7. num. 8. lib. 1. Rolan. conſ. 98.
33 num. 34. Franc. Becc. d. conſ. 85 num. 19. lib. 1. Immo teſtis ſupplens inhabilitatem alterius eius dicto, requiritur, vt ſit non ſolum integer, ſed etiam præſtantiſſimæ fidei, & omni exceptione maior. Aym. conſ. 99. num. 10. Gabriel tit. de teſt. concluſ. 5. num. 7. ſeq. lib. 1. Franc. Becc. d. conſ. 85. num. 20. Corr. conſ. 172. num. 2. Additur quoque quod ex pluribus imperfectis in ſua ſpecie non poteſt

vnum

vnum perfectum resultare. l. 1. C. minor. tutel. Nec mirum, quia testes infames, quando admittuntur, non admittuntur vt integri. Butr. cons. 24. in fin. Alciat. reg. 1. præsump. 39. num. 5. Bosf. tit. de indit. num. 176. Additur pariter, quod testium inhabilium
35 numerus, quando dicitur supplere defectum procedit in ciuilibus tantum, non autem in criminalibus. Ias. in Auth. si verò contigerit. num. 6. C. de iud. Marf. singul. 477. vers. limita tamen, & cons. 109. num. 11. lib. 2.
36 Bursatt. cons. 32. num. 13. lib. 3. Idque procedit eo magis, quando sunt infames, qui omnino à testificando repelluntur: quoniã tunc non possunt ex numero aliorum suppleri. Dixerunt Gram. d. decis. 11. num. 2.
37 Natt. d. cons. 298. num. 10. lib. 2. Et maximè quando dd. testes plures patiuntur excep-
38 tiones. Gram. cons. 45. num. 24. Siue plura commiserunt delicta; quia tunc non faciunt inditium ad torturam; quamuis eorum dicta in tortura ratificauerint. Marf. singul. 200. & cons. 74. num. 23. Vbi plures allegat, & attestatur de communi opinione, & cons.
39 239. num 42. Quæ nimirum tortura purgat vnum tantummodo defectum, & non duos,
40 vel plures. Bonac. in commun. opin. par. 1. vers. Socio criminis non creditur. Denique dicere non est prætermittendum, quod quis ob aliquod prætensum delictum non habetur infamis; quoniam vt talis habeatur, requiritur eius propria oris confessio, vel Iudicis sententia, vel quod deprahensus fuerit in fragranti, aut composuerit eius malam conscientiam. l. quid. §. ex compromisso. ff. de his, qui not. infam. l. palam. ff. de rit. nupt. Anc. Ana. cons. 199. Gram. vot. 30. num. 25. post alios quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis non admittitur in testem contra consociũ, nec cum adminiculis facit inditium ad torturam, sed ad inquirendum tantum.*

2 *Testis vbi in totum repellitur à iure, adminicula non reddunt eum habilem, & admittendum.*

3 *Inditia seù adminicula sunt v. g. testis de auditu testis de visu, qui sit omni exceptione maior inimicitia cũ offenso, & alia plura.*

4 *Inditia debent esse propinqua, & nõ remota.*

5 *Inditia singula debent plenè probari per duos testes contestes, & idoneos.*

6 *Socij criminis nominatio succedit loco accusatoris.*

7 *Accusator, seù Denunciator nec in leuibus delictis admittitur in testem.*

8 *Delicta aliunde sunt probanda, quam ex denunciatione socij criminis.*

9 *Moribundus licet mentiri non præsumatur, & esse immemor salutis æternæ; tamen nõ præsumitur esse S. Ioannes Baptista, seù Euangelista.*

10 *Moribundus non semper præsumitur dicere verum in mortis articulo.*

11 *Socius criminis in mortis articulo facit solum quale quale inditium, seù aliqualem præsumptionem.*

12 *Testis, qui vltrò se offert examini, suspectus à iure reputatur.*

13 *Socij criminis nominatio suspecta censetur, quando fuit spontè facta.*

14 *Socij criminis nominatio, vt faciat inditium ad inquirendum, quæ requirat.*

15 *Socij criminis nominatio non facit inditium ad inquirendum, nec sufficit ad transmittendam Inquisitionem.*

16 *Socius criminis, cum sit infamis ob delictum commissum, nõ facit inditium ad torturã.*

17 *Socius criminis, si faceret inditiũ, esset testis in causa propria; quod esse nequit.*

18 *Accusator, & testis nemo esse potest in causa propria.*

19 *Socius criminis licet admittatur in testẽ in exceptis; tamẽ nõ est omni exceptione maior.*

20 *Socius criminis vt faciat inditiũ ad torturã, octo copulatiuè cõcurrere debent requisita.*

21 *Socius criminis, quamuis alias sit omni exceptione maior & concurrant dd. octo requisita tamen cum talibus inditijs & præsumptionibus non ad torturam sed ad inquirendum tantum sufficit.*

22 *Socius criminis licet cum talibus inditijs seù præsumptionibus in exceptis faceret inditium ad torturam, duo alia requirerentur requisita.*

23 *Inditia, & præsumptiones ad torturam debent crimen tangere.*

24 *Socius criminis admittitur in subsidiũ quando cũ ipso sunt alij plures, & non periuri.*

25 *Socius criminis ob delictum patratum effectus est infamis, & periurus.*

26 *Consocius, quando probatur, ipsum esse bonæ conditionis, & famæ, omnem sinistram opinionem perdit.*

27 *Socius criminis, cũ sit infamis, & in exceptis facit solum quale quale inditiũ, seù præsum-*

ptionem ad inquirendum tantum.

28 *Socius criminis, quamuis consocius esset ma la fama, & malæ conditionis facit inditium, ad inquirendum tantum.*

29 *Tortura nō sufficit pro inditio ad torturam, idest non parit torturam.*

30 *Tortura non est inditium ad torturam; sed purgat inditium.*

31 *Socij criminis dictum in tormentis etiam in exceptis non ad torturam, sed ad inquirendum tantum facit inditium.*

32 *Confessio de se cōtra alium creditur ad inquirendum tantum Vide etiam post num 42. & num. 74.*

33 *Testis vnus deponēs de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato, nisi sit omni exceptione maior, non facit inditium ad torturam.*

34 *Socius criminis contra consocium nullum parit inditium.*

35 *Socius criminis in crimine hæresis non facit inditium ad torturam, sed qualem qualē præsumptionem, & ei non creditur sine tormento.*

36 *Socio criminis, quando dicitur, quod creditur, intelligitur in socio criminis non inhabili.*

37 *Inditia ad delictum singula sunt plenè probanda etiam in crimine læsæ maiestatis.*

38 *Inditia aliunde sunt probanda quam ex dictis sociorum criminis.*

39 *Socius criminis tortus in caput Consocij nōn est audiendus.*

40 *Turpitudinem suam allegans à testificando repellitur.*

41 *Mulieri dicenti se fuisse ab aliquo carnaliter cognitam non creditur.*

42 *Socius criminis quando admittitur, seù plures admittuntur, intelligitur ad præsumptionem tantum.*

43 *Socius criminis, quando plures patitur defectus, nullo modo admittitur in testem ad inquirendum etiam in atrocissimis delictis.*

44 *Socio criminis, qui plures patitur defectus non creditur cum tortura, nec inditium ad inquirendum facit.*

45 *Socius criminis varius, quamuis cum tortura admittatur, tamen non facit inditium ad inquirendum.*

46 *Socius criminis varius, atque contrarius dicitur etiam periurus.*

47 *Socij criminis dictum varium licet admittatur cum tortura saltim concurrentibus alijs adminiculis, tamen ob varietatem non facit inditium ad torturam.*

48 *Verisimilitudines debent esse tanto potentiores quanto tortura auget fidem contrariæ depositionis.*

49 *Reus si primo examinatus negauerit delictū, & complices, vel confessus de se delictum, interogatus de cōplicibus illos reticuerit; si postea sponte vel per torturam variando à prima depositione cōsocios nominauerit non facit inditium ad torturā propter periurium.*

50 *Periurium non purgatur per torturam.*

51 *Periurus nec inditium facit ad inquirendū.*

52 *Periurus non potest esse testis maximè quādo est varius, & sibi ipsi contrarius, nec in casibus exceptis admittitur, nec facit inditium ad torturam, nec ad inquirendum, etiam quod cum tortura deposuerit, vel suum dictum confirmauerit in ea.*

53 *Periurij vitium non purgatur per torturam, quamuis consuetudo extet in contrarium.*

54 *Consuetudine quauis in contrarium non obstante, Iudices criminales in vrbe tenentur seruare ius commune in omnibus occurrentijs.*

55 *Iudices criminales in Vrbe sub prætextu cuiusuis consuetudinis non debet recedere à iure communi.*

56 *Consuetudo non præualet aduersus constitutionem Principis.*

57 *Consuetudo, cum sit correctoria, non inducitur, nisi appareat illam in contradictorio iudicio fuisse obtentam.*

58 *Socius criminis, quamuis alias bonæ famæ, dignitatis, & etiam dignitatis clericalis, & Sacerdotalis non facit inditium ad torturam, & maximè contra consocium bonæ famæ.*

59 *Fama bona tollit inditium resultans contra Reum ex dicto socij criminis.*

60 *Consuetudo non est seruanda quod socius criminis faciat inditium contra Consocium.*

61 *Consuetudo non est seruanda quod Consocius torqueatur ad dictum socij criminis.*

62 *Socius potest torqueri in caput consocij, vel ad eius faciem ad tollendam eius maculam; & id vt possit admitti contra consocium aliàs non admittitur.*

63 *Socius criminis quamuis deponat de facto proprio, & alias sit omni exceptione maior, non admittitur in testem contra consocium, quando habet admixtum*

factum

factum ipsius Consocij.

64 *Socius criminis non admittitur contra consocium, quamuis suum dictum confirmauerit in tortura.*

65 *Infamia non purgatur in criminalibus per torturam sed quidem in ciuilibus.*

66 *Infamia, quando dicitur quod purgatur, per torturam, intelligitur de illa tantum Socij criminis, quæ resultat ex eo, quod se facit socium criminis, & non de infamia aliorum defectuum, nempè mendacij, periurij, &c.*

67 *Socij criminis quamuis plures nullum faciunt inditium contra consocium.*

68 *Numerus non supplet defectum testis vt admitti debeat in testimonium.*

69 *Testes, qui à testimonio repelluntur, non possunt ex numero aliorum testium suppleri.*

70 *Testes plures inhabiles non faciunt inditium ad torturam, cum vna sit tantum qualitas inditij.*

71 *Socij criminis nominatio, quando fuit facta ad suggestionem siue suggestiuam Iudicis interogationem nullum parit inditium.*

72 *Processus fabricatus per suggestionem, vel per suggestiuam interogationem Iudicis, totus est nullus.*

73 *Socius criminis regulariter de consocijs interogari non potest.*

74 *Mandatarius contra mandantem non facit inditium ad torturam.*

75 *Secretum amici vnusquisq; tenetur calare, tã de lege naturali, quam diuina.*

76 *Interogandi modus circa Reos qualis esse debeat.*

77 *Interogatus de se confessus de alijs socijs, & ipse confitetur, facit inditiũ ad inquirẽdum tantum quãdo contra eos nulla esset legitima præsumptio.*

78 *Socij criminis exculpationi standum est.*

DISCEPTATIO VIII.

De Socio criminis.

1 Consocio ad solam Socij criminis nominationem non potest infligi tortura. Ità singulariter dicit Alex. conf. 415. incip. quoniam abundè. Mars. in tract. de quæst. fol. 13. num. 8. & Salyc. in l. fin. ad fin. C. de accusat. & Imol. in c. de confess. & Guld. de Suza. in tract. de indit. & tortu. num. 5. & 45. Boer. decis. 319. num. 4. Angel. Aret de malef. in tit. de quæst. & tortu. num. 16. seq. quoniam Socius criminis nec in leuibus delictis admittitur in testem contra consocium. Not. l. ea quidem. C. de accusat.

2 D. Campeg. tract. de test. reg. 103. in princ. & per totam. Nec eius nominatio etiam in criminibus exceptis, quamuis fuerit adminiculata, facit inditium ad torturã, sed solum ad inquirendum: nam vbi testis in totum repellitur, & non admittitur à iure, vt Socius criminis adminicula, non reddunt eum habilem, & admittendum. Bal. in l. falsas. num. 3. C. de furt. Angel. in l. si quis ex argentarijs.

3 §. cogentur, num. 16. ff. de eden. Et hæc adminicula, siue inditia cum nominatione d. Socij criminis sunt infrascripta; videlicet testis de auditu, testis de visu, qui sit omni exceptione maior, inimicitia cum ostenso; fama quæ debet probari, cum ortũ habere debeat à bonis, & honestis viris, stricta, & assidua conuersario, ita vt præsumatur, quod verisimile sit, quod fuerit commissum delictum; allocutio secreta ad aures, & incontinenti facta, quod sit commissum delictum. Farinac. q. 43. num. 152. 153. 155. 165. 168.

4 169. 170. 171. 175. 176. Et ista inditia debent esse propinqua, & non remota; prout

5 ibi num. 159. Et debent singula plenè probari per duos testes idoneos. Simanc. Enchirid. tit. 52. de torment. num. 6. Nec mirum videri debet, si d. nominatio non facit inditium ad torturam; quia socius criminis, quan

6 do spontè reuelat aliorum delicta, talis reuelatio succedit loco accusationis, & tantum

7 probat, quantum Denunciatio. Bal. & Angel. in l. etsi certus. ff. ad Syllan. Ità in indiuiduo scribit Osasc. decis. Pedamon. 79. nu.

8 7. & 76. Et istæ Denunciationes redduntur suspectæ, & non præiudicant; quia aliunde delicta sunt probanda. Reyn. consil. 146. n. 1. vol. 5. Per Text. in l. non omnes. §. fin. de re milit. quem Text. in proposito ponderat Boss. tit. de opp. sit. contra test. num. 21. Ratio est, quia de se confesso non creditur contra alium, c. 1. de confess. Id quod procedit, etiamsi in mortis articulo deposuisset. Rolan. cons. 16. in fin. & cons. 173. vol. 1. Vbi quod

9 ità fuit iudicatum; licet morti proximus, vel moribundus mentiri non præsumatur, & immemor esse salutis æternæ. Text. in l. fin. C. ad l. Iul. Repetund. & in c. Sancimus. 2, q. 7. Glos. in l. 1. C. de fals. caus. deiec. Bal. c. 25. vol. 1. & cons. 162. num. 4. in fin. vol. 2. quoniam morti proximus, non præsumitur esse S. Ioan. Baptista, vel Euangelista; & sic nõ semper præsumitur dicere verum. Bal.

in tit. de pace Constan. in verb. Vassalli. el
10 primo in vsib. fœud. Et quatenus præsuma-
tur quis dicere verum in mortis articulo, id
non habet locum, quando agitur de præiu-
dicio tertij. Bart. in l. si quis. §. si quis mo-
riens. ff. ad Sillan. Menoch. cons. 39. num.
44. & 68. vol. 1. Farinac. q. 43. num. 28. &
11 30. Et licet socius criminis in mortis articu-
lo possit interogari de consocijs; tamen facit
solum quale quale inditiū. Bols. tit. de indit.
& considerat. ante tortu. num. 185. seù ali-
qualem præsumptionem Boer. decis. 319. n.
4. Bols. d. tit. num. 183. Namq; nominatio
taliter facta suspecta a iure reputatur. Sa-
lyc. in d. l. fin. Gram. cons. 21. col. 3. &
cons. 66. & decis. 18. num. 10. seq. Ruyn.
cons. 186. vol. 1. Bal. de Peru. de indit. c. 2.
12 num. 3. prout pariter à iure suspectus repu-
tatur testis, qui vltrò se offert examini. l. post
legatum. §. his verò. ff. de his, quib. vt indign.
13 Bols. tit. de opposit. contra test. num. 21. Et
maximè censetur suspecta d. nominatio,
14 quoniā sponte fuit facta. num. 670. Mars.
cons. 2. num 41. Et ideo vt faciat quoq; in-
ditium ad inquirendum, requiritur, vt non
solum verisimile sit, illum in suo dicto non
mentiri. Dixit notabiliter Aret. c. P. Manco-
nella. col. 7. de accusat. Hyppol. sing. 396.
Osas. cōs. 64. num. 4. Cartar. tract. de execut.
sent. capto bannito. c. fi. n. num. 74. Sed etiam
vt d. Socius criminis sit alias omni exceptio-
ne maior. Glos. & ibi DD. l. fin. C. de accusat.
15 Immo nec ad inquirendum facit inditium,
nec etiam sufficit ad formandam, & trans-
mittendam Inquisitionem. Vt cantat Consti-
tutio Pij Quinti contra condemnatos. Dec.
cons. 189. num. 9. Vbi de comuni Clar. q. 21.
vers. si verò queris. Bertaz. cons. 462. num.
6. seq. lib. 2. quoniam ineptum est dicere,
quod socius criminis, cum sit infamis ob
delictum commissum, possit dici testis omni
16 exceptione maior & quod solus admittatur,
& faciat inditium præsertim ad torturam. l.
1. §. Diuus Antonius. ff. de quæst. not. in l.
quoniam liberi. C. de quæst. Hyppol. cons.
17 74. num. 4 vol. 1. quoniam sequeretur absur
dum, nempè quod esset testis in causa pro-
pria, quod esse non potest. l. nullus. ff. de test.
18 l. omnibus. C. eo. tit. Bart. in l. lex Cornelia.
ff. de iureiur. Iura enim abhorrent, quod
quis in causa propria sit accusator, & testis.
Glos. in l. is, qui in iudicio. ff. de accusat.
Gand. in tract. malef. Rubr. qui accus. poss.
Marl. cons. 33. num. 3. seq. Tiber. Decian.
cons. 83. num. 16. vol. 3. Quod procedit e-
19 tiam in casibus exceptis; in quibus licet ad-
mittatur, non tamen reputatur omni excep-
tione maior. Paris. cons. 151. num. 10. lib. 4.
Dec. cons. 189. num. 9. Vbi testatur de com-
muni. Et tandem (vt aliqui DD. dicunt) vt
faciat inditium ad torturam, non solum re-
20 quiritur, vt sit omni exceptione maior; Sed
etiam octo requisita concurrere debent, quæ
cumulat Carrer. in sua prax. crim. in l. obser-
uare. num. 122. & num. 172. per totum. Et
hoc est, quod soluit Ay[illegible]. cons. 178. num. 3.
21 Sed (vt mea sententia fert) talis nominatio
socij criminis, quamuis alias sit omni excep-
tione maior, & concurrant dd. octo requisi-
ta; tamen cum talibus inditijs, & præsum-
ptionibus non ad torturam; sed ad inquiren-
dum, id est ad assumendas informationes so-
lummodo sufficit. Dec. cons. 18. post num.
63 lib. 1. Ludou. Peguer. decis. crim. 5. n. 30.
Ruyn. cons. 146. vol. 1. Bal. de Peru. de in-
22 dit. c. 2. num. 3. Sed dato, & non concesso
quod cum dictis adminiculis, seù præsum-
ptionibus d. Nominatio faceret in exceptis
inditium ad torturam; tamen omninò dici-
tur, quod duo requirerentur. Primo quod
dd. præsumptiones (vt tradit Glos. in d. c. de
confess.) tangerent crimen; ob illam dictio-
nem, aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua
eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidam rele-
23 gatus. in verb. amicis. ff. de reb. dub. Sola e-
nim nominatio socij criminis facit tātum in-
ditium ad inquirendum, non autem ad tor-
quendum. secundum Bal. & Angel. in d. l. etsi
certus. ff. ad Sillan. Nec obstat, si dicatur, q
24 socius criminis admittitur in subsidium, quia
id procedit, quando sunt plures, & non sunt
periuri. Itā Bal. in d. l. quoniam liberi. C. de
test. Butr. in c. tertio loco. de probat. Alex. cōs.
64. lib. 1. Vbi dicit, quod tunc non potest di-
ci, deponere in subsidium, etiam quod in suo
dicto perseuerauerit vsque ad mortem. Secun
do quod denominatio adeo sit verisimilis, vt
Iudex certò credat nominantem non menti-
ri. Iuxta Text. in l. sicuti, & ibi Bal. in Sum-
mario. C. de quæst. & melius in c. in fidei fa-
uorem. de hæret. in sexto Mars. in pract. §. di-
ligenter. num. 60. in fin. & sing. 396. ad fin.
Gram. cons 35. num. 49. Rolan. cons. 73. nu.
25. & 37. Dec. d. cons. 18. lib. 3. conclus.
1311. num. 5. seq. Honded. cons. 100. num.
17. Farinac. d. q. 43. nu. 177. Quæ nimirum
in d. socij criminis nominatione deduci non
potest, quando alius testis nō adest, qui pro-
bet

25 bet delictum; Nec à qualitate d. socij criminis resultat d. præsumptio, quod non mentiatur, cum ob delictum patratum sit effectus
26 infamis, & periurus: Nec ex qualitate personæ consocij nominati, quando probatur ipsum esse bonæ conditionis, & famæ: Quæ sanè probatio omnem aliam sinistram præsumptionem elidit. Parif. d. conf. 163. num. 16. lib. 4. Riminal. Iun. d. conf. 290. nu. 3 lib. 3. Aym. conf. 178. num. 3. lib. 2. post Glos. d. l.
27 fin. C. de accusat. Et quod socius criminis cum sit infamis, & ideo inhabilis ad testificandum; etiam in exceptis faciat solum aliqualem præsumptionem, seu inditium ad inquirendum tantum. Tradit Clar. d. q. 21. vers. Sed quid in criminibus exceptis. Carrer. in sua prax. crim. §. octauum inditium. num. 10. & 16. Et id quamuis eius nominatio sit sanata per torturam. Glos. d. l. fin. C. de accusat. Alex. conf. 39. lib. 3. col. 2. Dec. conf. 189. col. 4. num 7. Abb. c. 1. num. 10. de confess. Et hanc esse communem opinionem testatur Carrer. in sua prax. crim. d. l. obseruare. num. 122. vers. octauum inditium. Clar. d. q. 21.
28 vers. dictum socij criminis, & ibi Baiard. nu. 23. seq. Quod procedit, etiamsi persona nominata alias esset malæ conditionis, & famæ; Tradit Gram. conf. 35. & conf. 21. col. 2.
29 in fin. Et id optima ratione quidem, quia tortura nõ sufficit pro inditio ad torturam, idest non parit torturam. Salyc. in d. l. fin. C. de accusat. Alex. con. 89. num. 2. lib 3. & conf. 128. col. 1. in fin. lib. 4. Marf. conf. 2. num. 28. vers. 15. nu. 5. Boer. ex communi d. decis. 319. num. 1. Rolan. a Valle conf. 16. num. 17. lib. 1. Clar. d. q. 21. vers. sed; & vers. seqq. Bertazz. conf. crim. 39. nu. 13. & conf. 234. num. 1. seq. lib. 1. & in specie Bofs. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 160. Nec ab re videri debet; quia absurdum est dicere, quod tortura sit inditium ad torturam, nam
30 non est inditium, sed purgat inditium. Salyc. d. l. fin. C. de accusat. Alex. Marf. Boer. Clar. Bertaz. & Bofs. vt supra. Et quod socij criminis dictum in tormentis etiam in exceptis pariat tantum inditium ad inquirendum, & non ad torturam tradit Dec. d. conf. 89.
31 lib. 3. col. 2. in fin. Immo vt pariat inditium, requiritur, quod verisimile sit, d. socium criminis in suo dicto non mentiri (vt supra dictum est) & attenditur dictum verisimilius; quamuis sit factum in tormentis. Soc. conf. 253. & 256. Immo socij dictum etiam quod esset per torturam sanatum, & in eo persisteret, & essemus in casibus in quibus, quis de socijs interogari posset; prout regulariter non potest. Vt est Text. in d. l. fin. C. de accusat: Vtiq; contra consocium nominatum inditium non faceret ad torturam. Dixit Gand. in suo tract. malef. in Rubr. de quæst. & torment. § restat autem. vers. sed quem nunquid, quem refert, & sequitur Hyppol. conf. 22. num. 23. & Bal. in d. l. quoniam liberi. num. 2. C. de test. vbi quod non creditur testibus de se confessis contra alium, d. c. 1. de confess. c. memini. 15. q. 3. spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod est Socius criminis. num. 37. Parif. conf. 52. num. 4 & 15. Bal. conf 95. lib. 1. Marf. in l. si forte. num. 15. seq. ad l. Cornel de Sicar. Soc. reg. 425. in princ. Mascard. de probat. conclus. 466. n. 1.
32 & cõclus. 1311. num. 1. Farinac. q. 43. num. 8. Per d. l. fin. C. de accusat. Sed solum ad inquirendum (vt dictum est) Tradit Gram. conf. 61. post numerum 1. Nat. d. conf. 298. num. 9. in fin. Salyc. post Glos. d. l. fin. C. de test. & Alex. d. conf. 89. lib. 3. col. 2. & per Angel. tract. malef. vers. fama publica & vers. quæro an particeps criminis, post Abb. in c. ext. de confess. & Aug. & Rom. in l. si certus. ff. ad Sillan. Vt per Bart. & Salyc. in d. l. quoniam liberi. C. de rapt. & hanc esse cõmunem opinionem DD. attestatur Carrer. in sua pract. in d. l. obseruare. num. 22. vers. octauum inditium. num. 15. Ratio est,
33 quia si testis vnus deponens de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti inditium non facit ad torturam, nisi sit omni exceptione maior. Bart. in l. maritus. num. 1. ff. de quæst. Bal. conf. 259. num. 5. lib. 1 Crauett. conf. 99. num. 4. lib. 1. Ruyn. ex cõmuni conf. 147. num. 3. & 5. cum alijs. Clar. lib. 5. sent. q. 21. vers. vnus testis: Ità nec socius criminis facit inditium ad torturam; cum
34 per supradicta non sit omni exceptione maior. Alià quoq; adest ratio, quia particeps criminis nullum contra consocium facit inditium. Hippol. in proprijs terminis sodomiæ conf. 28. col. fin. Parif. d. conf. 163. num. 10. vol. 4. etiam in crimine hæresis tam priuilegiato; quamuis qualis qualis inde præsumptio oriatur Boer. d. decis. 319 incip. socius criminis. Ioan. de Anan. conf. 59. incip. visa inquisitione. Gram. decis. 28. incip. Magnificus Ioanes. num. 14. Director. inquisit.
35 3. par. pag. mihi 599. Immo ei non creditur sine tormentis. Clar. in pract. § fin. q. 21. vers. scias enim alias fidẽ non faceret; Cum enim (inquit)

(inquit) ex proprio delicto effectus sit infamis, non debet admitti in testem sine tortura. Marſ conf. 109. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 604. comm. 113. col. 2. Et illud eſt omninò ſciendum, quod ſocius criminis, & excommunicatus, licet in aliarum probationum defectum poſſit in cauſa hæreſis perhibere teſtimonium, tamen ei plena non eſt adhibenda fides, niſi ex numero, & veriſimilibus côiecturis, ex Reorum, & Teſtium qualitate, atque ex alijs circumſtantijs falſa dicere non præſumatur. c. in fidei. de hæret. lib. ſexto Gonzal. de hæret. q. 13. Albertin. de aſſert. q. 34. Coraſius lib. miſcella. c. 20. Simāc. Enchirid. tit. 35. de teſt. num. 17. Et an ei ſit credendum ſine tortura Vide d. Simanc. ibidem. num. 18. Et quando dicitur, quod in ca-
36 ſibus priuilegiatis aliquantulum ſit credendum, illud intelligitur in ſocio criminis non inhabili, vel alias non infame ex alio delicto Boer. d. deciſ. 119. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. num. 24. ſeq. Gram. vot. 34. nu. 9. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit § octauum inditium. num. 10. ſeq. Idque eo magis, quando nulla concurrunt adminicula, quo caſu inculpatio prædicta non facit, vt quis torqueri poſſit. Gram. d. deciſ. 28. num. 17. Nec
37 obſtat, ſi dicatur, quod d. ſocius criminis vi concurrente fidem facit; quia talis vis probari debet: nam adminicula ad delictum inferentia plenè ſunt probanda; etiam in crimine leſæ maieſtatis. Tradit Innoc. in c. ſicut de
38 Simon. Et aliunde ſunt probanda, quam ex dictis ſociorum criminis. Calcan. conſ. 110. col. 2. Immo quamuis ſocius criminis fuiſſet
39 tortus in caput conſocij; adhuc dicitur, quod non eſt audiendus, cum alleget turpitudinē
40 ſuam. c. inter dilectos. de donat. Hyppol. in terminis Sodomiæ. d. conſ. 28. col. fin. prout
41 in ſimili nec mulieri creditur dicenti ſe ab aliquo fuiſſe carnaliter cognitam. Alex. d. conſ.
42 157. in princ. col. 5. Et quando per DD. dicitur, quod vnus, vel plures admittuntur tam in ciuilibus, quam in criminalibus intelligitur quoad præſumptionem faciendam tantum; cum teſtes ad probandum (vt dictum eſt toties) debeant eſſe omni exceptione maiores. Soc. de reg. 425. in 1. fallent. Farinac. q. 43 num. 125. Nec etiam ei recepto creditur. Fcxt. in d. l. quoniam liberi; ibi ſi ſocij, & participes criminis nō dicantur. Et ibi præcipuè Salyc. num. 3. C. de teſt. & in c. perſonas, ext. de teſt. & in c. veniens, ibi eo, quo ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum teſtificari non poſſe, nulli de ſe confeſſo aduerſus alium in eodem crimine ſit credendum. ext. eod. & in c. 1. de confeſs. Ibi de reatu proprio confitentis periculoſa confeſſio non eſt aduerſus quemlibet admittenda. Et in c. memini. 15. q. 2. cuius verba ſatis clara ſunt; dum ibi dicitur, Nemini præterquam in crimine læſæ maieſtatis de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum; quoniam eius, atque omnis Rei confeſſio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet, ita etiam tenet Spec. tit. de teſt. § 1. verſ. Item quod eſt ſocius criminis. num. 37. Pariſ. conſ. 52. num. 15. vol. 4. Bal. conſ. 95. regula. lib. 1. Marſ. in d. l. ſi fortè. num. 15. ſeq. ad l. Cornel. de Sicar. Soc. reg. 425. in princ. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 466. num. 1. & concluſ. 1311. num. 1. Farinac. d.
43 q. 43. num. 8. Quæ ſupradicta omnia maximè procedunt, quando ſocius criminis eſt infamis, criminoſus, & plures patitur exceptiones, & defectus: vt puta quia eſt vilis, abiectus, pauper, minor, luxor, vel alias inhabilis; quia tunc nec etiam in exceptis facit inditium ad torturam: Immo nec etiam ad inquirendum etiam in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt, etiam in crimine læſæ maieſtatis, etiam cum tortura, etiam quod infamia aliunde probetur, quam per ſententiam, aut confeſſionem ipſius Rei; ac etiam quod defectus ſint tantummodo duo. Marſ. ſingul. 200. & conſ. 74. num. 23. ſeq. & conſ. 66. num. 4. & conſ. 38. num. 9. & conſ. 70. num. 7. in fin. ſeq. Vbi num. 9. loquitur etiam in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. § octauum inditium. num. 23. Farinac. conſ. 79. num. 1. Foller. in pract. crim. in pri. par. 3 par. principalis. verſ. Et ſi confitebuntur. num. 102. ad med. verſ. & licet in caſibus exceptis. & c. & in fin. numeri. verſ. & nota vlterius. Aym. conſ. 6. num. 55. ſeq. Boer. d. deciſ. 319. poſt numerum 3. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſ. maieſt. prob. q. 7. ſeq. Vbi loquitur in crimine læſæ maieſt. & reddit rationem. Natt. conſ. 298. num. 6. ſeq. lib. 2. Vbi reddit rationem, & ampliat etiam quod infamia ſit probata aliunde quam per ſententiam, aut confeſſionem Socij criminis. Roland. conſ. 16. num. 20. ſeq. vol. 1. Vbi de ſocio criminis abiecto, & paupere. Et conſ. 37. num. 24. & 27. ſeq. eod. vol. 1. vbi de ſocio criminis minore, & paupere. Et conſ. 3. num.

num.51. vol.3. & cons.57. num.38. seq.vol.
4. Vbi latè, & præsertim de socio criminis
& uxore. Menoch. de arbitrar. 99. lib. 2. casu
474. num.54. Hieron. de Monte, q.16. num.
22. Bursatt. cons. 69. num. 23. Vbi plures
allegat, & testatur de communi. Et cons.
239. num. 42. Vbi pariter de communi: Et
ampliat etiam, quod deponat cum tortura;
cum tortura suppleat solumodo vnum defe-
ctum, quod & antea dixerat in cõs.192. num.
21. seq. & cons.201. num 57 & cons.275.
num. 19. Vbi quod isto casu nec etiam suf-
ficit ad inquirendum. Bonacols. in cõmun.
opin. par.1. vers. Socio criminis non creditur
fol. mihi 152. col. 4. vbi etiam de communi
opin. De qua laurent. Hirochu. in suis com-
mun. opin. cent. 4. conclus. 40. Io. Maria
Monticell. reg. crim. 4. num.41, Bertaz. d.
cons. 61. num. 16. seq. lib. 1. Vbi de socio
criminis minore & paupere. Et cons. 39.
num. 14. & cons. 333 num.3. & cons.556.
ante numerum 13. Osasc. cons.64. num.30.
Mascard. de probat. lib.1. conclus. 462. num.
25. Vbi loquitur de crimine læsæ maiestatis.
& lib. 3. conclus. 13. num. 15. iuncto, num.
41. Vbi etiam de socio criminis minore, &
paupere faciunt, quæ scribit Farinac. in prax.
crim. tit. de indit. & tortu. q. 43. num.122.
Vbi in socio criminis habilitato per statutum
ad testificandum. Honded. cons. 100. num.
37. Vbi ampliat etiam quod depositio ema-
nauerit in tortura; & ibidem num, 22. seq.
44 Vbi ampliat etiam ad inquirendum, & alijs
relatis testatur de communi. Ad cuius com-
probationem videndi sunt plures concordã-
tes relati per Baiard. in pract. q.24 num.129.
quo in loco licet idem Baiardus testetur
consuetudine seruari omnes testes, seu so-
cios criminis cum tortura admitti, etiam
quod mille paterentur exceptiones, seu de-
fectus, ac etiam ad faciendum inditium,
ex Boss. quem allegat in tit. de indit. num.
156. & Clar. in pract. d.q.21. vers. scias ta-
men; qui tamen non loquitur in socio cri-
minis patiente plures defectus; sed in socio
criminis periuro. Farinac. tamen in prax.
crim. tit. de indit. & tortu. d.q.43. num.178.
testatur in socio criminis patiente plures
defectus nunquam vidisse in Vrbe, quod
fuerit ad torturam deuentum, nisi vltra in-
culpationem, & nominationem socij crimi-
nis concurrerent alia, quæ de per se facerent
inditium. Et in c. Sancimus. de test. Vbi de
socio criminis vili, qui pro validitate sui
dicti, non admittitur in testem in causa ar-
dua, & capitali. Barb. cons.65. lib.4. Gram.
cons.1. num.62. Boss. tit. de indic. & consi-
derat. ante tortu. num. 151. non requiritur,
quod aliàs sit omni exceptione maior.
Alex. cons. 238. vol. 6. in princ. Vulgata
Glos. in §. si verò absint. in verb. substãtiam.
In Auth. de hered. & falcid. Vulpel. cons.
99. num.17. Alex. cons.237. vol. 6. in princ.
Bal. in l. etiam, col. 1. in fin, C. de test. Dec.
cons. 310. num. 5. Ioan. de Amic. cons. 87.
num. 8. seq. vbi quod talis testis penitus
repellitur; & in indiuiduo scribit Rolan. cõs.
24. num. 64. seqq. Bal. in l. fin. col. pen. in 4.
q. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. Alex. post
alios, quos allegat cons.507. vol.6. in princ.
quia cum sit vilis non dicitur idoneus testis.
Bal. in d.l. etiam. in fin. col.1. de test. & d. Bal.
in Auth. si dicatur. col. fin. C. de test. & in l.
milites. C. de quæst. Gram. decis.11. num.4.
45 Cæterũ his omissis illud omnino est in huius
modi materia animaduertendum, quod Soci
us criminis, quando etiam est varius quam-
uis cum tortura admittatur, nec ad inqui-
rendum facit inditiũ, & id ratione iuramenti,
quod est indiuisibile. Abb. in c. testimoniũ.
de test. Gram. cons. 1. num. 61. seqq. Rolan.
46 cons. 57. num. 15. Nec ab is videri debet,
quia socius criminis varius, atq; contrarius
in suis depositionibus dicitur etiam periurus
secundum communem opinionem. Bursatt.
cons. 275. num. 5. Dec. cons. 189. num. 8.
Natt. cons. 298. num. 7. in fin. Immo socij
47 criminis dictum licet regulariter admittatur
cum tortura, talium concurrentibus alijs in-
ditijs, seu adminiculis. Vt late Boer. decis.
319. vol.3. in princ. & num.4 par.2. Tamen
si est varium, licet pænaliter, & magis firmetur
dicto cum tortura; tamen ex varietate fides
diminuitur, vt inditium ad torturam non
faciat. Vt per Gram. vol.6 & vol.34. Marsil.
48 cons. 74. lib. 1. Accedat, quod isto casu
verisimilitudines debent esse tanto potentio-
res, quanto ipsa tortura auget fidem contra-
riæ depositionis, Gram. vot. 3. num. 7.
49 Aym. cons. 75. num. 17. in fin. Obeamq; rẽ
si Reus primo examinatus negauerit delictũ,
ac etiam complices; vel confessus de se de-
lictum, interrogatus de complicibus illos
reticuerit; si postea iterum interrogatus, vel
tortus spontè, vel per torturam variando à
prima depositione socios nominauerit: Vti-
q; talis nominatio non facit inditiũ ad tor-
turam contra nominatos propter defectum
per-

periurij. Carrer. in pract. crim. in 2.tract.de
indit. & tortu. §. octauum inditium num.
18.Gram.vot. 34.post numerum decimum
seq. Dec. cons. 189. num. 8. Natt. d. cons.
298.num.7.in fin.seq. & num.22.in fin. col.
1.& cons.37 num.15.in fin. iuncto.num.28.
seq. & cons. 234. num. 9. seq. eo lib. 1.
50 Cæphal. cons. 233. num. 14. seq. & cons.
234.num.9. seq.lib.2.Nanq; periurium non
purgatur per torturam. Gram. d. vot. 34.
51 Dec. d. cons. 189. Vbi quod dictum periuri
nec etiam facit inditium ad inquirendum.
Nec dissentit Bal. cons.471. lib.2. & cons.
52 138.lib.3. Bertaz.cons.559 num.8.Farinac.
q.43.num.185.seq. Ratio est,quia in periu-
ro non cadit testimonium aliquod deficiente
fundamento, quod est iuramētum. Crauett.
in indiuiduo. cons. 6. num. 46. Et maximè
quando periurus est varius, & sibi contra-
rius. Bursatt. cons. 275.num. 5. nec in casi-
bus exceptis admittitur, nec inditium facit
ad torturam. Monticell. de reg. crim.4.nu.
32.& 41. Rolan.cons.16.num.9.seq.vol.1.
Bertaz.d.cons.39 num.14. & cons.40.num.
12. & cons. 61. num. 10. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 1. q. 89. num. 74. Nec etiam ad
inquirendum. Monticell. d. reg. 4. post nu-
merum 33. Rolan. ibidem etiam quod cum
tortura deposuerit, siue suum dictum con-
firmauerit in ea. Et cons. 73. num. 6.seqq.
& num. 18. seq. eodem vol. 1. Et cons. 94.
num 20.seq. & cons. 57. num. 15. lib 4. &
cons. 98.num.21.eodem vol.4. Dec.d.cons.
189. num. 10.seq. Cæphal. cons 204.num.
32. & cons. 203. num. 6. seq. lib.2.laurent.
Hirocu.in suis commun. opin.cent.4 cōclus.
39. num. 5. Honded. cons. 100.num.29 &
38.num.7.in fin. Bertaz.cons.341.num.27.
Vbi post multos concordantes ait, quod
53 isto casu non facit inditium ad inquiren-
dum. Nec facit, si dicatur, quod cōtrarium
seruatur de cōsuetudine, nempè,quod peri-
urij vitium purgatur per torturam etiam in
54 criminalibus: Respondetur quod Iudices
criminales in Vrbe tenētur,& debent in om-
nibus occurrentijs seruare ius commune.
Vt in Bulla fe.re: Pauli tertij legitur ad fa-
uorem carceratorum edita, & confirmata à
55 Santissimo Paulo Quinto in Reformatione
Tribunalium. De iure communi periurus
testis in criminalibus nec cum tortara admit-
titur; ideò quando quid est Sancitum à
Principe nulla resultat consuetudo aduersus
eius Constitutionem. Vt per Sot. de iust.
& iur.q.7.art.2. col.2. in fin.not.in l.si mihi,
& tibi de legat. secundo Ruyn. cons. 13.nu.
12. lib. 2. & cons. 30.num.1. lib. 5. Quod eo
56 magis dici debet in casu isto, quia asserta
Consuetudo, cum sit correctoria, non indu-
citur, nisi appareat, illam in contradictorio
iudicio fuisse obtentam. Vt not. omnes. in
57 l.de quibus.ff.de legb. Insuper dicitur,quod
non solum d. socius criminis, sed quilibet
alius socius criminis, quamuis aliàs bonæ
famæ, dignitatis, & etiam dignitatis clerica-
lis, & sacerdotalis non facit inditium ad
torturam; prout in socio criminis clerico
scripsit Abb. in c.1. in 2. notab. ext. de con-
fess. Gram.cons.21.num.3.& cons.35. post
numerum 25. Boer.d.decis. 219 post nume-
rum 3.vers.quinimo etiam. Bertaz.cons.61.
num.16.lib.1.& cons. 341.num.24.lib.2. &
cons.559.num 5.eodem vol.2.Bursatt.cons.
275. post numerum 18. lib. 2. Masca.d.de
probat.d. conclus. 1311.num. 15.l. 4. C. de
quæst. c. vlt. 15. q. 3. Hyppol §.diligenter.
Blanc.in l.vlt.ff.de quæst. num.379.Farinac.
d.q. 43. num. 24. Ratio est, quia post deli-
ctum efficitur infamis (vt dictum est) &
58 criminosus. Et maximè contra nominatum,
qui sit bonæ conditionis, & famæ; quoni-
am bona fama tollit inditium resultans con-
tra eum ex dicto Socij criminis. Carrer. in
pract. crim. in 2. tract. de indit. & tortu. §.
octauum inditium. num. 13. seq. soc. Iun.
cons 39.num.66.lib.2. Mascard. de probat.
lib.3.d.conclus.1311. Honded. d.cons.100.
num.4.& 20 Gram. d.cons.21.num.10. &
cons.35 num.49.& 75.seq. & cons.61.nu.
1.& cons.70. num.7. Vbi loquitur etiam in
dicto duorum Sociorum criminis. Et decis.
59 28.num.17 Paris.d.cons.151.num.13.lib.4.
Et quamuis aliqui DD. dixerint, quod de
consuetudine Reus consocius ad dictum
60 Socij criminis torqueri potest, & debet; ta-
men huiusmodi cōsuetudo non est seruanda.
Per Tex.in l.sed licet.ff.de offic. Præsid. Vbi
habetur, quod non quod sit Romæ; sed
quod de iure fieri debet, seruandum est.
Rolan. in terminis cons.94. num. 21.vol.4.
Bertaz.cons.225.post numerum 19 lib.1. &
cons. 556.num.10. in fin seq.lib.2. Vbi de-
clarat d.consuetudinem torquendi Reos ha-
bere locum in diffamatis: sed hanc consue-
tudinem non probat Farinac. d. q. 43. num.
124 præterquam in casibus à iure permissis.
61 Potest benè, & debet, vt nonnulli DD. di-
cunt, torqueri ille, qui se facit socium cri-
minis

minis si non fuerit tortus in caput consocij nominati, vel ad eius faciem speciali tortura ad tollendam eius maculam, aliter non admittitur contra d. consocium nominatum; nec afficit; nec sufficit prima tortura, in qua fassus fuit. Alber.l.vlt.C.de accusat.Fulgos. cons. 137. Bois. tit. de mandat. ad homic. num. 31. Vulpel. cons. 30. num. 7.& cons. 85.nu.8. Clar.d.q.21.vers.quæro nunquid. in fin. Hyeron. de Monte q. 16. num. 22. Vbi de communi testatur. Clar. q. 45. vers. cæterum si Reus. Boer.d.decis. 319. num.4. Mars. in pract.§. diligenter. num. 61. Blanc. de indit. num. 380. Farinac. cons. 38. num.
62 10. Et dicunt, quod speciali tortura ad faciem consocij torqueri debet. Boer. d. decis. 319. Clar. d. q. 21. vers. quæro nunquid. in fin. quia aliàs non tortus à testificando repellitur. l. ob carmen. §.si ea Rei conditio.ff. de test. Clar. d. q. 21. vers. scias autem; & dicit ibi seruari Mediolani; Et ità seruari in Vrbe Romana testatur Farinac. d. tract. de indit.q.43.num. 139. Immo dicunt, quod non admittitur etiam cum tortura, nisi aliàs sit omni exceptione maior. Glos. & DD. l. fin. C. de accusat. Farinac. d.q.43.nu.1.seq.
63 Nec facit, quod deponat de facto proprio, quia non admittitur ad testificandum, quando habet admixtum factum partis. Zuccard. in l. fin. num. 293. C. de Edit. Diu. Adrian. Tollen. Immo dicitur, quod quamuis sit omni exceptione maior, nec etiam admittitur, nec eius dictum attendi debet, quando consocium non à principio, sed in vltimis suis constitutis nominauit. Natt. cons. 298. num.7.seq. Dec. cons 89.nu.8 Bertaz. cons.28. & cons. 39.num.13. lib.1. Verum Cals. super cons. Burgund. fol. 44. post numerum. 14. Et Simanc. de hæres.c. 62.num.
64 6. contrarium tenent, quibus ego libenter ascribo, & omninò dico, quod quamuis socius criminis suum dictum confirmauerit in tortura; tamen d. consocium Inquisitum non afficit; cum ex proprio delicto effectus fuerit infamis; & eius infamia non purgatur
65 per torturam in causis criminalibus; sed quidem in ciuilibus. Dec. cons. 189. num. 10. ad fin. Rolan. cons.94. num. 17.& cons 95. num. 15. seq. vol.4. Vbi attestatur de communi. Honded.cons. 106.num.29. Vbi alios plures concordantes refert. Farinac.d.q.45. num. 23. Ratio est, quia huiusmodi infamia facti tollitur per solum Deum. Glos.in c.ex tuarum. in verb. absoluas.de purgat.canon.
66 Polyant.in verb. infamia. Sed dato & non concesso quod purgaret infamiam; tamen solum. purgaret illam infamiam quæ resultat ex eo, quod quis se facit socium criminis; non autem purgat infamiam aliorum defectuum; nempè ætatis, mendacij, vilitatis, paupertatis, periurij, inimicitiæ, odij &c. Crauett. cons. 6. num. 16. 47. 48. 54. seq. lib. 1. Rolan. cons. 3. Bursatt. cons. 192. num. 22. lib. 2. & cons. 20. num. 61. cons. 79. num. 11. lib. 1. cons. 201. num. 67. lib. 2. Tob. Noni.cons.99.num.5.seq. Vltra quod purgat vnum tantumodo defectum, & non duos, vel plures. Bursatt. d. cons. 192. num. 21. seq. & cons. 201. num. 57. & cons. 275. num. 19. Claud. ad Bertaz. cōs. 71. ad Eram. H. Farinac. d. q.43. num. 178. circa med. &
67 cons. 79. num. 10. Nec facit, si dicatur, quod Socij criminis, quando sunt plures, faciunt inditium ad torturam; quia quamuis sint plures, tamen non faciunt contra consocium nominatum d. inditium. Et hæc opinio est communis, & vera; nanq; absurdum est dicere, quod quis conuincatur ex dictis infamium, & criminosorum; cum de iure propter eorum inhabilitatem non admittatur; etsi admittuntur in aliquibus casibus exceptis; non tamen sunt omni exceptione ma-
68 iores, nec plenum faciunt fidem; quoniam numerus non supplet defectum testis, qui omninò admitti debeat. Natt. cons. 289. num. 10. Farinac. d. q. 43. num. 35. & id etiam quamuis sint plures inhabiles, & criminosi: nanq; quod nihil est, supplementum non recipit. l. sed si manente. ff. de precar. Et ex pluribus imperfectis in sua specie non potest vnum perfectum resultare. l. 1. C. qui
69 minor. tutel. Et ideò si testes à testimonio repelluntur, non possunt ex numero aliorum testium eorum dicta suppleri. Gram. decis. 11. num. 2. Natt. cons. 298. num. 10. lib. 2. Gabriel. tit. de test. conclus. 7. num. 8. lib. 1.
70 Rolan. cons. 98. num. 34. Immo dicitur, quod quamuis plures, nec etiam faciunt inditium ad torturam; cum vna tantum sit qualitas inditij. d. l. fin. C. de accusat. Bal. d. l. quoniam liberi. num. 2. C. de test. Gram. d. cons. 61. post numerum 1. Vbi dicit, quod si plures sint confitentes, nihil probant, nisi ad inquirendum. Natt. cons. 289. n. 9. in fin.
71 Et maximè quando d. nominatio fuit facta ad suggestionem siue interrogationem Iudicis. Sed caueant Iudices, vt abstineant ab hac suggestiua interogatione, nè proprias animas

animas perdant, & alios indebite vexent:
72 Nam quando processus fuit fabricatus per suggestionem, vel per suggestiuam interogationem contra aliquem, totus est nullus. Clar. in pract. §. fin. q. 21. vers. retenta igitur. ad fin. Conrad. in pract. in tit. de negat. crim. & torment. post num. 23. vers. quando socius criminis. fol. mihi 293. col. 2. Mascard.
73 de probat. lib. 3. conclus. 1311. num. 29. & 40. Farinac. d. q. 43. num. 132. Ratio est, quia socius criminis de cōsocijs regulariter interogari nō potest, & maxime quādo v. g. mādatum factum à mandante ipsi mandatario continet in se aliquid turpe, vel delictum; quoniam tunc, cum acceptando mandatarius illud mandatum à mandante efficitur criminosus, & infamis. Ideò dictus Mandatarius repellitur à testimonio, nec inditium
74 facit ad torturam. Mars. in pract. §. diligenter num. 37. seq. Paris. cons. 151. post num. 6. vol. 4. Io. Maria Monticell. reg. crim. 5. post num. 15. Rolan. cons. 75. num. 16. lib. 1. Farinac. q. 44. num. 4. Et intelligitur, quando mandatarius socius criminis veniat, vt accusator. Idem Farinac. ibidem nu. 9. seq. d. l. fin. in fin. C. de accusat. ibi cum veteris iuris auctoritas de se cōfessus nec interogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena. l. repeti. ff. de quæst. ibi qui de se confessus est in caput aliorum non torquebitur. c. 1. de confess. ibi cum secundum vtriusq; iuris statuta de se confessi super aliorum conscientijs interogari non debeant. c. memini. 15. q. 5. Ibi nemini de se confesso super aliorum crimen credi oportet. Gandin. tit. de quæst. & torment. num. 16. ad med. vers. nam regulariter. Guid. de Siozar. in tract. de indit. & tortu. num. 51. vers. regulariter de proprio scelere confessus. Angel. de malef. in verb. quod tamen, quod publica prece. post numerum 21. vers. & sit non fuit interogandus, & vers. ibi autem delicta. Mars. l. 1. §. Diuus Antonius per illum Text. ante numerum 1. & 2. ff. de quæst. Gram. decis. 28. num. 9. in fin. vers. cum regulariter. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. num. 19. vers. ad primum respondeo, quod regulariter. Paris. d. cons. 151. num. 8. lib. 4. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 44. vers. Et hæc est regula. Rolan. cons. 73. num. 5. vers. per regulam, quæ habet. col. 1. Monticell. reg. 4. num. 1. Anton. Gomez. varia. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de probat. delictorum. num. 14. vers. non verò in alijs. Vbi testatur de communi opinione, de qua etiam testatur Ioan. de Amic. cons. 27. num. 1. quem refert, & sequitur Clar. in pract. §. fin. d. q. 21. vers. dictum socij criminis in princ. Mascard. de probat. lib. 3. d. conclus. 1311. num. 1. Ratio est, quia tam de lege naturali, quam de lege diuina vnusquisq; tenetur cælare
75 secretum sui amici. Ludouic. Peguer. decis. crim. 5. num. 1. iuncto num. 4. quem refert, & sequitur Farinac. d. q. 43. num. 3. Et ne à Iudice in interogandis Reis committatur,
76 seù fiat suggestio, dicitur, quod interogandi modus, qualis esse debeat. not. Glos. in l. si prius. ad Sillan. & Cyn. in l. fin. de accus. quæ debet fieri generaliter, non descēdendo ad speciem, & ad nominationem certæ personæ; quia si ad speciem descenderetur, non esset quærere, sed potius suggerere, quod fieri non debet. l. 1. §. quæ quæstione. ff. de quæst. quod intellexit, nisi contra aliquem in specie sit legitima præsumptio. Vt sentit Glos. 3. in d. l. fin. ff. ad exhib. & facit l. 1. C. de quæst. secundum Bart. in d. l. fin. nam tunc specialiter poterit de aliquo interogari, & faciet inditium sua confessio. Vbi autem
77 quis de se confessus interogatur de alijs socijs, & ille confitetur contra aliquem, contra quē nulla esset legitima præsumptio, vel interogatur in casu à iure non permisso, tunc faciet solum inditium ad inquirendum contra nominatum. Et ità intelligo dictum Oldradi, quem Bal. refert, & sequitur in l. si certum in princ. ad Sillan. Vbi etiam per Angel. & creditur quantum ad inquirendum, sed non quantum ad torquendum, & puniendum secundum eos ibi, & ità dicit Dom. de Sancto Gemi. quem ibi sequitur Capra c. Clericos. de sent. excomm. in sexto Denique quando ante, vel post d. nominationem
78 socij criminis succedat exculpatio ipsius Socij, d. exculpationi standum est, & ipsi est omninò credendum. Gram. decis. 56. nu. 11. Hyppol. cons. 61. num. 35. seqq. Glos. notab. l. pen. C. de fideicomm. prout excusatur v. g. Mandans, si mandatarius dixerit commisisse homicidium ob propriam inimicitiam, & non de mandato alterius. Dixit Bal. c. 1. §. iniuria. col. 8. vers. quæro si Titius. de pac. ticram. firman.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Periurus tam in criminalibus, quam in ciuilibus, & tam in exceptis, quam in non exceptis nullum facit inditium.*

2 *Periurus quamuis examinatus nullum parit inditium.*

3 *Periurium tollit omnem fidem in teste.*

4 *Periurus vna vice amplius ad testimonium non admittitur etiam peracta pœnitentia.*

5 *Periurus semel sẽper præsumitur periurus, & nullam fidem facit.*

6 *Periurus licet emendatus in secundò examine, licet ẽt absolutus, quia non est idoneus testis ad testificandum non admittitur.*

7 *Veritas caret in periuro, quia debet esse pura, & simplex.*

8 *Iuramentum qui semel violauit, semper manet in eo suspicio periurij.*

9 *Periurus semel iterum, atq; iterum falsum iuraturus præsumitur.*

10 *Legis auxilium frustra implorat, qui in legem committit.*

11 *Periurus etiam in causa hæresis à testificando repellitur.*

12 *Periurus est infamis.*

13 *Periurus velut falsus est puniendus.*

14 *Periurus qualiter admittatur in causa hæresis.*

15 *Periuri dicto vt fides habeatur, necessariò inditia, & coniecturæ concurrere debent.*

16 *Periurus non est sine tortura admittendus in testem, si inditia, & coniecturæ non concurrant.*

17 *Periurium quando nemini nocet, nec est aptũ ad nocendum non punitur periurus.*

18 *Periurus quando quis dicatur.*

19 *Periurus nec ad inquirendũ est admittẽdus.*

20 *Periurus quando se facit Socium criminis, nec ad inquirendum facit inditium.*

21 *Periuri dictum nec etiam sufficit ad capturã.*

22 *Periurus nec ad formandam Inquisitionem sufficit, quia periurus à testificando repellitur omni iure.*

23 *Periurium non sanatur per tormentum sibillorum, nec per torturam purgatur.*

24 *Tormentum sibillorum non suffragatur in criminalibus.*

25 *In Periurio non cadit testimonium deficiente fundamento quod est iuramentum.*

26 *Iuramentum est fundamentum testimonij.*

27 *Periurus quis esse potest tam si in tortura, quam si extra deponat.*

28 *Iuramenti religio nulla considerari potest vbi adest periurum.*

29 *Fidelis qui non est Deo, non potest esse fidelis hominibus.*

30 *Periurus etiam tortus non admittitur in testem.*

31 *Periurij infamia non purgatur per tormẽta.*

32 *Iudices criminales tenentur in omnibus osseruare ius commune.*

33 *Consuetudo non praualet contra id, quod sancitum est à Principibus.*

34 *Consuetudo, cum sit correctoria non inducitur, nisi appareat fuisse obtentam in contradictorio iudicio.*

35 *Periurium habet locum in teste, non autem in principali Inquisito periuro.*

36 *Principalis inquisitus potest deierare, mendacia proferre, & impune veritatem abnegare.*

37 *Periurium in principali accusato habet Deũ tantum vltorem.*

38 *Sanguinem suum vnicuiq; pmit. redimere quoquo modo.*

39 *Prædicta puto vera, quando venit imponenda pœna sanguinis.*

40 *Testis est suspectus de falso, si querelanti, seu principali contradixerit.*

41 *Principalis, seu querelantis assertioni magis creditur, quam testis contrariũ deponẽtis.*

42 *Principalis, & testis non possunt ad concordiam reduci.*

43 *Testes examinati antequam principales non dicuntur periuri, quia non tenentur detegere turpitudinem suam.*

DISCEPTATIO IX.

De Teste Periuro.

1 AD depositionem testis in eius examine periuri Inquisito nõ potest infligi tortura; quoniam periurus tam in criminalibus quam in ciuilibus; & tam in exceptis, quá in non exceptis non solum omni iure à testificãdo repellitur, Boss. tit. de inquisit. n. 45. Etiãsi cum tortura deposuerit. Dec. cõs. 189. col. 6. vers. nõ obstat, q infamia. Aym. cõs. 6. n. 16. Mascard. de pbat. cõclus. 1168. n. 7. Sed ẽtsi examinatus nullũ prsus parit inditiũ. Glos. in c. p tuas in verb. adulter. ext. de simõ. Gig. de crim. læs. maiest. prob. q. 11. n. 1. cum alijs & c. si quis cõuictus & in c. paruuli. 22. q. 5. c. quicũq; 6. q. 1. c. ex par. & ibi Glos. in verb. de periurio. Vbi Abb. n. 3. & Fœlyn. n. 4. de

E test.

animas perdant; & alios indebite vexent:
72 Nam quando processus fuit fabricatus per suggestionem, vel per suggestiuam interrogationem contra aliquem, totus est nullus. Clar.in pract. §. fin.q. 21.vers.retenta igitur. ad fin. Conrad. in pract. in tit.de negat.crim. & torment.post num.23. vers.quando socicius criminis.fol. mihi 293. col. 2. Mascard.
73 de probat. lib.3. conclus. 1311.num. 29. & 40.Farinac.d.q.43.num.132.Ratio est,quia socius criminis de cōsocijs regulariter interrogari nō potest,& maxime quādo v.g.mādatum factum à mandante ipsi mandatario continet in se aliquid turpe, vel delictum; quoniam tunc, cum acceptando mandatarius illud mandatum à mandante efficitur criminosus, & infamis. Ideò dictus Mandatarius repellitur à testimonio, nec inditium
74 facit ad torturam. Marf.in pract. §. diligenter num.37. seq. Paris. cons. 151. post num. 6. vol.4 Io. Maria Monticell.reg.crim.5.post num.15.Rolan.cons.75.num.16.lib.1. Farinac. q. 44. num. 4. Et intelligitur, quando mandatarius socius criminis veniat,vt accusator.Idem Farinac.ibidem nu.9.seq.d.l. fin. in fin. C.de accusat. ibi cum veteris iuris auctoritas de se cōfessus nec interogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena. l.repeti.ff.de quæst. ibi qui de se confessus est in caput aliorum non torquebitur. c. 1. de confess. ibi cum secundum vtriusq; iuris statuta de se confessi super aliorum conscientijs interogari non debeant. c. memini. 15. q. 5. Ibi nemini de se confesso super aliorum crimen credi oportet. Gandin. tit. de quæst. & torment. num. 16. ad med. vers. nam regulariter. Guid. de Siozar. in tract. de indit. & tortu. num. 51. vers. regulariter de proprio scelere confessus. Angel. de malef. in verb. quod tamen, quod publica prece. post numerum 21. vers. & sit non fuit interogandus, & vers. ibi autem delicta. Marf. l. 1. §. Diuus Antonius per illum Text. ante numerum 1. & 2. ff. de quæst. Gram. decis. 28. num. 9. in fin. vers. cum regulariter. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. num. 19.vers. ad primum respondeo, quod regulariter. Paris. d.cons.151. num.8. lib. 4. Boss.tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 44. vers. Et hæc est regula. Rolan. cons. 73. num.5.vers. per regulam, quæ habet. col. 1. Monticell. reg.4 num.1.Anton. Gomez. varia. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de probat. delictorum. num. 14. vers.non verò in alijs. Vbi testatur de communi opinione, de qua etiam testatur Ioan. de Amic. cons.27. num.1.quem refert, & sequitur Clar. in pract. §. fin. d. q. 21. vers. dictum socij criminis in princ. Mascard. de probat. lib. 3. d. conclus. 1311. num. 1. Ratio est, quia tam de lege naturali, quam de lege diuina vnusquisq; tenetur cælare
75 secretum sui amici. Ludouic. Peguer. decis. crim. 5. num. 1. iuncto num.4. quem refert, & sequitur Farinac. d. q. 43. num.3. Et ne à Iudice in interogandis Reis committatur,
76 seu fiat suggestio, dicitur, quod interogandi modus, qualis esse debeat. not. Glos. in l. si prius. ad Sillan. & Cyn. in l. fin. de accus. quæ debet fieri generaliter, non descēdendo ad speciem, & ad nominationem certæ personæ; quia si ad speciem descenderetur, non esset quærere, sed potius suggerere, quod fieri non debet. l. 1. §. quæ quæstione. ff. de quæst. quod intellexit, nisi contra aliquem in specie sit legitima præsumptio. Vt sentit Glos. 3. in d. l. fin. ff. ad exhib. & facit l. 1. C. de quæst. secundum Bart. in d.l. fin. nam tunc specialiter poterit de aliquo interogari, & faciet inditium sua confessio. Vbi autem
77 quis de se confessus interogatur de alijs socijs, & ille confitetur contra aliquem, contra quē nulla esset legitima præsumptio, vel interogatur in casu à iure non permisso, tunc faciet solum inditium ad inquirendum contra nominatum. Et ità intelligo dictum Oldradi, quem Bal. refert, & sequitur in l. si certum in princ. ad Sillan. Vbi etiam per Angel.& creditur quantum ad inquirendum, sed non quantum ad torquendum, & puniendum secundum eos ibi,& ità dicit Dom. de Sancto Gemi. quem ibi sequitur Capra c. Clericos. de sent. excomm. in sexto Denique quando ante, vel post d. nominationem
78 socij criminis succedat exculpatio ipsius Socij, d. exculpationi standum est, & ipsi est omninò credendum. Gram.decis.56. nu.11. Hyppol. cons.61. num. 35. seqq. Glos. notab. l.pen. C.de fideicomm. prout excusatur v.g. Mandans, si mandatarius dixerit commisisse homicidium ob propriam inimicitiam, & non de mandato alterius. Dixit Bal. c. 1. §. iniuria. col. 8. vers. quæro si Titius. de pac. teneram. firman.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Periurus tam in criminalibus, quam in ciuilibus, & tam in exceptis, quam in non exceptis nullum facit inditium.*
2 *Periurus quamuis examinatus nullum parit inditium.*
3 *Periurium tollit omnem fidem in teste.*
4 *Periurus vna vice amplius ad testimonium non admittitur etiam peracta pœnitentia.*
5 *Periurus semel sẽper præsumitur periurus, & nullam fidem facit.*
6 *Periurus licet emendatus in secundò examine, licet ẽt absolutus, quia non est idoneus testis ad testificandum non admittitur.*
7 *Veritas caret in periuro, quia debet esse pura, & simplex.*
8 *Iuramentum qui semel violauit, semper manet in eo suspicio periurij.*
9 *Periurus semel iterum, atq; iterum falsum iuraturus præsumitur.*
10 *Legis auxilium frustra implorat, qui in legem committit.*
11 *Periurus etiam in causa hæresis à testificando repellitur.*
12 *Periurus est infamis.*
13 *Periurus velut falsus est puniendus.*
14 *Periurus qualiter admittatur in causa hæresis.*
15 *Periuri dicto vt fides habeatur, necessariò inditia, & coniectura concurrere debent.*
16 *Periurus non est sine tortura admittendus in testem, si inditia, & coniectura non concurrant.*
17 *Periurium quando nemini nocet, nec est aptũ ad nocendum, non punitur periurus.*
18 *Periurus quando quis dicatur.*
19 *Periurus nec ad inquirendũ est admittẽdus.*
20 *Periurus quando se facit Socium criminis, nec ad inquirendum facit inditium.*
21 *Periuri dictum nec etiam sufficit ad capturã.*
22 *Periurus nec ad formandam Inquisitionem sufficit, quia periurus à testificando repellitur omni iure.*
23 *Periurium non sanatur per tormentum sibillorum, nec per torturam purgatur.*
24 *Tormentum sibillorum non suffragatur in criminalibus.*
25 *In Periurio non cadit testimonium deficiente fundamento quod est iuramentum.*
26 *Iuramentum est fundamentum testimonij.*
27 *Periurus quis esse potest tam si in tortura, quam si extra deponat.*
28 *Iuramenti religio nulla considerari potest vbi adest periurum.*
29 *Fidelis qui non est Deo, non potest esse fidelis hominibus.*
30 *Periurus etiam tortus non admittitur in testem.*
31 *Periurij infamia non purgatur per tormẽta.*
32 *Iudices criminales tenentur in omnibus occurentijs seruare ius commune.*
33 *Consuetudo non praualet contra id, quod sancitum est à Principibus.*
34 *Consuetudo, cum sit correctoria non inducitur, nisi appareat fuisse obtentam in contradictorio iudicio.*
35 *Periurium habet locum in teste, non autem in principali Inquisito periuro.*
36 *Principalis inquisitus potest deierare, mendacia proferre, & impune veritatem abnegare.*
37 *Periurium in principali accusato habet Deũ tantum vltorem.*
38 *Sanguinem suum vnicuiq; pmit. redimere quoquo modo.*
39 *Prædicta puto vera, quando venit imponenda pœna sanguinis.*
40 *Testis est suspectus de falso, si queralanti, seu principali contradixerit.*
41 *Principalis, seu querelantis assertioni magis creditur, quam testis contrariũ deponẽtis.*
42 *Principalis, & testis non possunt ad concordiam reduci.*
43 *Testes examinati antequam principales non dicuntur periuri, quia non tenentur detegere turpitudinem suam.*

DISCEPTATIO IX.

De Teste Periuro.

1 AD depositionem testis in eius examine periuri Inquisito nõ potest infligi tortura; quoniam periurus tam in criminalibus quam in ciuilibus; & tam in exceptis, quã in non exceptis non solum omni iure à testificãdo repellitur, Boss. tit. de inquisit. n. 45. Etiãsi cum tortura deposuerit. Dec. cõs. 189. col. 6. vers. nõ obstat, q infamia. Aym. cõs. 6. n. 16. Mascard. de pbat. cõclus. 1168. n. 7. Sed ẽtsi examinatus nullũ prsus parit inditiũ. Glos. in c. p tuas in verb. adulter. ext. de simõ. Gig. de crim. læs. maiest. prob. q. 11. n. 1. cum alijs & c. si quis cõuictus & in c. paruuli. 22. q. 5. c. quicũq; 6. q. 1. c. ex pas. & ibi Glos. in verb. de periurio. Vbi Abb. n. 3. & Fœlyn. n. 4. de

 test.

tit.de inquisit.nu.46. Tamen ex mea senten-
tia nec etiam ad inquirendum est admitten-
19 dus; prout in c.sicut in nobis.de test. Alciat.
tract. de præsumpt. reg. 11. præs.10.& cons.
20 19.lib.7.num. 8. Et maximè quando vltra
periurium, & variationem socium criminis
se facit.l.fin.de accus. Guigliel in Spec.tit.de
test.vers. Item item quod est socius.Bero.q.
21 58.in princ. Immò nec etiam ad capturam.
Alciat.de presumpt.reg.3.pres.10. Cæphal.
cons.233.n.5. & 8. vol.2. Rolan. cons. 95.
num.21.lib.4. Mascard. de probat. conclus.
22 1169.num.6.Farinac.q.56.num. 189. Im-
mò nec etiam ad formandam Inquisitionem
Rolan.cons.16.num.9. Cæphal.d. cons.nu.
4.Farinac.d.q.nu.5.& 188. Gram. vot. 34.
num.10.seq.Dec.cons.189.nu.8.Natt.cons.
298.num.7.in fin.Bertaz. cons.34.num. 27.
vol.2. Vbi quod nec ad inquirendum; quia
periurus omni iure à testificando repellitur
(vt supra dictum est) Boss.tit.de opposit.nu.
23 45. Immo etiam quod magis est eius dictũ,
siue periurium non solum non potest sanari,
seù purgari per tormentum sibillorum; quia
d.tormentum non suffragatur in criminali-
24 bus. Itá Dec.cons.189.n.8. Gram. d. vot.
34.num.10.Bertaz.cons.341.num.27. Vbi
quod non facit inditium ad inquirendum;
quoniam d.tormentum non purgat periuri-
um.Aym.d. cons. sed ad inducendum tantũ
in viam Inquisitionis formandæ. Boss.tit. de
inquisit.num.42.nec dissentit Bal.cons.471.
lib.2.& cons.138.lib.3.verum nec etiam sa-
nari potest per torturam, quæ est maius tor-
mentum.Gram.d. vot.34. post.num. 10.seq.
Dec.d.cons.Natt.cons.298.num.7.seq. Ber-
taz.d.cons. Crauett.cõs.6.n.6.Fab.Turrett.
cõs.9.n.24. Vbi alios cumulat.& cons.201.
25 num.65.vol.2. Et hac ratione quidem quia
in periuro non cadit testimonium aliquod
deficente fundamento, quod est iuramen-
26 tum. Itá in indiuiduo scribit Crauett. d.
27 cons.6.num.46. Alia quoq; adest ratio, quia
stante periurio eadem videtur ratio, siue de-
ponat in tortura, siue extra ipsam: nam vbi
est periurium, iuramenti religio nulla in eo
28 considerari potest.l. ob carmen. §. penult.ff.
de test.§.si verò in Auth.eo.tit.Aym.in cons.
6.num.16.47.seq.Rolan. cons. 16.num.11.
& cons.95.num.5.seq.lib.4. Vbi de commu-
ni.Mascard.de probat.conclus.1168.nu. 12.
& 15.Dec.d.cons.189.nu.13.Cæphal.cons.
234.num.18.seq.Ruyn.cons.146.num.2.&
4.lib.5.Farinac.q.56.num.194. Idem cons.
20.num. 3. l. qui falsa, vel varia. ff. de test.
Bart.quem allegat. Aym.d.cons.6.num. 15
29 Ratio est, quia qui est infidelis Deo, homi-
nibus fidelis esse nõ potest.Bal.in c.cum Ioan
nes.de fid.instrum.Franc. Curt.cons.55.col.
30 3.quod procedit, etiamsi fuerit tortus Vt
per Ruyn d.cons.num.4.Crauett.d.cons.16.
num.16.& 46.seq.Gram.vot.6.num. 16 Al-
ciat.in tract.præsumpt.10. Dec. d.cons.189.
lactatus sum.col.6. vers. ad dictum Corradi
31 dicentis, quod infamia periurij in crimi-
nalibus non purgatur per torturam. Soc.cõs.
39.perspectus.num.54.vol.2. Vbi ampliat, si
pœnitentiam egerit.Imol.in d.c.testimonium
num.11.seq.et ibi Barbat.de test. Et licet per
aliquos DD. dicatur, de Consuetudine in
Vrbe seruari contrarium: respondetur (vt
aliàs dictum est) quod Iudices criminales
32 tenentur,& debent in omnibus occurrentijs
seruare ius commune. Vt in Bulla fe: re:
Pauli III. legitur ad fauorem carceratorum
edita, & confirmata à fe. me. Pauli Quinti
in Reformatione Tribunalium. Ideò quid
est sancitum à Principibus, nulla præualet
consuetudo aduersus eorum Constitutiones
33 Vt per Soc.de iust.& iur.q.7.art. 2.col. 2. in
fin.Not.in l.si mihi, & tibi de legat. secundo
Ruyn.cons.13.num.12.lib.2.& cons. 30.n.
34 1.lib.5. Et asserta consuetudo, cum sit cor-
rectoria, non inducitur, nisi appareat, illam
in contradictorio iudicio fuisse obtentam.
Vt not.omnes in l.de quibus.ff de legib. Vl-
tra quod non quod fit Romæ sed quod fieri
deber seruandum est. Text.in l. sed licet. ff.
35 de offic.Præsid.Bertaz.cons.225 post num.
19.lib.1.& cons.556.num.10.in fin. quæ su-
pradicta omnia solummodo locũ habent in te-
ste periuro non autem in Principali inquisi-
to periuro; qui nimirum accusatus de cri-
mine, respondens Inquisitioni cum iuramẽ-
to contra veritatem; vt eius v.g. turpitudi-
nem tegat, vel vt saluet vitam suam, non
punitur de periurio; nanq; potest hoc
36 facere; cum possit d. principalis quando-
cumq; deiergare, & veritatem abnegare im-
punè: puta si quis respondendo Inquisitioni
verũ ab initio cũ iuramẽto abnegauerit, licet
postea fateatur, vel testibus cõuincatur, nõ
habetur pro piuro, nec de hoc punitur. Alex.
l.1.in Add.ad Bart.ff.de his, qui ante sét.mort.
sci.cõsci. Neuiz. in sua sylua nupt. lib.3. nu.
43.Boss.tit.de periuris.n.3.Vulpell.cõl.102.
n.12. quoniã periurium in principali accusato
37 habet Deum tãtummodo vltorẽ,& alia pœna

DISCEPTATIO X.

De Testibus de Vniuersitate.

PRælato, seù Rectori alicuius parochialis Ecclesiæ non potest infligi tortura ad depositiones testium de aliqua Vniuersitate ad ipsius fauorem examinatorum. Et quamuis dicatur, quod dd. testes admittuntur ad testificandum contra d. Prælatum eius nomine accusatum in ijs, quæ respiciunt d. Vniuersitatis commodum, & vtilitatem: prout Farinac. q. 60. nu. 517. Fœlyn. in c. insuper num. 6. vers. secus si effectus vtilitatis; & ibi etiam Abb. num. 2. col. 2. vers. si verò non singulariter. Henric. Boic. num. 13. Dec. num. 19. ext. de test. Bal. in l. in tantum. §. Vniuersitatis. num. 1. col. 2. vers. quæ sunt, quæ possunt. Bal. ibidem. in prima lectura in prin. ff. de rerum diuis. Salyc. in l. parentes num. 7. vers. aut his, quæ aguntur: Tamen secundũ aliquos DD. admittuntur, & probant, quãdo d. Vniuersitas est magna, & dd. testes non sunt inimici, & maleuoli d. Prælato, nec vllum ex eorum depositionibus reportant cõmodum, seù vtilitatem. Ità Bart. in d. l. in tantum. §. Vniuersitatis. ff. de rerum diuis. nu. 1. col. 2. vers. aut non spectat principaliter
1 Alex. cons. 68. num. 14. lib. 2. Cæterum ex mea sententia ad fauorem d. Vniuersitatis siue magnæ, siue paruæ dd. testes ad testificandum contra d. Prælatum non admittuntur in pluribus casibus: Nempè quando tractatur de ijs, quæ singulorum commodum seù vtilitatem respiciunt. d. Bart. in d. l. in tantum. & ibidem Bal. in secunda lectu. Abb. n. 7. vers. aut Vniuersitatis. Angel. in l. omnibus n. 2. vers. aut respicit singulos. C. eo. Fœlyn. in c. cum à nobis. nu 5. in 4. Fallent. in princ. Abb. num. 2. col. 2. ad med. vers. si verò quæritur. Farinac. d. q. 60. num. 495. seq. Fulgos. ff. de in ius voc. l. in ius vocare. §. qui manumittitur. num. 1. Fœlyn. c. insuper. de test. nu.
2 4. Capic. decis. 152. num. 4. Item quando præsumitur magna affectio in causa propter annexam commoditatem: Vt puta quando agitur de acquirenda iurisditione, de paucis, & similibus. scripsit Bal. videri c. cum nuncius. ante numero primò quem refert & sequitur Fœlyn. d. c. insuper. sub. num. 5. Cœpoll. tract. de seruit. iur. pascen. num. 18. Di-
3 dac. Couar. lib. pract. quæst. c. 18. nu. 4. Item quando vel omnes de Vniuersitate agunt, vel omnes procuratorem, aut Scindicum constituerunt; quia tunc is, qui in mandato procuræ comprehensus est pro sua Vniuersitate, testimoniũ ferre non potest. Plot. de in litiuran. §. 4. num. 26. vers. maximè; quē sequitur Aldobrandin. in Addit. ad Dec. in c. tertiò loco. num. 4. littera D. vers Adde tu. Bertaz. cons. 178. nu. 6. lib. 1. Rolan. cons.
4 72. num. 17. lib. 2. Item quando d. Vniuersitas contra ipsium litem habuit, & maximè quando testes deposuerunt pro d. Vniuersitate. Vt per Glos. in c. super prudentia in verb. Stefani. 14. q. 2. Abb. in d. c. insuper. n. 4. de test. cum agatur de eorum interesse etiã particulari. Crott. tract. de test. num. 131. D. Campeg. reg. 99. in 2. fallent. Vbi quod ità
5 omnes DD. concludunt. Item quando dd. testes plures patiuntur exceptiones, seù defectus, puta quia sunt inimici, accusatores, varij, inter se discordes, pauperes, viles, luxores, abiecti, vel aliàs criminosi. c. cum nun-
6 cius. Vbi et not. Ioan. Andr. nu. 2. Butr. n. 2. de test. Item quando d. Vniuersitas est parua, & agitur da ipsius interesse. Fœlyn. in d. c. insuper. nu. 4. vers. tertiò notab. & ibi Dec. num. 9. de test. Bellon. cons. 63. Vbi de communi. Et ista opinio est etiam æquissima in causa ciuili. Capic. d. decis. 152. num. 4. seq.
7 Ratio est, quia dd. testes deponentes pro d. Vniuersitate dicuntur deponere in causa propria, cum agatur de eorum interesse quod
8 maximè procedit, quando v. g. d. Vniuersitas est paruum Castrum, nempè quod numerus hominum ipsius ascendit v. g. ad centum capita familiarum tantum: Ratio est, quia illi de ipsius corpore cadunt in nomen
9 domesticorum, & cohabitantium. Abb. d. c. insuper. n. 4. vers. sed restringenda est eorum opinio, & ibi Fœlyn. num. 4. in fin. de test. Butr. d. c. cum nuncius. nu. 4. eo. tit. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 295. num. 14. & lib. 3. conclus. 14. nu. 9. Farinac. d. q. 60. nu. 518. qui omnes à testimonio repelluntur. c. in litteris de test. l. etiam C. eo. tit. Alber. de Malet. tract. de test. c. 2. nu. 54. Nouell. tract. de test.
10 num. 5. Fœlyn. d. c. in litteris num. 1. Et ista inhabilitas paruæ Vniuersitatis est adeo efficax, quod nec per torturam suppletur. Mars. per illum Text. in l. 1. §. præterea in princ. ff. de quæst. cum alijs adductis per Bertaz. cons. 251. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Testis varius non facit inditium ad torturam.*
2 *Testis varius nullam fidem facit, nec vllo eius dicto est standum.*
3 *Testis varius, & vnicus nullo modo est attendendus.*
4 *Varietas testis operatur, vt Iudex non possit venire contra Reum ad aliquem actum praeiudicialem.*
5 *Varietas cum periurio coniuncta nullum ad torturam facit inditium.*
6 *Testis varius dicitur, non qui contraria deponit, sed qui diuerso modo dicit.*
7 *Testis varius dicitur, qui vna vice dicit vnum, & alia vice dicit aliud.*
8 *Testes varij dicuntur, quando vnus dicit delinquentem esse de barba nigra, alius castanei coloris.*
9 *Testis dicitur varius, quando in primo eius examine dicit aliquid audiuisse in platea; & in secundo dicit non recordari, si d. tempore ibi permanebat delinquens.*
10 *Mendaces oportet esse memores.*
11 *Testis dicitur varius, quando discordat circa tempus, & locum.*
12 *Testes dicuntur varij quando vnus dicit aliquem, dormisse duabus vicibus cum aliqua muliere, & alius quinq; vicibus.*
13 *Testes dicuntur varij quando vnus dicit delictum fuisse commissum die Iouis, & alius die sabbati.*
14 *Testes dicuntur varij, quando vnus dicit delictum fuisse commissum iam tribus annis, & alius iam quinq.; quia sunt mendaces, & singulares.*
15 *Testis dicitur varius, quando in primo eius examine dicit delictum fuisse commissum iam octo, vel decem mensibus. & in secundo examine iam quinq;, vel sex.*
16 *Testis dicitur varius, quando in primo eius examine dicit extraxisse frumentum extra statum Ecclesiae de mense Augusti, & in Repetitione de mense Septembris.*
17 *Testis dicitur varius quando vna die dicit vnum, & altera die aliud.*
18 *Testis dicitur varius etiam in causa haeresis, quando est diuersus in formalitate verborum.*
19 *Testis vario modo loquens aufert verum sensum suae depositionis.*
20 *Testis dicitur varius, quando dicit delictum fuisse commissum prope ostium alicuius, cum fuerit cōmissum propè ostium alterius.*
21 *Testes dicuntur varij, quando vnus dicit, quod vnus permansit in Taberna per quartam partem horae, & alius dixit per horam.*
22 *Testes dicuntur varij, quando vnus dicit, quod delictum fuit commissum de sero, & alter de mane.*
23 *Testes quando ad inuicem se confundunt, neutri creditur.*
24 *Testis dicitur varius, quando in primo eius examine dicit per paucos dies, & in secundo per paucos menses.*
25 *Testis dicitur varius quando in primo eius examine dicit aliquem tenuisse archibusettum in capite lecti; & in secundo in pede lecti.*
26 *Testis quando est varius sine alio inditio potest torqueri.*
27 *Testes quando sunt inter se varij, atq; diuersi etiamsi essent mille, non probant.*
28 *Varietas, & singularitas testiū dicta diuidit, & lacerat.*
29 *Testium variorum dicta sunt inter se discrepantia.*
30 *Varietas qualibet in testibus etiam modica operatur, vt confessio non dicatur probata.*
31 *Testes varij in aliquibus non probant etiam in his, in quibus sunt concordes.*
32 *Confessio quando est emanata parte absente, testes non coniunguntur.*
33 *Testis non dicitur varius, quando deponit plusquam alij testes.*
34 *Testis quando verè est varius, de falso punitur.*
35 *Testis quando variat in vno iudicio ab eo, quod dixerat in alio, secundum dictum non attenditur, sed primum.*
36 *Dictum illud testis attendi debet, cui adhaeret lux veritatis.*
37 *Testis varius punitur de falso, quando variat inter diuersas personas in diuersis causis & instantijs.*
38 *Dictum secundum testis tunc attenditur, quando in primo dicto deponit per verbum Credo, & in secundo assertiuè; vel in primo obscurè, & in secundo clarè.*
39 *Dictum vltimum attēditur ordinariè, quando est verisimilius & maximè quando est emanatum in tormentis.*
40 *Dictum vltimum in tormentis emanatum praeualet*
41 *Testis quando est varius in circumstantijs, seù accessorijs, quamuis diminuatur de fide, tamen nihil refert.*

Va-

42 *Varietas quando non est super negocio principali, de quo agitur, nihil refert.*

43 *Testes debent esse contestes super negocio principali, & super loco, & tempore.*

44 *Testes varij atq; discordes super negocio principali, a testificando repelluntur.*

45 *Testes varij non dicuntur, quando per obliuionem vel ignorantiam, vel alium errorem variant nec puniuntur.*

46 *Testes varij non dicuntur, quando in continenti se corrigunt, allegando iustam causam erroris.*

47 *Testes possunt spontè sua reuerti, vt addant, vel se corrigant incontinenti, sed non ex interuallo.*

48 *Testes varij debent probare causam erroris, aliàs puniuntur de falso.*

49 *Testibus an licitum sit variare, antequam discedant à Iudice.*

50 *Testis varius, & vnicus & non integer nullum facit inditium, quando non fuit tortus.*

51 *Testis varius, atq; contrarius in suis depositionibus dicitur etiam periurus, & ipsi non creditur, quãuis cũ tortura deposuerit.*

52 *Periurium non purgatur, per torturam.*

53 *Testis sibi ipsi varius, atq; contrarius nullam fidem facit.*

54 *Testis varietas, atq; contrarietas nullo modo sanari potest.*

55 *Testis sibi ipsi varius, atq; contrarius in loco, & tempore non probat.*

56 *Testes non probant, quando sunt sibi ipsis varij, atq; contrarij de solo loco, vbi fuit commissum delictum.*

57 *Testis quando est sibi ipsi varius atq; contrarius in vno examine ab eo, quod dixerat in alio, non probat.*

58 *Testis sibi varius, atq; contrarius in aliqua parte, in totum reputatur varius, atq; contrarius, & nihil probat.*

59 *Tortura quando quis variat à primo dicto, eius variatio non dicitur sanata per torturam.*

DISCEPTATIO XI.

De Teste Vario.

1 OB testis varij depositionem Inquisito non potest infligi tortura. l. qui falsa vel varia ff. de test. Gram. vot. 31. num. 18. seq. post alios, quos allegat, & post Fœlyn. tradit. Monticell. in Repert. de test. in verb. impugnatur testis, quia varius. vers. testes

2 vario modo loquentes; quia testis varius nõ solum nullam fidem facit. c. cum tu. cum ibi not. de test. Crott. tract. de test. n. 331. sed nec ẽt vllo eius dicto est standum. Capic. de-

3 cis. 142. num. 7. Ita Boss. tit. de tortu. test. nu. 37. Et melius tit. de opposit. contra test. nu. 18. vers. quid modo. Et maximè quando est varius & vnicus. Dec. cons. 175. col. 2. & cons. 189. n. 8. Boss. d. tit. de tortu. test. nu. 17. Et deponit quoq; de diuersa specie delicti: nanq; vti varius à testificando repellitur. d. l. qui falsa, vel varia. Ratio est, quia testis vario modo loquens aufert verum sensum suæ depositionis. Vt per Fœlin. quẽ allegat.

4 tradit Monticell. vt supra. Nec mirum videri debet, quia testis varietas operatur, vt per Iudicem non possit deueniri ad aliquam

5 sententiam, seù decretum præiudiciale. Tradit Hyppol. §. diligenter. num. 75. refert, & sequitur Alex. Siyan. cons. 117. num. 45. inter cons. crim. diuers. lib. 2. præsertim ad torturam, maximè quando cum varietate ad

6 est periurium etiam in exceptis. Bursatt. cons. 275. num. 5. Dec. d. cons. 189. Et testis varius dicitur, non qui contraria deponit, sed qui diuerso modo dicit. Farinac. q. 66. nu. 8.

7 Vel quando vna vice dicit vnum, & alia vice aliud. Item dicitur varius, quando v. g.

8 vnus dicit delinquentem esse de barba nigra, alius de barba castanei coloris. Vel aliquis

9 in primò eius examine dicit aliquid audiuisse in platea, & in secundò dicit non recordari, si dicto tempore ibi permanebat delin-

10 quens: quoniam mendaces debent esse memores; & eo magis si suspicio subsit de testimonio falso. Fœlyn. in c. cũ in tua de test.

11 Boer. decis. 108. Vulpell. cons. 71. nu. 4. Aut discordat circa tempus, & locum. Bart. in l. eos, qui. nu. 5. ff. de fals. Paris. de Put. in tract. de sindic. in verb. tortura. c. 5. num. 10. Bur-

12 satt. cons. 20. num. 21. Vbi testatur de communi opinione. Rolan. cons. 3. nu. 4. seù vnus dicit aliquẽ dormisse duabus vicibus cũ aliqua muliere, alius dicit quinq; vicibus: siue

13 vnus dicit delictũ fuisse commissum die lunę

14 alius diè sabbati. Vel vnus dicit fuisse commissum iam tribus annis, & alius iam quinq;

15 annis, qui sunt mendaces, & singulares. Aut vnus in primò eius examine dicit delictum fuisse commissum iam octo, vel decem mensibus; & in secundo iam quinq; vel sex.

16 Seù vnus dicit in primò examine extraxisse frumentum extra statum Ecclesiæ de mense Augusti; & in Repetitione dicit de

mense

quando testes sunt varij, atq; discordes super negocio principali: Vt quia v.g. vnus dicit vidisse Inquisitum percussisse in spatula, & alius in brachio, à testificando repelluntur. d.
45 l. qui falsa, vel varia. ff. de test. Verum testes non dicuntur varij; tum quãdo per obliuionem, vel ignorantiam, aut per alium errorẽ variant; nec vnquam puniuntur. §. si verò quidem. Auth. de test. Tum etiam si in con-
46 tinenti se corrigunt, allegando iustam causã erroris; & ita Iudici videatur. Bos. d. tit. de
47 tortu. test. num. 23. Et testes possunt spontè sua reuerti, vt addat, vel se corrigat inconti-
48 nenti, sed non ex interuallo: Tamen probare debent causam erroris, aliàs vti varij puniuntur de falso. Bos. tit. de publicat. process. num. 28. quoniam testibus licitum est
49 variare, antequam recedant à Iudice. Bos.
50 eo. tit. num. 29. Tandem dicitur, quod testis varius, & vnicus, & non integer nullum facit inditium, quando non fuit tortus. Not. l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test.
51 Bos. tit. de partu suppos. n. 19. Immo ét dicitur, quod testis varius, atq; contrarius in suis depositionibus dicitur etiam periurus secundũ cõmunem opinionẽ. Bursatt. cons. 275. num. 5. Farinac. q. 43. num. 18. & 185. seq. Et ideo ipsi non creditur. Ruyn. cons. 146. lib. 5. Dec. cons. 189. Aym. cons. 6. Rolan. cons. 16. in princ. Cephal. cons. 223. in 2. Vulpell. cons. 27. num. 1. quamuis etiam cũ tortura deposuerit, quo-
52 niam tortura non purgat periurium. Dec. d. cons. 189. col. 6. vers. nec obstat, quod infamia quem secuti fuerunt Crauett. cons. 6. num. 16. Bursatt. cons. 201. num. 6. vol. 2. Fab. Turrett. cons. 9. vbi alios cumulat.
53 Quod præcipue habet locum, quando testis est sibi ipsi varius, atq; contrarius in suis depositionibus; quia tunc vti diuisus,
54 & laceratus secundum Bal. cons. 25. col. 1. lib. 3. non probat; nec non etiam, quia eius varietas, atq; contrarietas nullo modo sanari potest. Ità Bart. in d. l. eos. C. de fals. Butr. in c. cum tu. de test. Alex. in l. inter stipulantem. col. 4. de verb. obligat. Crott. tract. de test. num. 327. ideò non probat d. l. qui falsa, vel varia. ff. de test. Farinac. q. 66.
55 num. 13. Nec etiam probat, quando est sibi ipsi varius, atq; contrarius in loco, & tempore. Farinac. d. q. num. 20. Immo quoq;
56 testes non probant, quando sibi ipsis sunt varij, atq; contrarij de solo loco, Vbi prætenditur patratum delictum; quia sunt similes testibus Susannæ. Glos. & DD. in d. l. testium. C. de test. Soc. Iun. cons. 86. num. 23. & cons. 88. num. 26. vol 2. Alex. cons. 116. col. 1. vol. 1. Et si testium contrarietas à Iudice est ponderanda in circumstantijs, & tollit fidem illorum. Ruy. cons. 149. num. 27. seq. & cons. 150. num. 9. vol. 5. quanto
57 magis quando contrarietas est super cardine negocij? Deniq; testis non probat, quando est sibi ipsi varius, atq; contrarius in vno examine ab eo, quod dixerat in alio. Cœpoll. cons. 61. Dec. c. per tuas. in fin. de probat. Boer. decis. 108. Vulpell. cons. 95. num. 8. Butr. c. nihil obstat. de verb significat. Ratio est, quia testis sibi varius, atq; contrarius in
58 aliqua parte in totum reputatur varius, atq; contrarius, & nihil probat. Farinac. d. q. 66.
59 num. 19. Nec valet, si per fiscum dicatur, quod d. variatio fuit sanata per torturam seù tormẽtum sibillorum ei inflictum; nam quando quis ob tormenta variat à primo dicto nullum parit inditium ob defectum periurij. Gram. vot. 34. n. 10. seq. Dec. d. cons. 189. n. 8. per totum. Bertaz. cons. 341. num. 27. vol. 2. Vbi ait, quod isto casu nec ad inquirendum parit inditium.

SVMMARIVM.

1 *Variatio, siue vacillatio Rei in eius depositione nullũ sibi ad torturã facit inditium.*
2 *Inditiũ vnũ nõ causat, vt quis torqueri possit.*
3 *Variatio, seù vacillatio vnũ est tãtũ inditiũ.*
4 *Inditia remota non sufficiunt ad torturam.*
5 *Variatio, mendacium pallor, titubatio, trepidatio, & id genus aliud, quæ corã Iudice fiunt, nullum ad torturã pariũt inditium, sed quandam faciunt suspicionem.*
6 *Variatio, vacillatio, mendacium &c. vt sufficiant ad torturam debent esse circa substantialia delicti de quo quæritur.*
7 *Variatio, & obliuio Rei de aliquibus circumstantijs, vt V.g. de tempore, nihil refert.*
8 *Variatio, vacillatio, mendacium &c de per se non sufficiunt ad torturam, sed requiritur, vt Reus sit suspectus V g de heresi, vel infamatus, quod commiserit crimen, de quo vacillat.*
9 *Variatio, vacillatio &c. licet forsã aliquando testi; tamen Reo nullum ad torturam pariunt inditium. Vide infra num. 13.*
10 *Reus citra metũ periurij, & mendacij videtur posse variare, & mendacia proferre.*
11 *Sanguinem suum vnicuiq; licet redimere*

quoquo

quoquo modo, ideſt per fas. & nefas.

12 *Reus varians, ſeù vacillans in depoſitionibus nullum ad torturam ſibi facit inditiũ Vide etiam num 9. & x.*

13 *Iudicis præſentia inducit metum.*

14 *Iudicis vultus iratus dicitur terribilis.*

15 *Iudicij locus dicitur terribilis.*

16 *Variatio, mendacium, pallor, &c. ſunt inditia remota.*

17 *Variatio, mendacium, verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, Iudicis authoritas, ira, dolor, recordatio futuræ infamiæ, & cæteræ animi perturbationes rationem impediunt, vt ẽt ſapiẽtiſſimi viri perturbentur, & aliena loquantur.*

18 *Varietas in ruſtico, ſeù ſimplici homine, & ignaro non præſumitur doloſa.*

DISCEPTATIO XII.

De Varietate, ſeu variatione Rei.

1 REO varianti, ſeù vacillanti in ſua depoſitione etiam in cauſa hæreſis tortura non poteſt infligi; cum variatio, ſeù vacil
2 latio nullum ſibi faciat inditium: nec ab re videri debet; quoniam propter vnum tantũ inditium, & maximè à crimine remotum ne-
3 mo eſt torquendus; & d. variatio vnum eſt inditium, & ſatis videtur à crimine remotũ:
4 Vnde omninò dicendum eſt, variationem, & vacillationem non facere inditium ad torturam. Et hanc ſententiam vocat communẽ Carrer. in pract. crim. num. 119. verſ. ſecun-
5 dum inditium eſt, Vbi aſſeruit ſolã variationem, aut mendacium, vel pallorem, titubationem, trepidationem, & id genus aliud, quæ coram Iudice fiunt, non facere inditium ad torturam; ſed quandam ſuſpicionem; cũ ſint inditia remota. Idẽ tenet Marſ. in pract. crim. §. diligenter. idem conſ. 51. Gram. deciſ 34. incip. in præſenti. Ioan. de Amic. cõſ. 134. & alij, quos ibi Carrer. Nanque vltra variationem alia concurrere debere videtur:
6 nempè quod d. variatio, vacillatio, mendacium, &c. committantur circa ſubſtantialia delicti, de quo queritur. Ita tradit valdè ſingulariter, & meo iudicio verè Pariſ. de Put. in tract. de ſcindic. in verb. Tortura. el primo verſic. viſo de inditijs, quẽ ſequitur Carrer. in pract. crim. num. 119. verſic. Vbi addit Solam varietatem non facere inditium, niſi alia concurrant; hos refert Clar. in pract.
7 crim. §. fin. §. 21. verſ. mendaciũ: Nam quãdo Reus variat, ſeù nõ recordatur de aliquibus circumſtantijs, vt v.g. de tempore, nihil intereſt. Ita ad litteram dixit Bal. l. 2. in finali-
8 bus verbis. C. de donat. ante nupt. Rurſus præter variationem, & mendacium neceſſe eſt, quod alia ſigna delicti commiſſi à vacillante interueniant. Vt puta quia v.g. Reus aliàs ſuſpectus eſt de hæreſi, vel infamatus, quod id crimen commiſerit, de quo interogatus vacillat. Ita Clar. præcitato loco. Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 65. num. 33. Et hanc ſententiam ita explicatã appellat Plot. in Repetit. l. ſi quando. num. 886. Et ideò ſola variatio, pallor, titubatio, mendacium,
9 &c. niſi & quæ tradidimus cõcurrant, nullo modo ad torturam ſufficiunt. Tamen licet variatio, mendacium, &c. forſan in teſte contra ipſum faciat inditium ad torturam; ſecus verò dicitur in Reo, qui citra metum periurij, vel mendacij videtur poſſe variare,
10 & mendacia proferre. Carrer. poſt alios, quos allegat, dicit, hoc communiter teneri. in l. obſeruare. in princ. num. 119. verſ. ſecundum inditium eſt mendacium, & variatio. fol. 25. Marſ. conſ. 51. num. 70. Gram. vot. 30. num. 16. & conſ. 21. num. 29. Pariſ. in d. l. obſeruare reddit rationem; quia Reus poteſt variare, & mendacia proferre propter ſui ſalutem. Idem ſcripſerunt Andr. de Iſerma in Conſtit. Regni, ſi damna. in tit. de homic. col. 10. verſ. Item nota. & ibi Afflic-
11 cit. in 14. notab. verſ. ſed quæro. Et id optima ratione cenſetur permiſſum; quoniam (vt aliàs dictum eſt) vnicuiq; licet ſanguinem ſuum redimere quoquo modo, ideſt per fas, & nefas. l. 1. & ibi Bart. ff. de bon. eorum, qui ante ſent. 51. mort. conſci. refert, & ſequitur Curt. Iun. in Reper. l. admonendi. num. 260. ff. de iureiur. Ioan. Ingens l. 3. § ſubuenitur. num. 115. & ſeq. ff. ad Sillan. ſoc.
12 Iun. conſ. 38. ſeqq. Et Reus varians, ſeu vacillans in depoſitionibus nullum ſibi ad torturam facit inditium; & hanc ſententiam vocat communem Carrer. in pract. crim. nu. 119. verſ. ſecundum inditium, Vbi aſſerit ſolam variationẽ, mendacium, pallorẽ, titubationem, trepidationem, & illud genus huiuſmodi, quæ coram Iudice fiunt (vt dictum
13 eſt) non facere inditium ad torturam: Ratio eſt, quia Iudicis præſentia inducit metũ.
14 Aym. conſ. 49. n. 1. Cæphal. conſ. 32. n. 51. lib. 1. Et Iudicis vultus iratus, & Iudicij lo-
15 cus dicitur terribilis; adeò vt neſciat quandoq; Reus, quid reſpondeat. Marſ. in pract. §. diligenter. num. 98. Vulpell. conſ. 27. n. 6. vol.

16 vol. 1. Clar. q. 21. vers. Cæterum, sed quandam suspicionem (vt pariter dictum est) cũ talia sint inditia remota. Idẽ tenet Mars. cõs.
17 51. Gram. decis. 34. incip. in præsenti. Ioan. de Amic. cons. 134. & alij. Alia quoq; adest ratio, quia variatio, vacillatio, mendacium, verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, Iudicis authoritas, ira, dolor, recordatio futuræ infamiæ, & cæteræ animi perturbationes ita sæpè rationem impediunt, & perturbant, vt etiam sapientissimi viri aliena
18 loquantur. Cæterum varietas in rustico, aut in homine simplici, & ignaro non præsumitur dolosa, sed censetur prouenisse ob eius simplicitatem. Angel. in §. & licet. num. 15. in Auth. de test. & Ias. in l. si quis id quod. n. 32. Itẽ si rusticus. ff. de iurisdict. omn. Iud.

SVMMARIVM.

1 *Mẽdaciũ ẽtsi esset probatũ per testes fide dignos, nõ facit inditiũ ad torturã. Vide n. 3.*
2 *Reus citra pœna periurij, vel mendacij potest variare, contraria deponere, & mendacia proferre ad sui salutem.*
3 *Reus respondens inquisitioni contra veritatẽ non punitur de periurio.*
4 *Mendaciũ est maxima præsumptio Rei, sed d. præsumptio non sufficit ad torturam.*
5 *Mendaciũ nudum sine alijs inditijs non sufficit ad Reum torquendum.*
6 *Mendacium in principali etiam aliquo adminiculo coniunctum non parit inditium ad torturam; quamuis d. principalis fuerit conuictus.*
7 *Mendacium in principali, quia non infert delictum ideò ipsi non nocet, & maximè quando principalis habet aliquod inditiũ pro se.*
8 *Comparitio seu constitutio spontanea Rei in carceribus maximum præstat Rei innocentiæ inditium.*
9 *Mendacium quod quis dicat, non præsumitur de iure sed benè quod dicat veritatẽ.*
10 *Mendacium in teste maximum facit inditium ad torturam quando ideò est in substantialibus ipsum delictum tangentibus.*
11 *Mendacium in appendicibus, siue accidentalibus, aut extrinsecis non parit inditiũ ad torturam.*
12 *Mendacium quia est inditium à delicto remotũ probari debet per duos testes cõtestes de loco, & tempore, idoneos, etiamsi sit inexcusabile.*
13 *Mendaciũ si Reus dixerit, nõ potest torqueri.*
14 *Mendacium quando neminem lædit, censetur nugatorium, & sine pœna.*
15 *Mendacium quando nihil operatur, non est in consideratione.*

DISCEPTATIO XIII.

De Mendacio Rei.

1 Mendacium in Reo secundum veram, & communem opinionem nullum cõtra ipsum ad torturam parit inditium, ẽtsi esset probatũ per testes fide dignos. Vt post alios tradit Innoc. in c. causam matrimonij. de test. cogen. Put. tract. de scindic. §. viso de indit. indubitat. num. 4. seqq. Gram. vot. 30. num. 16. & cons. crim. 21. num. 29. & cons. 59. num. 8. Carrer. in l. obseruare. nu. 119. C. quor. appellat. non recip. vers. communiter aũt tenetur. Mars. cons. 15. n. 15. & cons. 51. n. 70. Andr. de Iserma in Constit. Regni. si damna. tit. de homic. col. 10. vers. Item nota. Foller. in pract. crim. in verb. Item quod Sororem venenauit. Ioan. de Amic. cons. 134. num. 3. Et idem Paris. de Put. ibi reddit rationem: quia potest Reus citra pœnam
2 periurij, & mendacij variare, contraria deponere, deierare, & mendacia proferre ad sui salutem. l. nemo. ff. de except. l. 1. ff. de bo. eorum. Gram. d. vot. 30. Vbi quod istã est communis opinio: Ratio est, quia nemo debet se ipsum prodere. c. non dico tibi. de pœnit. distin. 1. Carrer. post alios, quos allegat in d. l. obseruare. in princ. num. 119. vers. secundum inditium est mendacium, & variatio. fol. 25. Et id optima ratione censetur permissum; quia vnicuiq; sanguinem suum (vt aliàs dictum est) redimenti hoc in iure ignoscendum est l. 1. & ibi Bart. ff. de bo. eorum, qui ant. sent. sibi mortem consci. quem refert, & sequitur Curt. Iun. in repet. l. admonendi. num. 260. seq. ff. de iureiur. Ioan. Igneus l. 3. §. subuenitur. num. 115. seq. ff. ad Sillan. Soc. Iun. cons. 38. num. 5. seqq. Idem scripserunt Ander. de Iserma in d. Constit. Regni. si damna. in tit. de homic. col. 10. vers. Item nota, & ibi Afflict. in. 14. notab. vers. sed quæro. Et ideò
3 Reus respondens Inquisitioni contra veritatem nõ punitur de periurio. Alex. in Apostill. ad Bart. l. 1. ff. de bon. eorum. Et quod
4 mendaciũ non sufficit ad torturam, clarè demonstratur, ex dicto Bart. in l. fin. ff. de quest. Vbi quod mendacium est maxima præsumptio

ptio contra Reum. At præsumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturā. Ita ostendit Alex. cons. 89. col. 1. vers. restat
5 ergò. lib. 3. Vnde ex nudo mēdacio sine alijs adminiculis non potest torqueri Reus. Natt. cons. 362. num. 6 Vbi ait hanc esse communem scribentium opinionem in vtroq; iure. Franc. Personal. in tract. de indit. num. 96.
6 Vbi testatur de magis communi opinione. Immo dicitur, quod quamuis mendacium esset coniunctum cum aliquo adminiculo; tamen nihil refert; quoniā in principali mendacium ad torturam nullum parit inditium. Vt per Carrer. Gram. Paris. & alios vt supra. Idq; dicitur etiam, quamuis Inquisitus de ipso fuerit conuictus. Horat. lut. cōs. 161. n. 36. seq. inter cons. crim. diuers. lib. 1. laurent. ab Oua cons. 60. num. 51. lib. 2. inter cons. crim. Ratio est, quia nō infert delictū, ideò nō no-
7 cet. Bertaz. cons. 59. n. 6. Sed dato & nō concesso quod mendaciū aliquādo inditiū faceret ad torturā; illud tamē cessat, quando inquisitus habet aliquod verisimile, vel aliquod inditiū innocentiæ pro se. Vt v. g. quoniā spontè comparuit, vel spontè se constituit in carcere, & similia; quia vires mendacij eneruantur, & ex eo Reus non torquetur. Vt Paris. de Put. tract. de Scindic. in c. incip. visis. de indit. col. 1. & in verb. tortura. c. 5.
8 n. 4. Bertaz. cons. 60. nu. 16. lib. 1. Ideo cessat præsumptio, quæ surgeret ex varietate, & mendacio: Nanq; d. spontanea constitutio in carceribus maximum præstat eius innocentiæ inditium. Corn. cons. 198. vol. 4. n. 25. Veronen. cons. crim. 31. vol. 4. Mars. §.
9 diligenter. num. 208. Gram. cons. 61. nu. 4. Additur etiam, quod de iure nemo præsumitur dicere mendacium, sed quisq; præsumitur dicere veritatem. l. labeo. ff. de suppellect. legat. Bertaz. cons. 449. num. 43. lib. 2. Secus tamen est in teste, qui omni procul dubio ob
10 mendacium maximum contra se facit inditium ad torturam. Verum d. inditium cessat, quando mendacium non est in substantialibus tangentibus ipsum delictum principale, de quo agitur; sed est solum super appendi-
11 cibus, quæ dicuntur accidentalia, seù accidentia, siue extrinseca, vel qualitates; puta si super consanguinitate, inimicitia, & similibus; vel super uestibus, vel aeris serenitate; super quibus interogari non debet, Guigliel. in spec. tit. de test. §. Iam de interogatorijs ad articulos eos examinari decet, Vulpell. cons. 138. num. 10. nam tunc non parit inditium ad torturam. Bart. in l. eos. col. 3. ff. de fals. Alex. cons. 105. vol. 2. nu. 7. Aym. cons. 48. num. 3. Bols. post alios tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 36. vers. & tale mendacium. Mars. cons. 15. num. 15. Clar. §. fin.
12 q. 2. vers. mendacium propè fin. Vltra quod, cum sit inditium remotum à maleficio; non solum probari debet per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos. Toh. cons. 99. nu. 15. 20. & 22. Bursatt. cons. 20. n. 21.
13 Vbi ait id procedere, etiamsi esset inexcusabile; sed etiam qui ipsum dixit, nullo modo potest torqueri. Mars. loquens in fortioribus terminis cons. 51. num. 67. seqq. nec distinguunt Laurent. ab Oua cons. 60. num. 51. Horat. Lut. cons. 161. num. 36. seqq. diuers. cri-
14 minal. lib. 1. & maximè quando neminem lædit; quoniam censetur nugatorium, & sine pœna, & ideo non est attendendum. latè Alex. cons. 145. lib. 6. Salyc. in Auth. contra qui propriam. q. 1. C. de non num. pec. l. 2. §. aduersus. ff. nè quid in hoc public. Salyc. d. Auth. q. 5. Vbi quod mendacium, ex quo alius non læditur, dicitur nugatorium, & sine pœna. Mars. d. cons. 15. & cons. 51. nu. 67. Horat. lut. d. cons. 61. num. 36. cum alijs adductis per Bertaz. cons. 222. num. 4. seq.
15 Ratio est, quia mendacium, quando nihil operatur, non est in consideratione. Mars. loquens in fortioribus terminis d. cons. 51. Bertaz. cons. 59. num. 6. seq. Vbi adducit concordātes. Hyppol. cōs. 51. n. 67. col. pen.

SVMMARIVM.

1 *Testis de auditu non solū non probat, sed nec aliquam præsumptionem facit, & nu. 26.*

2 *Testis de auditu nullum ad inquirendum parit inditium, & num 26.*

3 *Testis de auditu non est verè testis, sed improprius.*

4 *Testis debet deponere per vnum ex quinque sensibus proprium, non alienum.*

5 *Testiū munus non est iudicare, sed quod oculis vidit testimonium ferre.*

6 *Testi affirmanti quod verè non scit, non est credendum.*

7 *Veritas per auditū non precipitur, sed quadam veritatis relatio.*

8 *Testi non creditur ex auditu ab alio sine iuramento eius, à quo processit relatio.*

9 *Testi dicenti audiuisse à diuersis authoribus non creditur.*

10 *Testi non creditur, quando possunt haberi testes, à quibus audiuit.*

Testis

11 *Testis debet nominare eos à quibus audivit.*
12 *Testis debet nominare personas, à quibus audiuit etiam non interogatus.*
13 *Testis non nominãs personas, à quibus audiuit, nihil facit.*
14 *Testis quamuis nominet personas, à quibus audiuit, non est locus torturæ.*
15 *Fama sola non sufficit ad torturam.*
16 *Fama causa, ex qua orta fuit fama, à teste deponi debet.*
17 *Testis deponere debet, quod ità credit, prout audiuit.*
18 *Testis de necessitate præcisa concludere debet.*
19 *Testis de auditu non potest dici testis.*
20 *Sermones ab alijs relati nullam prorsus faciunt fidem.*
21 *Testes duo de diuerso loco & tempore, seù de auditu à diuersis non coniunguntur ad faciendum inditium ad torturam.*
22 *Testis deponens audiuisse à principali, seù à parte non probat.*
23 *Testis de auditu non rogatus, sed fortuitus in præiudicium alterius non probat.*
24 *Testis debet rogatus audiuisse.*
25 *Testi de auditu auditus minus creditur, quã illi à quo audiuit.*
26 *Testis de auditu non plus probat, quam ille à quo audiuit.*

DISCEPTATIO XIV.

De Teste de auditu.

1 Tortura non potest infligi Inquisito ad depositionem testis de auditu; quia d. testis non solum non probat; sed nec præsumptionem aliquam facit. c. licet ex quadam. Vbi Abb. de test. Dec. cons. 82. num. 1. c. per inquisitionem. èxt. de elect. & c. cum in nostris. in fin. èxt. de test. & in Auth. de hered. & falcid. §. si verò absit. col. 1. l. testium. ff. de test. Rolan. cons. 24. num. 86. lib. 1. & cons. 144. num. 24. lib. 2. Menoch. cons. 98. num. 55. lib. 1. Mars. cons. 20. num. 5. & 10. Glos. & ibi Bart. l. 2. §. Idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. Ias. cons. 21. in fin. lib. 1. Bofs. tit. de opposit.
2 contra test. num. 42. Immo nec etiam in criminalibus vllum ad inquirendum parit inditium. Menoch. d. cons. 98. num. 55. Bertaz. cons. 49. num. 11. & cons. crim. 244. num. 4. Rolan. d. cons. 24. num. 86. lib. 1. d. l. testium. C. de test. Vbi omnes tradunt. d. c. licet ex quadam. de test. c. tua nos. de consanguinit. & affinit. & c. in primis. 2. q. 1. per quos canones ità defendendo consuluit Mars. d. cons. 20. num. 5. & cons. 41. num. 8. & hoc in specie dixit cons. 76. num. 21. & cons. 88. num. 9. & expressius cons. 116. num. 3. Rolan. d. cons. 24. num. 86. seq. Vbi reddit rationem. lib. 1. Cæphal. cons. 204. num. 3. Bertaz. cons. 3. num. 20. & cons. 92. num. 9. lib. 1. & cons. 251. num. 37. & cons.
3 278. num. 12. & cons. 296. & cons. 491. num. 11. lib. 2. Ratio videtur præcipua, quia testis de auditu non est verè testis, sed improprius, & præter, & contra regulam, & formam iuris. Vt post antiquiores firmat Abb. in d. c. licet ex quadam. 2. notab. ideo
4 non probat. Et huius rationis plures sunt rationes; tum quia testes deponere debet per vnum ex quinque sensibus proprium non alienum. c. testes. 3. q. 9. Bart. in tract. de test. num. 12. Abb. in c. tam. litteris. vers. & est ratio. de test. Ias. cons. 167. num. 9. in fin. lib. 4. Franc. Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. Rubr. De non torquendo per inditia
5 nisi legitimè probata. num. 8. Et id quia testium munus non est iudicare, sed quod oculis viderit testimonium ferre. Bart. & alij l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. latè Curt. Iun. cons. 165. num. 17. Crauett.
6 cons. 249. num. 4. Vbi non esse credendum testi affirmanti, quod verè non scit: Tum
7 etiam quia per auditum non veritas, sed quædam veritatis relatio percipitur: Ideo testi rationem sui dicti reddenti ex auditu al-
8 terius sine iuramento eius, à quo processit hæc relatio; non creditur. Bart. in l. si cui equa. §. Idem labeo.. de aqua plu. arcen.
9 Et maximè quando dicit, se audiuisse à diuersis authoribus. Glos. in d. c. licet ex quadam. in ver. ab vno. vers. Item si plures sint testes. Ibiq; Abb. n. 9. D. Campeg. de test. reg. 206. in 7. fallent. Gabr. eo. tit. conclus. 3. n. 12. Cæphal. cons. 250. n. 24. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 104. n. 12. seqq. Et eo magis non creditur, quando
10 possunt haberi testes, à quibus dicere audiuit. Crauett. post Aret. quem allegat. tract. de antiq. temp. particul. vlt. primæ par. prin-
11 cipalis: nanque necessariò nominare debet eos à quibus audiuit. Natt. cons. 170. num. 5. lib. 1. & cons. 245. num. 1. lib. 2. qui
12 alios quamplures recenset authores. Etiã non

F inte-

13 interogatus. Rolan. d. conf. 24. num. 86. lib. 1. Menoch. conf. 89. num. 55. Et non nominans à quibus dici audiuit, nihil facit. Natt. d. conf. 170. num. 5. lib. 1. & conf. 24. n. 1. lib. 2.
14 Immò quamuis in eius depositione nominet personas a quibus audiuit, Inquisitum commisisse delictum, non est locus torturæ; quia
15 alia adminicula concurrere debent; nam fa-
16 ma sola non sufficit ad torturam. Clar. q. 31. vers. fama sola. Crott. cons. 33. num. 3. Quinimò testis deponere debet de causa ex qua
17 orta fuit fama. Tradit Gram. vot. 34. Immò deponere debet, quod ità credit, prout audiuit. Neuiz. cons. 78. num. 18. Bofs. d. tit. de opposit. contra test. num. 42. post Capram cons. 156. num. 7. col. 2. Corn. cons. 62. num. 12. lib. 1. Natt. d. cons. 170. num. 7. qui eiusdem sententiæ citat. Butr. & Aret. c. quoties ex illo Textu. de test. Ra-
18 tio est, quia testis de necessitate præcisa concludere debet. c. in præsentia de probat. l. non hec. C. vnde cognat. cum alijs adductis
19 per Bertrand. cons. 114. num. 5. lib. 2. Aliàs testis de auditu non potest dici testis. Abb. d. c. tam litteris. vers. nam talis. num. 5. & ibi etiam Fœlyn. num. 2. ante fin. & ibi etiam
20 Abb. num. 7. eo. tit. Et optima ratione quidem; nam auditiones, siue sermones ab alijs relati nullam faciunt fidem; quia qui dicunt, quæ ab alijs audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorũ afferunt voces. Simanc. Enchirid.
21 de test. tit. 35. num. 20. Nec mirum videri debet, quia nec etiam duo testes de auditu, singulares de diuerso loco, & tempore; seù de auditu à diuersis non coniunguntur ad faciendum inditium ad torturam. Brunor. à Sole in suo vnico cons. criminal. num. 128. seq. Fulgos. cõs. 236. col. vlt. Bofs. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 21. Et maximè
22 quando deponunt audiuisse à principali, seù à parte, vel à querelante non probant. d. c. licet ex quadam. ext. de test. Gabr. cons. 3. n. 8. lib. 1. Hyppol. Riminal. cons. 222. nu. 31. & 40. lib. 2. nec faciunt inditium ad torturam. Brun. de indit. & tortu. in 3. q. primæ par. nu. 26. Angel. tract. de malef. in verb. Qui Iudex ad probationem. col. 2. num. 6. quoniam absurdum est quod plus credatur copiæ, quam originali, idest quod plus credatur audienti v. g. ab offenso, quam ipsi offenso, cui pœnitus non creditur. Crauett. cons. 6. num. 67. & cons. 112. num. 3. Bertaz. cons. 283. num. 11. cum eius depositio ad eius fauorem tendat. Vt post Angel. quem allegat, tradit Natt. cons. 478. num. 17. per Text. quem reputat
23 notabilem in l. miles. § penult. ff. de adult. Bertaz. cons. 251. num. 37. seq. Additur etiam, quod testis de auditu non rogatus, sed for-
24 tuitus, quando agitur de graui præiudicio alterius non probat; quia debet rogatus audiuisse. Ita Glos. singul. in c. de his. in verb. audierunt. vers. & generaliter. 3. q. 9. per quam Glos. scribit eleganter Bero. in c. Atsi clerici. num. 136. de iudic. esse mirabile dictum ad elidendum inditium, cui dicto nullus reperitur contradictor. Bofs. tit. de opposit. contra test. num. 38. ac etiam ad tolledum omne inditium, etsi esset probatum per testes fide dignos. Ita tradit Glos. in d. c. de his. in verb. audierint. ac etiam testes essent contestes de loco, & tempore. Ita scribit d. Bero. in d. c. Atsi cleric. num. 136. de iudic. Et vltra supradicta dicitur, quod si
25 non creditur testi de auditu, multo minus credendum est testi de auditu auditus; qui non solum nullum parit inditium; sed nec vllam facit præsumptionem. Abb. d. c. ex quadam. de test. Dec. cons. 82. num. 1. Glos. in d. l. testium. C. de test. Aret. & Fçlyn. plenè in d. c. de his. de test. nè plures cre-
26 datur copiæ, quam originali. Crauett. cons. 6. num. 67. quia d. testi non plus probat, quam ille, à quo audiuit.

SVMMARIVM.

1 *Testis de visu vt probet, debet esse omni exceptione maior.*
2 *Testis qui dicatur omni exceptione maior.*
3 *Testis vnicus de visu vt sufficiat ad torturã, debet esse inuulnerabilis.*
4 *Macula qualibet etiam minima, aut in dicto, aut in persona testis, impedit tortura effectum.*
5 *Testis de visu præfertur omnibus alijs testibus.*
6 *Testis solus de visu non est idoneus testis ad torturam.*
7 *Oculus, & manus sepè falluntur.*
8 *Testis de visu, vt faciat inditium ad torturam, quatuor coppulatiuè concurrere debent.*
9 *Testis solus de visu non sufficit ad torturam, nisi alia concurrant adminicula.*

10 *Testes*

10 Testis de visu, vt sufficiat ad torturam debet deponere directè super maleficio, & nõ super inditio ad maleficium.

11 Testis de visu, vt sufficiat ad torturam, necessariò concludere debet.

12 Testis vt dicatur de visu, debet deponere, quod actum vidit oculis corporeis, & non sufficit, quod v.g. voces audierit.

13 Testis de visu quando cõtra ipsum aliqua vrget coniectura, non sufficit ad torturam.

14 Inditia aliqua quando adsunt pro Reo excusantia, inditia Fisci contra ipsum debent esse vrgentissima.

15 Testis deponens vidisse tempore noctis, etiam non interogatus, debet reddere rationem, quomodo viderit.

16 Testis de visu non reddens rationem, quomodo viderit, repellitur, & est suspectus de falso.

17 Testis de visu deponens vidisse tempore noctis quo luna non lucebat, nec lumen astabat, habetur pro falso.

18 Recognitio fit de re incerta ad certam, & nõ de ignoto ad ignotius.

19 Testis deponens vidisse tempore noctis, quo luna lucebat ad torturam non sufficit.

20 Testis dicens cognouisse aliquem, quia erat vicinus, ad torturam non sufficit quia non concludit.

21 Testi dicenti v.g. Io lo viddi benissimo, se bene non luceua la luna, non creditur.

22 Testi affirmanti quod verè non scit, non creditur.

23 Testis, qui non potest videre tempore noctis ob obscuritatem, non probat.

24 Testis dicens cognouisse aliquem, quia luna lucebat nõ est omni exceptione maior, quia de facili decipi potest.

25 Testis dicens vidisse tempore noctis, qua luna lucebat, non probat, si non dicat, quod luna lucebat ab illo latere.

26 Testis reddens rationem inefficacem non probat.

27 Testis quamuis dicat, quod luna lucebat ità clarè, quod bene vidit, non sufficit ad torturam.

28 Luna habet radios lugubres.

29 Testis dicens quod per lunam videbatur aliquantulũ, & ipse vidit rectissimè, nõ probat.

30 Testis deponens vidisse tempore noctis, quia erat lumen intus domum, plenè nõ probat.

DISCEPTATIO XV.

De Teste de Visu.

1 TEstis solus de visu nõ sufficit ad torquẽdum Inquisitum, nisi sit omni exceptione maior. Plot. in l.si quando nu.879.C. vnde vi.Aym.cons.6.num. 12.Bart.in l. admonendi. C.de iureiur.latè Gram. cons. 26. num.48.Bal.cons.41.num.8.lib.5. Idem Bal.
2 in l.Sciant cuncti.C.de probat.Et ille dicitur omni exceptione maior, cui pœnitus aliqua macula, & aliqua exceptio etiam minima opponi non potest.Ias.cons.22.accusatur enim.
3 Et dicit.Bal. cons. 159. vol. 1. quod vnicus testis de visu, vt faciat inditium ad torturã, debet esse inuulnerabilis, idest quod ei nihil possit opponi.Bart.in l.maritus. ff.de quæst.
4 Gratt.cons.35.num.35.Veronen.cons.11.n. 8.Vnde omnis macula (vt aliàs dictum est) seù defectus, aut exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona testis non solum facit, vt nõ possit dici omni exceptione maior, sed etiam impedit torturæ effectum. Bal.cõs. 427.lib.5.Menoch.de præsumpt.q. 89.nu.2. Rolan.cons.7.num.3. & 10.& cons.24.n.2. vol.1. Clar. q. 21.vers. vnus testis.& q.22. vers. vnum tamen, post alios quos allegat.
5 Et quamuis testis de visu præferatur omnibus alijs testibus.Ità Bal.in Rubr. C.de pro-
6 bat.col.2.num.1.Natt.cons.269.nu.5. Idem Bal.in l.contra negantẽ.in fin.C.ad l. Aquil. Azor.in Summ. eo tit. Tamen non est ido-
7 neus: Ratio est, quia oculus, & manus sepè falluntur. c. nec aliqua. 27. q. 1. Franc. Marc.decis.678.quem refert Baiard.ad Clar.
8 q.4.num. 7. Et id eò vt faciat inditium ad torturam, quatuor coppulatiue concurrere debent. Primò quod d.testis (vt dictum est) sit omni exceptione maior.Glos.in d. l. maritus.ff.de quæst.Bart.in l.2.§.Idem Cornelio.ff.eo tit.Gram. cons. 1.in princ.& dicit Aym.d.cons.6.nu.23.Rolan.à Valle communem dicens d.cons.37.num.3.& 10.Secun-
9 dò quod alia inditia, seù adminicula, concurrant. Ias. post alios in d. l. admonendi. col.46.ver.x.nu.186.in fin.de iureiur. Mars. in pract.§.diligenter.num.5. Alex. cons. 89. viso n.9.seq.vol.3.Farinac.cõs.65.n.41. Ter-
10 tiò quod deponat de maleficio directè, & immediatè;& nõ de inditio ad maleficiũ (vt
11 aliàs pariter dictum est) Quarto quod in sua

depositione necessariò concludat; nã depo-
nens v.g. vidisse aliquem percussisse, non cõ-
cludit; quia non sequitur, quod viderit vul-
nerasse; cum multi percutiant, qui tamen nõ
vulnerant, vt experientia ipsa docet: Tradit
Marf.conf.88. num.6. Et ideò non probat.
c.in præsentia. Vbi not. omnes de probat.
12 Quarè testes debẽt videre actũ oculis corpo-
reis, nec sufficit v.g. quod voces audierint.
l.si vnus.vbi. not. C.de testam. Idq; pariter
13 sciendum, quod quando contra testem de
visu aliqua vrget coniectura tunc Iudex non
potest deuenire ad torturam. Bal. in l. 2. C.
quor.appellat.non recip.Cason.tract. de in-
dit.Rubr.de indit.per visum.c.1.nu.5. Guid.
de Suarez.tit.de indit.& tortu.num.92. Vbi
14 refert rationem; quia quando aliqua inditia
sunt pro Reo excusantia; tunc inditia con-
tra Reum debent esse multum vrgentia, im-
mò vrgentissima; vt superent illa, quæ fa-
ciunt pro excusatione Rei. Gram.vot.3. nu.
21.& vot.3.num.31.& vot.34.num.10. Et
quoniam in huiusmodi materia non sufficit
supradicta dixisse; cum restet etiam dicere
de teste, qui vidit tempore noctis; ideò di-
15 citur, quod testis deponens vidisse tempore
noctis, nullum inditium facit, si non reddat
rationem, quomodo viderit, vel propter
lunam lucentem, vel propter lampades ibi
astantes, ex quarum splendore cognoscere
potuisset; prout non interogatus in causa
criminali reddere tenetur. Crott.tract.de test.
num.175.& 352. Mascard. de probat. con-
clus. 894. num. 7.& conclus. 1109. num.4.
Vbi alios refert, & testatur de communi Ias.
l.si non speciali.C.de testam. Aret.cons.194.
vol 4. Gram.cons.58.nu.1: aliàs non solum
16 repellitur, sed etiam redditur suspectus de
falso, & potest puniri; cum non dicat, si erat
lumen lunæ, aut vidit lumine accenso. Ità
Brun. cons. 115. num. 2. lib.2. diuers.crim.
Mascard.d. conclus. 1109. Quam rationem
etiam non interogatus reddere tenetur; quia
deponit in causa criminali Bart.& alij l. 1.ff.
si cert.pet. Et quod sit suspectus de falso, &
etiam falsus, Tradit. Ias. d.l.si non speciali.
Vbi etiam reprobatur tanquam falsus. Me-
noch.de arbitrar.qq.lib.2.casu 279. num.3.
Vbi testatur de communi. Et Fœlyn. in c. si-
cut post numerum secundum de re iudic. di-
cit, quod ratione naturali reprobatur tanquã
falsus, & pœna pecuniaria punitur. Scripsit.
17 Mascard. de probat. d. conclus. Sed dato
quod d. testis deponat vidisse tẽpore noctis,
quo luna non lucebat, nec lumen astabat,
habetur quoq; pro falso. Bald. & Angel. in l.
si cũ exceptione. § an hac. ff. quod met. caus.
cum alijs adductis per Gram. d. cons. 58. nu.
1. loquens in proprijs terminis. Farinac. q.
62. nu. 39. Ias. & Riminal. in l. non minorem
C. de transact. & in d. l. si non speciali. Dec.
18 cons. 426. & 429. num. 15. de communi te-
statur. Recognitio enim fit de re incerta ad
certam, & non de ignoto ad ignotius. Barr.
l. testiũ. ff. de test. & est communis sententia.
19 Ità vt si cognouisse asserit, quia luna lucebat,
ad torturam satis non est. Boss. tit. de indit. n.
137. Nec facit, si dicat, quod v.g. cognouit
20 Rixantes, quia erat vicinus; quoniã ista ra-
tio non concludit; debet enim deponere,
quod erat valdè propinquus. Ità Plot. in
Repet. l. si quando. fol. 301. Baiard. ad Clar.
q. 21. num. 21. Vnde naturali ratione reddi-
tur falsus. Fœlyn. d. c. sicut. Immò similis
testis punitur pœna pecuniaria. Menoch. de
arbitrar. qq. casu 279. num. 4. seq. Mascard.
21 de probat. lib. 2. d. conclus. Et maximè quã-
do dicit Io lo viddi benissimo, & lo conob-
bi se bene non luceua la luna; quoniam ani-
mosa nimis est ista testificatio; ideò redditur
suspectus, & falsus, & fides ei non est præ-
standa. Crauett. cons. 249. num. 4. vers. saltim
22 negari. Vbi ait non esse credendum testi af-
firmanti quod verè scire non poterat. Idem
affirmarunt Soc. sen. cons. 229. col. 4. in fin.
lib. 2. Gram. cons. 12. nu. 14. in criminalibus
Idq; eo magis quando nox est tenebrosa, &
non potest quis dignosci; nam testis, qui non
potest videre tempore noctis ob obscuritatẽ
23 non probat. Bal. l. 1. & per illum Text. C. de
emendat. Iustinian. Cod. & in d. l. si non spe-
ciali. C. de testam. & non intelligitur, quan-
do sunt tenebræ. Nec etiam valet, si d. testis
dicat, quod cognouit v.g. rixantes ad lumen
24 lunæ, vel quia luna lucebat; tum quia non
est testis omni exceptione maior, quia de fa-
cili decipi potest. Ità Rolan. cons. 3. n. 42. lib.
3. Vbi de communi. Tum etiam quia non
probat, si non dicat, quod luna lucebat ab il-
lo latere, in quo rixantes manebat: Nam te-
25 stes reddentes rationem inefficacem non pro
bant. Not. d. l. testium. & l. solam. C. de test.
26 Nec etiam, probat d. testis, si non dicat, quod
ità clarè luna lucebat, qđ benè vidit. Tradit.
27 Ias. in d. l. si nõ speciali. n. 10. Boss. post alios,
quos allegat tit. de indit. n. 172. Immò nec id
in causa criminali dicere sufficit, quia nõ cõ-
28 cludit, & ideò nullũ ad torturã facit inditiũ;
quo-

quoniã luna habet radios lugubres. Fœlyn. d.c.sicut.num.5. de re iudic. Ità in terminis scripserunt Bos.tit. de indit.num.173. Mascard.de probat.lib.2.d.conclus. Vltra quod ita dicens nimis animosè deponit, & non cõcludit; & cum nimis animosè deponat, fides ei non est præstanda Crauett. conf.249. num.4.Soc.sen.d.conf.299. col.4.in fin. lib. 2.Gram.d.conf.12.num.14.in criminalibus. Verum si dicat, quod per lunam videbatur aliquantulum,& ideò ipse vidit committere
29 delictum rectissimè, ista duo insimul repugnãt; vnde reddũt eius dictum falsum ratio-
30 ne naturali.Iaf.in d.l.si non speciali.Nec etiã valet eius dictum,si dicat vidisse tempore noctis, quia erat lumen intus domum, quia ei non est plenè credendum. Corn. conf. 217. col.8.circa med.lib.1.Crauett.conf.100.n.9. Vbi quod talis de facili decipitur.

SVMMARIVM.

1 *Minores diuersæ ætatis plures enumerantur in iure.*

2 *Minor xi. annis non admittitur ad testificãdum,& admissus nullum parit inditium.*

3 *Minor 14. annis per se.vel in caput aliorum non torquetur, ad testificandum non admittitur.nec examinari potest.*

4 *Impuberis dictum quamuis examinatus, nullum facit inditium.*

5 *Testium dicta nõ iurata nullũ faciũt inditiũ.*

6 *Minor in subsidium admittitur in testem, quando deponit in tormentis ad tollendũ defectum minoritatis.*

7 *Minor in caput aliorum non potest torqueri, sed tantum terreri,aut ferula cadi.*

8 *Minor potest solum terreri, vt veritas sciatur,non autem vt condemnetur,& dicitur de minore infante, non autem de infante.*

9 *Minor quando in subsidium admittitur, intelligitur ad inquirendum tantum.*

10 *Minor non est testis omni exceptione maior.*

11 *Minor quando v.g. est pauper, nullum facit inditium.*

12 *Minor facit inditium ad inquirendum generaliter,non autem specialiter.*

13 *Minor non habet neq;nolle, neq;velle.*

14 *Minor quando est mendicus, & vilis in totũ repellitur à testificando.*

15 *Paupertas, & vilitas dicitur probata ex cõfessione ipsius testis.*

16 *Minor 20.annis à testificando repellitur.*

17 *Minor.20. annis examinatus sufficit solum ad instructionem Iudicis.*

18 *Minor 20 annis non potest esse testis ad partis instantiam.*

19 *Minor examinatus ex officio facit inditium cum alijs adminiculis.*

20 *Minor 20. annis examinatus facit inditium cum alijs adminiculis ad inqirendũ tãtũ.*

21 *Minor 25. annis ad testificandum non admittitur.*

22 *Minori,quando commisit delictum, dandus est Curator, cuius authoritate se defendere queat.*

23 *Minor sine Curatore quicquid dicit,& facit, nullius est momenti.*

24 *Minori sponte confitenti delictum non obest eius confessio.*

25 *Minor non potest respondere sine Curatore.*

26 *Minori, priusquam respondeat accusationi, dandus est Curator.*

27 *Minor antequã iuret, debet adesse Curator.*

28 *Minoris Curator potest esse Aduocatus, seù procurator, vel qualibet persona grauis, non autem Officialis S.Officij.*

29 *Minori, quando non fuit datus Curator, quicquid gestum fuit, ipso iure irritum, atq; nullum est.*

30 *Minor,si confiteatur in tormentis sine Curatore eius confessio valet sed ante torturam debet habere Curatorem.*

31 *Minoris curator non debet interuenire in actu tortura, seù Confessionis.*

32 *Minor si non habeat Curatorem,Iudex debet supplere conuocando consanguineos.*

33 *Minori non est dandus Curator in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & proditionis, sed in alijs criminibus manet ius commune in suo robore.*

34 *Doctorum antiquorum opinio praualet illi recentiorum pondere, numero & mẽsura.*

35 *Inter Doctorum varias opiniones illa præferri debet, quæ benignior, & humanior est.*

DISCEPTATIO XVI.
De Minore.

Minoris depositio non sufficit ad torturam contra Inquisitum;Et quia plures Minores diuersæ ætatis enumerantur in iure, nempè 11. 14. 20. & 25.annorum
1 ob id dicitur primò quod minor 11. annis ad testificandum non admittitur, & admis-
2 sus nullum ferè facit inditium.c. 2. in fin.4. q. 2. nam talis ætas, cum sit à lege repro-

bata, non admittitur in testem. l. 3. §. lege Iulia. ff. de test. Gram. decis. 40. num. 15. vbi adducit concordantes. Clar. q. 24. in fin. Vbi quod talis minor non parit inditium ad trãsmittendam inquisitionem, seu citationem: nam ætas illa, quid agat, ignorat. l. 1. §. impubes verò. C. de fals. monet. Secundò dicitur, quod nec etiam minor 14. annis potest
3 ad testimonium admitti, nec examinari. est Text. in d. l. 3. §. lege Iulia, ibi qui vè impubes erit. ff. de test. Angel in Auth. de Test. §. Sancimus. Hippol. l. de minore. in princ. nu. 22. ff. de quæst. Nouell. in pract. car. 75. n. 30. Gram. d. decis. 40. nu. 15. d. c. 2. in fin. 4. q. 2. Et id eadem ratione, quoniam ætas illa ignorat, quid agat. d. l. 1. §. impubes verò. C. de fals. monet. Alber. in l. testimonium. num. 1. ff. de test. Igneus in l. 1. ff. ad Sillan. Vbi
4 quod dictum impuberis nullum facit inditium, si fuerit examinatus in alio iudicio, quam in crimine læs. maiest. prout ego etiã dico in crimine hæresis. d. L. 3. §. lege Iulia. Vbi adducitur ratio ob lubricum iudicij sui. Bart. d. l. 3. & d. §. lege Iulia. in primis verbis. Clar. q. 24. vers. Vidi quandoq; dubitari. in princ. ac etiam quia dicta, testium non iurata nihil valent. l. solam. C. de test. Alia quoq;
5 adest ratio, quoniam iudicio caret; & quicquid videt, aut audit, ignorat. l. cum prætor.
6 § non autem. ff. de iudic. Nec facit, si dicatur, d. minorem admittendum esse in subsidium, ex quo aliter veritas haberi nõ potest: nanq; respondetur, quod tunc demum admittitur, quãdo deponit in tormentis. Glos. & ibi Bal. in d. l. Iulia. vers. palam. ff. de test. pro quo facit Tex. in l. ob carmẽ. §. 1. eo tit. de test. Mars. in pract. §. diligenter. n. 83. Et id ad tolendum defectum minoritatis. d. l. 3. d. §. lege Iulia. Bart. in l. ex libero, §. sed minore. ff. de test. Vbi quod minor tormentari debet, contra nominatum, vt veritas appareat; sed
7 debet tantum, terreri, seu saltim ferula cædi in caput Iquisiti. Bart. in d. l. de minori. ff.
8 de quest, Alex. cõs. 119. n. 8. vol. 7. Et solũ ferula datur, vt veritas sciatur, non autem vt condemnetur. Butr. in d. l. ex libero, & Bal. in l. fin. C. ad Sillam. Vbi dicit limitando prædicta vnum notabile verbum, quod hoc procedit in minore, minore tamen infante, secus autem in Infante secundum eum ibidem Et quando tormentum non fuit adhibitum, eius dictum non afficit. Fulgos. conf. 173. n. 2. Mars. conf. 109. num. 15. Quinimo dicitur, quod non potest torqueri per se, nec in caput aliorum. Clar. qui testatur de communi q. 64. vers. nunquid minores. Et ratione huius minoris ætatis videmus à tortura abstineri. d. l. 1. §. impubes. ff. ad Sillan. Et quando
9 in subsidium admittitur, eius dictum prodest ad veritatem indagandam; idest ad inquirendum tantum. Ita Bal. in l. seruos. C. de test. per Glos. in l. fin. C. de his, quib' vt indign. Bos. tit. de inquisit. nu. 62. Ratio est
10 quia non est testis omni exceptione maior, & integer. Vt per d. Bos. tit. de indit. num. 177. vers. non tamen credas. Rolan. conf. 24. numer. 66. lib. 1. loquens in terminis de minore; qui, maximè quando est
11 pauper, nullum prorsus facit inditium. Vt post multos ostendit Mascard. de probat. cõ-
12 clus. 1311. num. 15. & 41. lib. 3. Et licet faciat aliquale inditium ad inquirendũ; tamen facit inditium ad inquirendum generaliter, non aut specialiter. Bos. tit. de inquisit. n. 62. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 88. n. 14. Ber-
13 raz. conf. 3. num. 5. iuncto. n. 14. lib. 1. Ratio est, quia d. minor non habet neq; nolle, neq;
14 velle, & ideo à testimonio repellitur. c. in nostra de test. Immo talis minor, quãdo est mẽdicus, & vilis, nõ probat; quoniã istæ qualitates simul iunctæ ipsum in totũ à testimonio repellunt. De vilitate, & paupertate scripserunt Soc. Iun. conf. 183. nu. 40. vol. 2. Ber-
15 raz. conf. 170. nu. 12. Et paupertas, & vilitas testis satis dicuntur probatæ ex confessione
16 ipsius, quando confitetur, v. g. se mecchanicã artem facere. Tertiò dicitur, quod minor 20. annis à testimonio pariter repellitur. l. testimonium. ff. de test. Berraz. conf. 3. nu. 5. lib. 1. Bursatt. conf. 201. n. 143. lib. 2. Vbi alios re-
17 fert. Natt. conf. 269. in fin. Et id procedit ẽt quod veritas aliter haberi non possit, & examinatus, est tantũ sufficiens ad instructionẽ Iudicis. Bal. d. l. seruos. in fin. C. de test. Glos. l. fin. C. de his, quib. vt indign. Albert. post Iacob. Butrig. l. testimonium. n. 1. vers. quod
18 intelligo. ff. de test. Immo d. minor non potest esse testis ad partis instantiam. d. l. testimoniũ cum ibi not. Sed si ex officio fuit examinatus
19 facit inditium cũ alijs adminiculis, vt puta cum fama. Iacob. Butri. & Guid. de Suz. & refert Florin. d. l. testimonium, & hoc voluit Bart. quod examinatus cum alijs adminicu-
20 lis faciat inditium. d. l. 3. §. Impuberes. ff. ad Sillan. Sed intelligitur ad inquirẽdum tantũ.
21 Quartò dicitur, quod minor 25. annis in criminalibus nec & ad testificãdum admittitur. l. testium. ff. de test. d. l. testimonium. ff. de test. quia

quia non est idoneus testis. Hippol. cons. 28.
22 n. 14. Vbi loquitur in terminis sodomiæ. Cæterum quoad minorem vltra supradicta illud est omninò per Iudicem animaduertēdum, quod minor cuiuslibet ætatis non solum in criminalibus ad testificandum non admittitur; sed etiam quādo aliquod commisit delictum, est ei dandus Curator, cuius authoritate se defendere queat, cum non habeat personam standi in iudicio, & non possit respondere sine ipso. l. Clarum. C. de aut. præst. & ibi not. lucer. Inquisit. in verb. minor 25. annis. & ibi in Addit. nè ex imperitia sua, vel iuuenili calore aliquid dicat, vel taceat, quod si fuisset prolatum, vel nō expressum, prodesse ei posset, & à deteriore calculo eū
23 eripere. Et quicquid sine Curatoris authoritate cum minoribus actū fuerit, nullius prorsus est momenti. d. l. Clarum. C. de author. prēstā. Corn. cōs. 198. lib. 4. Bertran. cōs. 326. lib. 3. Matthe. ad Afflict. decis. 208. Simanc. Enchirid. tit. 44. de minoribus. num. 1. In tā-
24 tum quod ibi dicit Cyn. & alij, quod si spontè confiteretur, talis confessio spontè delictū confitenti nō obesset. Quod tene menti, nè erres, & ne processus tuè posteà possint irritari. Vnde ad hoc Bart. in l. fin. §. pupillus. ff. de verb. obligat. Vbi tenet, quod minor non po-
25 test respondere sine Curatore; & ideo quando habes talem minorē in tua potestate pro aliquo delicto, des ei curatorem, antequā re-
26 cipias eius responsionem. Et Salyc. dicit in l. 1. de confess. quod Iudex criminū recipiat cautelam, vt ad videndum iurare minorem faciat adesse Curatorē, hæc Angel. in lib. ma-
27 lef. clausula Comparuerunt inquisiti, & cōfitentur totum. col. 4. ibi Nec non sis cautus. Immo tali minori, antequam accusationi respondeat, dabitur Curator, cuius authoritate ratificabit confessiones factas, & forma-
28 bitur processus: sed Curator nō sit officialis s. officij, sed potest esse eius Aduocatus, vel quælibet alia persona grauis, fidelis, & bonæ conscientiæ. lucer. Inquisit. in Addit. in verb. Minor. 25. annis. nu. 1. Et si quid cum minoribus gestum sit absq; Curatorum authorita-
29 te, id ipso iure irritum est, atq; nullum. d. l. Clarum. C. de author. præstan. Corn. cons. 198. lib. 4. Afflict. decis. 208. incip. Minor. adultus, eleganter, & copiosè Anton. Gomez. tom. 3. variar. resolut. c. 1. n. 64. & Simanc. de cathol. Instit. tit. 29. num. 6. Verum si d.
30 minor cōfiteatur in tormentis sine authoritatæ Curatoris talis cōfessio valet. l. excusantur. §. fin. ff. ad Sillan. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. Tamen secundum Bal. in l. 1. ff. de confess. in Repetitione dicit, quod ante torturam debet habere Curatorem, qui pro ipso alleget, antequam Iudex pronun-
31 ciet esse torquendum; sed non debet Curator interuenire in actu torturæ, & confessio-
32 nis. Et si non habeat curatorem, Iudex debet supplere conuocando consanguineos. Idem dicit Bal. tit. de pac. iuram. firm. §. Item sacrā; hæc Paris. in lib. de Scindic. c. incipiente Officialis posuit ad cordam. vers. an confessio
33 adulti. Tamen in crimine hæresis d. minori 25. annis non est dandus curator, cuius authoritate respondeat, prout nec etiā est dandus in crimine læsæ maiestatis, & proditionis. Cason. tract. de torment. c. x. num. x. sed in alijs delictis manet ius commune in suo robore. Et quamuis Clar. dicat, quod ridiculum est, quando per aliquem Aduocatum dicitur, quod d. minori dandus est curator, eo quia est contra communem praxim; nihilominus huiusmodi Clari opinio ex mea sententia non est seruanda, cum tot, tantiq; alij graues, & insignes DD. contrarium sentiāt. Et quod praxim dicitur, quod non quod fit Romæ v.g. seruandum est, sed quidem quod de iure fieri debet. discept. 133. nu. x. Et qn̄ inter DD. diuersæ sunt opiniones, sēper opinio pro Reo est amplectēda. Discept. 1. n. 28. Immo probationum conflictu præfertur fauorabilis, idest illa, quæ stat pro Reo, & postponitur odiosa. Discept. 1. num. 30. 31. 33. 37. & 40. Nec valet, si per Iudices nostri tēporis dicatur, quod aliqui Doctores recen-
34 tiores cum d. Claro aliter sentiunt; quoniā Doctorum antiquorum opinio præualet illi recentiorum pondere, numero, & mensura. Vt scribit Bal. quem refert Alciat. tract. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 45. n. 1. Et maximè quando est munita legibus, atq; consilijs, & Doctorum decisionibus præualere debet contrariæ opinioni Recentiorum. Vt post multos tradit Menoch. cons. 18. n. 20.
35 seq. lib. 1. Et inter varias Doctorum opiniones illa præferri debet, quæ benignior est, & humanior. l. benignus. de ff. de legib. cū alijs adductis per Natt. cons. 451. num. 43.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui dicantur inhabiles.*
2 *Testes inhabiles, cum nullum faciant inditiū, ad testificandum non admittuntur.*

3 *Testes*

3 *Testes inhabiles etiam ad fauorem fidei non admittuntur sine tortura.*
4 *Testes inhabiles non admittũtur nisi in subsidium, & cum tortura.*
5 *Testes inhabiles quando in subsidium admittuntur, & cum tortura ad fidei fauorem, admittuntur ad præsumptionem faciendã tantũ, non autem ad torquẽdũ, & probãdũ.*
6 *Testes ad torquendum debent esse omni exceptione maiores.*
7 *Testes inhabiles faciunt solum qualem qualẽ præsumptionem.*
8 *Probatio qualis qualis est minus q̃ semiplena.*
9 *Testis vnus inhabilis nec qualem qualem facit præsumptionem sed plures.*
10 *Testes plures inhabiles admittuntur ad inquirendum tantum; non autem vnus.*
11 *Testes duo non omni exceptione maiores loco vnius habẽtur quãuis in tortura ratificẽt.*
12 *Tortura nõ est adminiculum, sed est qualitas in illo dicto, sine qua illud dictum remaneret inane.*
13 *Tortura non potest dici adminiculum ad depositiones, ità vt sine alijs adminiculis faciat inditium.*
14 *Testes inhabiles non coadiuuantur tortura, nec quibusuis alijs adminiculis.*
15 *Testes inhabiles in delictis occultis, & atrocissimis, & quando veritas aliter haberi nõ potest, quomodo intelligantur admitti.*
16 *Probatio in genere qualiter intelligatur, & qualiter in specie.*
17 *Probatio in specie requirit testes omni exceptione maiores integri & fide digni.*
18 *Testes inhabiles indistinctè admittuntur ad inquirendum tantum; seù ad assumendas informationes.*
19 *Testes inhabiles quando speciali iure, & aliqua ratione admittũtur ad testificandum, non tamen sunt omni exceptione maiores, nec per se sunt sufficientes ad torturam.*
20 *Testes inhabiles, quando proceditur per accusationem, nec etiam admittuntur in casu difficilis probationis, nec quando veritas aliter haberi non potest.*
21 *Testes inhabiles nec in subsidium admittũtur in delictis atrocissimis, & difficilis probationis, quãdo alij habiles haberi potuerũt.*
22 *Testes inhabiles, quando admittuntur in subsidium in atrocissimis delictis, & quando alij habiles haberi potuerunt, tamen nõ sũt omni exceptione maiores, nec inditium faciunt ad torturam.*
23 *Testes inhabiles admittuntur in subsidium, dumodo non sint partes offensæ, inimici, nec tractens de se exonerando.*
24 *Testes inhabiles admittuntur in subsidium quando sunt plures, non autem vnus.*
25 *Testes inhabiles quando dicuntur admitti in subsidium in exceptis admittuntur ad præsumptionem faciendam tantum.*
26 *Perfectum non potest oriri ex imperfecto.*
27 *Testes inhabiles quando plures patiũtur exceptiones, nempe paupertatis, vilitatis, &c. etiam in exceptis reddunt testimonium omninò inualidum.*
28 *Testes inhabiles, quando plures patiuntur exceptiones, nec ad torquendum, nec ad aliquam præsumptionẽ faciendã admittũtur.*
29 *Adminicula plura sicut ampliãt probationẽ, ità plures testis defectus illam destruunt.*
30 *Tortura supplet vnum tantum defectum, non duos, vel plures.*
31 *Testes inhabiles non admittũtur, quãdo non cõstat quod veritas aliter haberi nõ potest.*
32 *Veritas quod aliter haberi nõ potest, quomodo constare potest.*
33 *Veritas quod aliter haberi non potest, per Fiscum probari debet.*
34 *Testes inhabiles admittuntur, quando delictum de sui natura est occultum, vt est cõiuratio, cõspiratio, hæresis, adulterium &c.*
35 *Testes inhabiles non admittũtur generaliter, idest quando potuerunt interuenire tam habiles, quam inhabiles.*
36 *Veritas quando aliter haberi non potest. dicitur casus meræ necessitatis, propter quã receditur à regula iuris communis.*
37 *Testes inhabiles non admittuntur, quando delictum prætenditur patratum in loco publico & maximè de die.*
38 *Testes inhabiles non admittuntur, quando habiles interuenire potuerunt, licet casu non interuenerint.*
39 *Testes inhabiles tunc admittuntur, quando communi concursu actu, & habitu alij testes habiles non habentur.*
40 *Testes inhabiles etiã in occultis, & difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, solumodo admittuntur in testimonium quando agitur ciuiliter, non autem criminaliter.*
41 *Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*
42 *Testes inhabiles faciunt inditium ad inquirendum tantum, non autem ad torquẽdũ.*
43 *Iura an Iudici transgredi liect.*
44 *Iura Iudici transgredi licet in puniendo, non autem*

autem in procedendo.

45 *Testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest, dumodo deponant de gestis per alios sine ipsis, non autē de gestis per ipsos cum alijs.*

46 *Testis inhabilis non potest suppleri per alios testes inhabiles.*

47 *Testis supplens debet esse præstantissimæ fidei, & omni exceptione maior.*

48 *Testis inhabilis non potest supplere defectum alterius testis inhabilis.*

49 *Imperfecta plura non possunt parere vnum perfectum.*

50 *Testis idoneus, & alius minus idoneus in crimine hæresis non coniunguntur.*

51 *Testis fide superabundans non supplet defectum alterius.*

52 *Probationes in omni casu debent esse claræ, & certæ.*

53 *Probatio debet constare per testes omni exceptione maiores.*

54 *Testes duo ad probandum delictum ex omni parte debent esse fide digni, & integri.*

55 *Testes in crimine hæresis, quando non sunt omni exceptione maiores, Reus pœna extraordinaria puniri potest, ne inulta crimina relinquantur.*

56 *Testis supplementum fit in ciuilibus tantum, non autem in criminalibus.*

57 *Testium inhabilium multitudo, quāuis mille, vnus nō potest supplere defectū alterius.*

58 *Testium inhabilium multitudo habet locum in ciuilibus, non in criminalibus.*

59 *Testes inhabiles, qui in totum repellūtur, ex magna contestis fide, ex adminiculis, & præsumptionibus non supplentur.*

DISCEPTATIO XVII.

De Teste Inhabili.

Tortura nō potest infligi Inquisito ad dicta, seù depositiones testium inhabilium, qui sunt infames, periuri, adulteri, homicidæ, criminosi, idest illi, qui aliqua crimi-
1 na commiserunt, socij criminis, domestici, consanguinei, mulieres, pater, mater, filius, frater, soror, maritus, vxor, affines, socij, laicus contra clericum, & è contra Clericus contra laicum, & alij minus idonei, & simi-
2 les: Quoniam tales testes regulariter, cum nullum faciant inditium, & maximè quando sunt examinati parte opponente. Aret. c. ex parte. nu. 21. de test. Fœlin. c. cum dilecti. nu. 13. de accusat. ad testificandum non admittuntur. c. testimonium. de test. c. testes. 2. q. 7. Immo quod magis est, nec etiam ad fidei fauorem, nisi cum tortura. Glos. 15. q.
3 6. in summa. siue sit seruus, siue vilis persona; Vel etiamsi sit liber homo, dumodo sit criminosus, infamis, vel obscurus, aut ignotus. sequitur Hyppol. Mars. cons. 109. incip. Spiritus Sanctus. num. 13. seq. in pract. crim. §. diligenter. num. 62. & Bart. in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. n. 12. eiusdem sententiæ esse videtur, siue testes sint infames infamia facti, siue iuris: Nam non
4 admittuntur (inquit) nisi in subsidium, & cum tortura. Gondisal. tract. de hæret. q. 13. num. 15. & Clar. in pract. crim. q. 21. vers. sciam etiam. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 604. comm. 115. col. 2. Et quando in
5 subsidium, & cum tortura admittuntur ad fauorem fidei, admittūtur ad præsumptionem faciendam tantum, non autem ad torquendum, & probandum. Glos. in c. 1. in verb.
6 ad testimonium de test. in sexto Prax. Neapolit. in c. 2. pag. mihi 19. n. 10. quoniam testes ad probandum; prout ego aliàs dixi ad torquendum, debent esse omni exceptione maiores. Soc. de reg. iur. 425. fallent. lib. 1. Farinac. de indit. & tortu. q. 43. num. 115. ac etiam secundum Bal. in l. etiam col. 1. C. de test. Ratiō est, quia tales testes non sunt integræ fidei; & ideò faciunt tantum secundum
7 cum qualem qualem præsumptionē. Gram. cons. 59. nu. 12. Bosf. tit. de indit. num. 177. Rolan. cons. 3. num. 58. lib. 3. Et ista qualis
8 qualis probatio est minus quam semiplena. Hyppol. Riminal. cons. 120. num. 23. lib. eo.
9 Quod procedit, quādo sunt plures testes inhabiles; sed quando est vnus tantum testis, nec qualem qualem facit præsumptionem.
10 Malcard. de probat. conclus. 857. nu. 38. seq. Additur etiam, quod quādo sunt plures admittuntur ad inquirendū tantum; quia vnus
11 non admittitur. Brun. tract. de indit. & tortu. q. 2. n. 23. in fin. tamen dd. plures, quia nō sūt omni exceptione maiores, loco vnius haben tur. Ita Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. n. 3. de test. in sexto Calcan. cōs. 110. n. 5. seq. Alex. cons. 128. n. 2. lib. 2. Idq; etiam habet locum, quamuis eorū dicta ratificent in tortura, quo
12 niam pro nihilo reputantur: Ratio est, quia tortura non est adminiculum; sed est tantum qualitas in dicto, sine qua illud dictum remaneret inane. Gram. cōs. 21. n. 2. & plenius post numerum sextū, & cons. 61. n. 1. & cons. 66. num.

num.6.seqq. & cons.35.n.23. Et sic tortura
13 non potest dici adminiculũ ad depositiones; ita vt sine alijs adminiculis faciat inditium. Ex quibus infertur, quod testes inhabiles nõ
14 solum in totum non coadiuuantur tortura, sed nec ẽt quibusuis alijs adminiculis. Bal. in l. falsas. n.3. C. de furt. Angel. in l. si quis ex argentarijs. §. cogẽtur. n.6. ff. de eden. Mars. sing. 554. memini. Aym. cons. 9. n. 12. Natt. cons. 298. n. 10. lib. 2. Rolan. cons. 98. n. 34. vol. 4. Farinac. q. 43. n. 153. Nec valet, si dicatur, quod in delictis atrocissimis, & occultis, idest in his, quæ noctu cõmissa sunt, quæ difficilis sunt probationis, & quando veritas aliter haberi non potest tam ad torquendũ, quam ad condemnandũ admittũtur ẽt testes
15 inhabiles, quoniam testes huiusmodi in similibus delictis semper intelliguntur admitti, &
16 probare in genere, idest ad inquirendum tantum, nempè ad assumendas informationes delicti commissi; non autem in specie, idest contra personam Inquisiti ad ipsum conuincendum, & condemnandũ, seu ad torquẽdũ Bofs. tit. de indit. & considerat. ante tortu. nu. 171. Farinac. d. q. 43. n. 113. quia tunc requi
17 runtur testes omni exceptione maiores, integri, & fide digni. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 227. nu. 9. & 12. & pag. 31. nu. 30. seq. d. Soc. de reg. iur. 425. Fallent. lib. 1. d. Farinac. de indit. & tortu. d. q. 43. n. 115. Ratio
18 est, quia indistinctè testes inhabiles non nisi ad inquirendum, seù ad assumẽdas informationes sufficiunt; Et ista est veritas, prout scri
19 bit d. Farinac. q. 62. n. 79. Nec mirum videri debet, quoniam testes natura ad testificandũ inhabiles, quando speciali iure, & aliqua ratione admittuntur; non tamen sunt, & dici possunt omni exceptione maiores. Alex. cõs. 11. n. 1. nec etiam sunt per se sufficientes ad torturam. Bofs. d. tit. de indit. & considerat. ad
20 tortu. n. 150. Vulpell. cons. 12. n. 16. Immo quando proceditur per accusationem nec ẽt admittuntur in casu difficilis probationis, & in quo veritas aliter haberi non potest. Tradit Angel. in lib. malef. in verb. metitor. col. 1. Innoc. c. l. & A. de re iudic. Nec sufficit, si
21 dicatur, quod testes inhabiles in delictis occultis, & quando veritas aliter haberi non potest, possunt admitti in subsidium, vnde ob id dicuntur testes subsidiarij. Nanque tales testes nec etiam in subsidium admittuntur, quando alij multi idonei interuenerunt, seù interuenire potuerunt. Ias. in l. fin. n. 7. C. de his, qui vt indign. Alex. cons. 64. in princ.
22 Alciat. tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 47. Vulpell. cons. 95. n. 7. Et licet etiam admittantur in subsidiũ in tali casu, ex quo habiles haberi non potuerunt; tamen non sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, nec ad torturam pariunt inditium. Bofs. tit. de indit. num. 165. Riminal. cons. 361. n. 9. & 45. lib. 3. Alex. cons. 64. col. 2. vers. & eti-
23 am dicit. vol. 1. & cons. 11. col. 2. Rolan. cõs. 24. num. 66. & 69. lib. 1. Et admittuntur in subsidium, dumodo non sint partes offensæ, inimici, & non tractent de se exonerando. Tradit Salyc. in l. ea quidem. vers. ad quintam. C. de accusat. refert, & sequitur Gram. cons. 45. num. 19. Immo testes inhabiles
24 admittuntur in subsidium quando sunt plures, & non vnus, & deponere debent super delicto principali, & non autem super circumstantijs. Bart. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maiest. Dec. cons. 410. num. 15. Immo
25 inquam testes inhabiles quando dicuntur admitti in subsidium in casibus exceptis, & in quibus veritas aliter haberi non potest, intelliguntur admitti quoad præsumptionem faciendam tantum, non autem quoad probationem; cum testes ad probandum (vt dictum est) debeant esse omni exceptione maiores. d. Soc. de reg. iur. d. Farinac. d. tit. d. q.
26 & nu. Et optima ratione quidem quia perfectum non potest oriri ex imperfecto; & nemo dat quod non habet; & quod nihil est supplementum non recipit. Cæterum vltra supradicta illud omninò est sciendum; quod
27 quando dd. testes plures patiuntur exceptiones, seù defectus, puta paupertatis, vilitatis, inuerisimilitudinis, & huiusmodi, testimonium prorsus reddunt inualidum: nam tunc nec etiam in casibus, in quibus per alios veritas haberi non potest, admittuntur. Bofs. tit. de indit. nu. 151. Barbat. cons. 65. lib. 4. cum alijs adductis per Gram. cons. 1. n. 62. Mars. cons. 102. nu. 12. Natt. cons. 298. n. 6. Bertaz. cons. 3. n. 23. & 32. lib. 1. Vbi quod ista con-
28 clusio omnium cõsensu recepta est. Crauett. cons. 6. nu. 55. & 57. Immo omnino dicitur, quod non solũ non admittuntur ad torquẽdum, & probandum; sed nec etiam ad inditium, seù præsumptionem faciendã; quoniã prorsus à testificando repelluntur. Et hac ẽt
29 ratione quia sicut plura adminicula ampliãt probationem, & supplẽt testis inhabilitatẽ; ita pariter plures defectus illã destruunt per regulam, quod idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. l. si

vt

vt proponis.C.de nupt.Aym.conf.66.num.
55.& 57.& conf. 149.num. 11.seq. Marf.
d. conf.102.num.12. Natt.d. conf.298.n.6.
Gabr. tit. de test.conclus.7. n.10. lib.1. Ber-
taz. littera H. Hyppol. Riminal. conf. 113.
num.32.& conf.114.num.16.Bursatt. 239.
num.12. lib. 3. Gram. d. conf.45. num. 22.
in fin. Bertaz. vbi supra ampliat etiam cum
30 tortura; quia tortura non supplet plures de-
fectus, sed vnum tantum. Hyppol. Riminal.
d.conf. 66.num.30. seq. Vbi ampliat etiam
cum tortura.lib.3.& conf. 524.n.7.seq.lib.5
& conf.684. num.33.lib.6. & conf.664.nu.
15. seq. Vbi de communi testatur. Mascard.
de probat. lib.3.conclus.1359. nu.20.tenuit
Rot. coram Fabio decis. 126. nu.4. lib.3.&
coram Illustrissimo D. Paleotto decis. 689.
nu.3.ead.par. Farinac.q.62.num.381.seq.&
31 eadem q.n. 80.quamuis Baiard. contrarium
teneat, quem impugnant d. Farinac. ibidem,
prout ego etiã impugno. Quibus supradictis
omnibus additur etiã, quod testes inhabiles
in delictis occultis, & difficilis probationis
non admittuntur, quando non cõstat, quod
32 veritas aliter haberi non potest; nanq; vt con
stet probari debet, quod delictum fuit patra-
tum de nocte in loco, vbi non erant, nec actu,
& habitu adesse potuerũt alij testes nisi inha
biles, seù infames: Vel quod fuit in domo,
vel in Eremo, vel in monte, vel in nemore.
Muscatell. in pract.cri.pag.mihi 81.n.36.seq.
Et quãdo non probatur pro parte fisci quod
aliter veritas haberi nõ potest, dd. testes inha-
biles nullum faciunt inditium. Hyppol.conf.
41.num.6.Item secundum Bois.tit.de indit.
n.170. dicitur, quod licet regulariter in casu,
in quo veritas aliter per alios haberi non po
test, admittãtur; tamẽ debent admitti, quãdo
delictum est de se, & de sui natura occultum,
& difficilis probationis ratione loci, in quo
est cõmissum, vt puta si agatur (vt dictũ est)
de commisso in Eremo, in nemore, in monte,
aut in loco secreto; prout Farinac. in prax.
33 crim.de opposit.contra person.q.62.n.55.in
quibus alij testes idonei à communiter acci-
dentibus nec interuenerint, nec interuenire
potuerint, prout est in criminalibus cõiura-
tio, conspiratio, hæresis, adulterium, & his si-
milia delicta difficilis probationis: secus aũt
34 in alijs, in quibus etsi alij testes actu non in-
teruenerint, habitu tamen interuenire potue-
runt, prout est homicidiũ, violentia, iniuria,
& his similia. Butr. in c. tertio loco, & ibi etiã
Felyn. in 4. notab. Alex. conf. 64. n.5. lib.1. &
conf.152. n.3. lib.5. Dec.conf.139. nu. 10.
Gram.conf.45.n.11. Anton. Gomez. varia.
resolut.tom.3.c.12. vers.quarto ramẽ. Bois.
35 tit.de indit.n.163. Glos.1.n.188. Farinac.d.
q.62.n.29.& 62. Itẽ dd. testes inhabiles non
admittuntur generaliter, nempè quando po-
tuerunt interuenire testes tam habiles, quam
inhabiles; sed solũ vbi non potuerunt inter-
uenire nisi inhabiles. Vt exemplis DD. Bois.
tit.de indit.& considerat.ante tortu.nu. 170.
quia tunc dicitur casus mere necessitatis, pro
36 pter quam receditur à regula iuris commu-
nis.l.quæ per necessitatem.ff.de reg.iur. Item
37 non admittuntur, quando delictum præten-
ditur patratum in loco publico, seù in via pu
blica, per quam solent transire viatores, &
plures alij solent conuersari, nec non alij ha-
biles actu, & habitu interuenire potuerunt
(vt dictum est) Alex.d.conf. 152.n. 15.lib.
38 5.Gram.d.conf.26.n.37. Et eo magis quãdo
ex natura negocij alij testes habiles potue-
runt interuenire, licet casu non interuenerint.
Bois. d.tit. de indit.& considerat.ante tortu.
39 nu. 163. Et maximè quando delictum præ-
tenditur patratum de die; quia non potest
dici veritatem aliter haberi non posse. Sicq;
concluditur, quod testes inhabiles tunc ad-
mittuntur solum, quando communi cõcursu
actu, & habitu alij testes habiles non haben-
tur, aliàs semper posset dici, aliter veritatem
haberi non posse. Vt declarat Butr. conf.24.
col.fin.ante fin. Dec.cõs.132.n.6. cum alijs
40 adductis per Gram.conf.45.n.9.seq. Deniq;
id est potissimum animaduertendum, quod
testes inhabiles in occultis, difficilis probatio
nis, & quando veritas aliter haberi non po-
test, solumodo in testimonium admittuntur,
quando agitur ciuiliter, secus si criminaliter.
Bois.tit.de indit.n.175.seq. Farinac.conf.39.
41 n.3. Idem Bois.post Bart. Aret. & alios, quos
allegat d.tit.n.177. Ratio est, quia (vt supra
dictum est) testes in criminalibus debent esse
omni exceptione maiores, boni viri, probatę
vitæ, & conditionis, quos verisimile sit, non
deierare. Ita dicit Text.c.in litteris.cũ ibi not.
de test. Hippol. §. principium.n.10. Inhabiles
verò si admittantur in delictis difficilis pro-
bationis, non sunt integri, & omni exceptio-
ne maiores. Bursatt.d.cõs.216.n.39. Vbi alijs
relatis attestatur de communi opinione. Lu-
42 douic. Peguer. decis.crim.17.n.38.in fin.seqq.
Et faciunt inditium ad inquirendum tantũ,
non aũt ad torquendum. l.seruos. ff. de test.
Clar.q.24.vers.vidi etiã plerunq; Franc.c.1.
n.4.

num.4.de test.in sexto Riminal.cons.361.n.
9. & 45. lib. 3. Et licet vulgò dici soleat,
43 quod in atrocissimis delictis, & difficilis pro-
bationis licet Iudici iura transgredi; sanctius
tamen est, & multo melius faciet Iudex etiã
in atrocissimis iuris dispositionem adamus-
sim seruare, quam iura transgredi. Vt benè
tradit Iudoc.in pract.crim.c.55.nu.9.vers. in
omnibus verò delictis. Mars. in pract.§.dili-
genter.nu.175. Gram.vot.34.in fin. Rolan.
cons.12.n.76. Et quatenus etiam secundum
vulgi opinionem dicere velimus in atrocis-
44 simis licere Iudici iura transgredi (vt aliàs
dictum est) id vtiq; intelligendum est in pu
niendo, & sic postquam plenè, & verè con-
stat de delicto cõmisso: Secus autem in pro-
cedendo, & vbi est dubiũ, an Reus cõmiserit
delictum, vel non. Foller. in pract. crim. in
verb. Itam quod suffocauit vxorem. n. 57.
Boss. tit. de for. compet. nu. 65. Gabr. lib. 7.
conclus. 1.n.28. Rolan. cons. 7.n.42. lib. 1. &
cons. 12.n.12. seq. lib. 3. Hieron. Gabriel con
clus. 170.n.26. lib. 1. & est cõmunis opinio.
Vt per Mascard. de probat. conclus. 137.n.5
lib. Insuper dicitur, quod quãdo testes inha-
biles admittuntur, vbi veritas aliter haberi
nõ potest, & in criminibus exceptis, semper
intelliguntur admitti, dumodo deponant de
45 gestis per alios sine ipsis, & non de gestis per
ipsos sine alijs; videlicet de illis criminibus,
quæ ipsi cum alijs commiserunt. Gram. d.
cons. 45.n.24. Monticell. in suo Repert. test.
verb. Inhabiles. fol. 74. col. 2. vers. 3. Farinac.
q.62.n.70. Mars. cons. 102.n.7. Anchar. cõs.
24. Gram. cons. 59. nu. 15. Menoch. de arbi-
trar. qq. casu 474. post numerũ 67. lib. 2. Fa-
46 rinac. q.43.n.73. Et parum, aut nihil refert, si
dicatur, quod testis inhabilis potest suppleri
per alios testes inhabiles; quoniã quod nihil
est supplementũ non recipit. l. sed si manen-
te. ff. de precar. Rolan. cons. 16.n.18. vol. 1.
47 Bertaz. cons. 28.n.3. & cons. 234. nu. 1. lib. 1.
Et testium inhabilitas vt suppleatur ex dicto
alterius, requiritur, vt testis supplens non sit
inhabilis. Vt per Aym. cons. 99. n. 10. Corn.
cons. 172.n.20. lib. 2. Gabriel de test. cõclus.
48 5.n.7. lib. 1. seq. Nanq; testis inhabilis non
potest supplere defectum alterius testis inha-
bilis. Bertaz. cons. 41.n.2. Cœphal. cõs. 107.
49 n.11. lib. 2. Ratio est, quia ex pluribus imper
fectis non potest oriri perfectum. Aym. de an
tiq. temp. Testis quid in lib. officialis. n. 17. &
19. Gram. d. decis. 11.n.2. Becc. cons. 85. nu.
20. post alios quos allegat. Immo testis ido-
50 neus, & alius minus idoneus etiam in crimi-
ne hæresis non coniunguntur ad plenã pro-
51 bationem faciendam; quoniã integra, & su-
perabundans fides vnius non supplet defe-
ctum alterius; cum in huiusmodi causa, & ĕt
52 in quauis alia criminali probationes debeãt
esse claræ, & certæ; & requiruntur (vt dictũ
est) testes omni exceptione maiores. l. sciant
53 cuncti. C. de probat. Ita Fœlyn. in c. tertio lo
co. in fin. post Bal. ibidẽ èxt. de probat. quos
sequitur Diaz. in reg. 752. incip. testis valdè
54 dignus. in secunda limitat. Director. inquisit.
3. par. q. 71. Quarè vt ad dicta duorum testiũ
Reus huius criminis condẽnetur; illi ex om-
ni parte fide digni, & integri esse debent: Sin
autem aliter res se se habuerit, pœna ex-
55 traordinaria erit, imponenda, nè propterea
inulta crimina relinquantur; neq; ab hac sen
tentia discrepat Fulcodius in consultationi
56 bus ad inquisitores q. 15. c. 17. Director. In-
quisit. ibidem. Immo supplementum fit in ci-
uilibus non autem in criminalibus. scripsit.
Ias. Auth. si verò contigerit. n. 6. C. de iudic.
Mars. singul. 477. vers. limita tamen, & cons.
109.n.6. Nec aliter dicendum est etiamsi te-
57 stes sint plures inhabiles; quia testium inha-
bilium multitudo, quamuis mille, in crimi-
58 nalibus vnus non potest supplere defectum
alterius; & d. multitudo habet locum in ci-
uilibus, non autem in criminalibus. Ita Bal.
in c. ad nostram. de probat. not. in c. fraterni-
tatis. de test. Vltra quod testes inhabiles, qui
in totum à testificando repelluntur, ex alijs
inhabilibus, ex nimia contestis fide, ex admi
niculis, & præsumptionibus nõ supplentur.
Farinac. d. q. 62.n.341. seq.

SVMMARIVM.

1 *Mendax in vno ex substantialibus non probat, nec in cæteris fidem meretur.*
2 *Mendax non admittitur in testem tanquam falsarius.*
3 *Mendaces lex persequitur.*
4 *Testis falsus antiquitus tallionis pœna erat plectendus.*
5 *Falsi pœna ordinaria de iure est deportatio cũ publicatione bonorum.*
6 *Falsi pœna in libero homine de iure est deportatio cum publicatione bonorum.*
7 *Falsi pœna in seruo de iure est vltimum supplicium.*
8 *Testis falsus secundum aliquos DD. tanquã homicida punitur, si dolo malo deponat.*

Testi

9 *Testi falso de iure Authenticorum sublata est publicatio bonorum.*

10 *Testi falso de iure Authenticorum loco deportationis imponitur exilium.*

11 *Testis falsus tribus personis est obnoxius.*

12 *Testis falsus punitur, quãdo reperitur falsus in interrogatorijs.*

13 *Falsum incurrit ille, qui re integra se ipsum detulit, tamen mitius punitur.*

14 *Testis falsus dicitur ille, qui se in alia causa falsum dixisse fatetur.*

15 *Periurus semel, semper præsumitur periurus.*

16 *Testis falsus dicitur ille, qui in alia accusatione falsum testimonium tulit.*

17 *Testes falsi dicuntur, quando vnus v. g. dicit vidisse aliquem in aliquo loco, & alius in alio loco distanti.*

18 *Testis falsus à testificando repellitur ratione iuramenti, quod est indiuisibile.*

19 *Testis falsus dicitur ille, qui dicit delictum fuisse commissum ante ostium alicuius, cũ fuerit commissum ante ostium alterius.*

20 *Testis quando est falsus in vno in omnibus, & in totum reputatur falsus.*

21 *Testis quando est falsus in vno capite examinis, falsus censetur in alijs.*

22 *Mendax in vno in omnibus dicitur mẽdax, & falsus.*

23 *Dictum testis si in vno probetur falsum, in omnibus est reprobandum.*

24 *Testis falsus dicitur, qui mentitur circa substantialia, & circumstantias principales negocij, de quo agitur.*

25 *Notarius si errauit, vel scienter mentitus est circa accessoria, vel circumstantias negocij de quo agitur, non substantiales, tamen Instrumentum valet.*

26 *Testis falsus in parte redditur periurus, & in totum eius dictum annullatur.*

27 *Mẽdax v.g. super vestibus fidẽ nõ meretur.*

28 *Testis super appendicibus, vel extrinsecis, nẽpè super vestibus interogari non debet.*

29 *Testi asserenti se falsum testimonium tulisse ad instantiam alicuius non creditur.*

30 *Testi asserenti se falsum dixisse precibus, & persuasionibus alicuius non creditur.*

31 *Testi dicenti falsum deposuisse, licet non præiudicet ei, pro quo fuit examinatus, quia standum est primò dicto, tamen nullo modo est credendum.*

32 *Reuocatio dicti facta à teste non præiudicat inquisito.*

33 *Testi dicenti falsum tulisse testimonium ob promissiones sibi factas ab Inquisito non creditur.*

34 *Testis, qui asserit corã amicis suis se falsum dixisse, potest pecunia sine periculo pœnæ induci ad illud propalandum.*

35 *Testes quando verum esse asserunt id, de quo nullam notitiam habent, puniuntur pœna extraordinaria, et q͂ꝫ veritatẽ deposuerint*

36 *Falsi pœna punitur testis, qui prima vice examinatus dixit malefactores non cognouisse, postea contrarium deponit.*

37 *Testis pœna tenetur dicens pecuniam recepisse, & reddit se criminosum.*

38 *Testis falsus dicitur ille, qui variat in vno iudicio ab eo, quod dixerat in alio.*

39 *Falsi pœna punitur, qui deponit falsum in causa capitali, vel contra innocentem.*

40 *Testis pecuniam accipiens ab aliquo, vt testimonium dicat, quamuis testificando dicat verum, tamen de falso punitur.*

41 *Testis pecuniam accipiens ab aliquo, vt testimonium dicat de periurio puniri potest.*

42 *Testi non est credendum contra eũ cuius precibus & mandato dicit se falsũ deposuisse.*

43 *Socius criminis non parit inditium contra consocium.*

44 *Confesso de se non creditur contra alium.*

45 *Socius criminis vt faciat inditium ad torturam contra nominatum, aliæ præsumptiones adesse debent.*

46 *Socius criminis vt faciat inditium ad torturam contra nominatum requiruntur aliæ præsumptiones, quæ tangant crimen.*

47 *Socij criminis nominatio sola facit inditium ad inquirendum tantum.*

48 *Testes si non deponent falsum in substantialibus, sed in aliquibus accessorijs, non vitiantur eorum dicta.*

49 *Testis dicẽs falsũ circa omnino impertinẽtia ad factũ super quo examinatus fuit, nõ punitur, immò in reliquis sibi fides adhibetur.*

50 *Testis si dixerit falsũ circa extranea nõ facit incidisse in falsũ illũ, qui ĩdistictè uult uti eo.*

51 *Testis dicens falsum circa accidentalia non punitur, sed eius dictũ super alijs consistit, & maximè super substantialibus.*

52 *Falsitas circa non substantialia non est in consideratione.*

53 *Testis deponens super inditio remoto non de facto cõsumato, sed de præambulo ad falsũ, nõ sufficit: quia duo requiruntur testes.*

54 *Testis quando eius dictum est nullum, nunquam punitur de falso.*

55 *Falsum dici non potest quod est nullum.*

DISCEPTATIO XVIII.

De Teste Falso.

1 TEstis falsi dictum, seù depositio ad tor-
turam non sufficit contra Inquisitum,
quoniam qui in vno ex substantialibus in
mendacio deprehenditur non solũ non pro-
bat, sed etiam in cæteris fidẽ non meretur.
Vt docent scribentes in c. in nostra de test:
& in l.ex falsis.C.de trãsact.& maximè in fa
cto nocte secuto. Ias.in l.si non speciali.C.de
testam.& in l.non minorẽ.C.de trãsact.Dec.
2 cõs.429.n.13.Vulpell.cons.34.n.5.Immo te
stis mendax non admittitur in testem tãquã
falsarius.l.1.C.de furt. Menoch.cons.37.nu.
173.lib.1.ad not.in l.1.ff.de fals.nã leges p-
3 sequũtur mẽdaces.l.si ex modica.ff. quod cũ
eo.Et testis falsus antiquitus tallionis pœna
erat plectẽdus, ea videlicet, qua Reus punien
dus erat, si obiectum crimen plenè probatũ
esset.Simanc.Enchirid.de fals.test.tit.38.n.2.
Deuter.19.lib.1.l.1.ff.de Sicar.c.hæc imago
33.q.5.Daniellis 13.Verum pœna ordinaria
4 falsi de iure est Deportatio cum publicatio-
ne bonorum.l.1.ad fin.ff. ad legem Cornel.
de Sicar.l.1.§ fin.ff de fals. Mars. Rubr. ff. de
fals.n.3. & 11. Afflict. decis. vlt. n.19. Ce-
phal.cõs.113.n.17.lib.1.Gram.vot.5.Alex.
cons.55.lib.7.Clar.§ falsum. vers. testis, qui
5 falsũ.Menoch.de arbitrar.casu 306.in princ.
Immo falsi pœna in libero, homine est depor
tatio, & omnium bonorũ publicatio.l. 1.C.
eo.quandoq; flamarũ adustio.l.2. C.de fals.
In seruo autem est vltimum supplicium.l. 1.
6 in §.fin. ff.eo.Et pari pœna puniuntur faciẽs,
& fieri faciens.l.filius.in princ. ff.eo.l.1.§.de-
7 iecisse.ff.de vi, & vi armata. Non desunt tñ
nonnulli DD. qui dicunt, quod testis falsus
in criminalibus tanq̃ homicida punitur, si do
lo malo deponat. Text. egregius in l.1. post
princ.ibi quod falsas testationes. Vbi Mars.ff.
de fals.quẽ Text. reputauit singularẽ Bal. in
§ iniuria.ad fin de pac. iuram. firman. Et an
tũc puniatur similitudine supplicij, & quan-
do deserit. Ror.decis.Pedem.19.& distinguit
quã in Prax.obseruat Cõstit.March.Glos.D.
num,

num. 1. fol. 294. Cæterum d. bonorum publicatio fuit sublata de iure Authenticorum;
9 loco vero deportationis successit exilium. Glos. l. exiliũ. ff. de interdict & relegat. Clar.
10 q. 71. vers. dixi autẽ. Quæ pœna nec per reiterationem augetur. Clar. q. 84. vers. Sed hic videntur, maximè cum sumus in primis de-
11 lictis. Boer. decis. 219 col. 1. vol. 2. Et testis falsus tribus personis est obnoxius. Primũ Deo cuius præsentiam contemnit. Deinde Iudici, quem mentiendo fallit. Postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Director. Inquisit. lib. 3. Schol. 128. fol. 282. Verum vt huiusmodi materia benè intelligatur, necesse est, quod primum dicatur de illis, qui verè dicuntur falsi, & possunt puniri de falso; Deinde de illis qui non dicuntur falsi, nec pos-
12 sunt puniri de falso. Primo igitur dicitur, ꝙ de falso puniri potest, qui est falsus in interrogatorijs, negans v. g. se affinem, vel inimicum, & similia, ideo in totum reprobatur, & reputatur falsus. Farinac. q. 67. n. 284. Secun-
13 do ille punitur de falso, qui re integra se ipsum detulit; tamen mitius cum eo agendum est, & eo magis si participes criminis Iudici indicauerit: Hoc enim publicè interest, & legibus, & exemplis comprobatur. l. 1. C. de his, qui se defen. lib. 10. l. 1. de deserto. & occulta. lib. 12. l. quis quis §. vlt. C. ad l. Iul. maiest. Igneus in l. 3. §. si ex stipulatu. ff. ad Sil-
14 lan. Simanc. Enchirid. de fals. test. tit. 38. Tertio dicitur falsus ille testis, qui fatetur, se in alia causa falsum dixisse, & in necessariã consequentiam se in periurium incedisse prædicat. prout dixit Text. c. sicut nobis. in fin. quia
15 semel periurus, semper præsumitur periurus, & nullam fidem facit. c. testimonuim. de test. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 156. propè fin. Vbi apertè dicit, quod DD. contrarium tenentes non possunt res-
16 spondere huic ratione & fundamento periurij. Prout etiam repellitur, & dicitur falsus ille, qui falsum testimonium tulit in aliqua accusatione. Bal. in Rubr. l. qui accus. nõ poss. Angel. in tract. malef. in verb. & ad quærelam Titij. n. 33. Ratio est propter suspicionẽ, quia nihil dolosius doloso. Nouell. in tract.
17 de defens. car. 84. nu. 40. Quarto quod testis vnus dicens v. g. vidisse aliquem in aliquo lo-
18 co, & alius dicens vidisse in alio loco ab ipso distanti, vterq; est falsus, & in omnibus repellitur ratione iuramenti, quod est indiuisibile. Innoc. in c. fraternitatis. de hæret. Bart. cons. 87. col. 2. Crauett. cons. 9. n. 10. Abb. & in in c. testimonium. nu. 3. de test. Oldrad. cons. 37.
19 Alex. l. si ex falsis. n. 15. de transact. Dec. cõs. 105. Soc. Iun. cons. 41. n. 12. lib. 2. Prout etiã vnus dicens delictum fuisse commissum ante ostiũ alicuius, cũ fuerit cõmissum ante ostiũ alterius, nõ probat. Bal. post Glos. in l. testiũ. C. de test. not. c. cũ in causa. de test. Alex. cõs. 116. lib. 1. Soc. Iun. cons. 86. n. 2. & 25. seq.
20 Quinto dicitur, quod testis falsus, seù mendax in vno, in omnibus, & in totũ reputatur falsus, & mendax, & cõtra Poeta dicẽdũ est.

Et crimine ab vno disce omnes.

not. in d. c. fraternitatis. de hæret. Vulpell. cõs. 156. n. 7. nam perhibẽs testimonium falsum
21 in vno capite examinis falsus in alijs censetur. Vulpell. cõs. 138. n. 5. Et post multos Anton. Gabriel. lib. 7. conclus. 4. nec dissentit Bertaz. cons. 106. n. 14. Menoch. cons. 94. in fin.
22 lib. 1. quia in vno mendax (vt dictum est) & falsus in omnibus dicitur mendax, & falsus, & mẽtiri præsumitur. Crauett. cons. 282. col. pen. vers. Quarto dico Abb. in d. c. testimoniũ n. 3. de test. Veronen. cõs. crim. 32. col. 4. vers. quinta ratio. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 22. Et id ratione iuramenti, ꝙ est indiuisi-
23 bile (vt dictũ est.) Ex quibus igitur infertur, quod testis dictũ si in vno probatur falsum; non solũ in illo; sed in totum ẽt reprobandũ est. Arg. 3. q. 9. pura. ff. de Edilit. Edict. cũ eiusdem de vn. dist. 4. c. non liceat. & expressius 9 distin. si ad sacras. Vbi de hoc, & ibi habetur dictum Bart. quod ẽt tenuit in c. vener. Quin-
24 to Quod verum est, qñ Tabellio, seù Notarius, vel testis mentitur circa substãtialia, vel circumstantias principales negocij, de quo agitur; puta cum ageretur inter contrahẽtes de boue, Tabellio scripsit de Asino; vel de pecunia argentea, & ipse posuit de aurea; vel agebatur inter P. & M. & ipse scripsit inter G. & D. arg. in eo, quod legitur, & no. de descript. significante: Ratio est, quia nunquã debet Ponere in Instrumẽto, vel testimonio, nisi quod in veritate nouit, & iudit. Director. In-
25 quisit. 1. par. pag. mihi 167. n. 3. Nec potest in hoc allegari ignorantia. 3. q. 9. testes, & in c. hortamur, & c. pura. Si aũt errauit, vel scienter mentitus est circa accessoria, vel circũstantias negocij, de quo agitur, nõ substantiales, valet instrumentũ, vel dictum testis quoad substantialia. Vt si dicat, contrahentes esse de alia terra, quam sint, vel consanguineos, vel affines aliorũ, quam sint. Ratio est, quia non consistit in his officium Notarij, vel testis; nihil enim facit ad contractum, vel testi-

monium vndecunq; sint contrahentes. Di-
26 rector. ibidem num. 4. Et id dicitur ad no-
strum propositum, quod Notarius, seù testis
in parte falsus in substantialibus redditur
periurus, & in totum eius dictum annullatur.
Ad not. per Innoc. in d.c. fraternitatis de hæ
27 ret. Alex. cons. 134. num. 9. lib. 2. Sexto
quod testis mendax super vestibus, vel ae-
ris serenitate fidem non mæretur. Vulpell.
cons. 138. num. 10. & testis super appendici-
28 bus, vel extrinsecis, nempè super vestibus
vel aeris serenitate, seù qualitate, nisi suspe-
ctus sit, interogari non debet. Guigliel. in
spec. tit. de test. §. Iam. de interogatorijs. n.
16. Alex. cons. 5. lib. 1. & cons. 153. num. 8.
in 5. Vulpell. cons. 138. num. 10. Septimo
29 quod testi, qui asserit, se testimonium fal-
sum tulisse ad instantiam alicuius, non cre-
ditur. Marian. Iun. cons. 39. num. 54. vol. 2.
Ruyn. cons. 15. col. fin. lib. 5. Bero. cons. 58.
quem omninò vide. Menoch. cons. 37. num.
30 46. Immo asserens se falsum dixisse preci-
bus, vel persuasionibus alicuius non atten-
ditur in præiudicium alterius. Anchar. cons.
23. Dec. cons. 189. num. 5. in fin. vol. 1. &
nullum parit inditium, quia dicitur periurus,
contrarius, & infamis. l. qui falsa, vel varia. ff.
31 de test. & l. eos. ff. eo. tit. Octauo quod testi
dicenti falsum deposuisse, licet non præiudi-
cet ei, pro quo examinatus fuit; quia stan-
dum est primo dicto; tamen quo ad se nullo
modo est credendum. scripsit Fœlyn. c. cum
in tua. de test. Bart. & Angel. l. si quis in graui.
§. si quis moriens. ff. ad Sillan. Abb. c. sicut no
bis. in tertio notab. de test. Quod habet lo-
cum, tam si testis reuocet extra iudicium.
Bart. l. generaliter. in fin. quam si iudicialiter
cum iuramento deponat. Fœlin. d. c. sicut. in
primo notab. de test. Quod procedit, etiamsi
testis reuocans, & deponens contrarium esset
in articulo mortis constitutus. Fœlyn. in c.
litteras. col. pen. de præsumpt. quod ampliat,
etiamsi essent plures testes. Vt not. in d. c. Si-
32 cut. prout etiam alia ratione d. reuocatio te-
stium Inquisito non præiudicat, quia in casi-
bus, in quibus reuocatio testium potest par-
ti præiudicare, pro qua deposuerunt vti te-
stes, & in formam testium: Secus si depone-
rent vti Rei, & in iudicio contra eos moto;
quia tunc finis accusationis tendit vti testes
puniantur de falso; non autem vt iudex eo-
rum dicta non sequatur. Vt declarat Ruyn.
33 cons. 15. vol. 5. & faciunt tradita per Soc.
cons. 253. col. 2. vol. 2. Immo testi dicenti fal
sum tulisse testimonium ob promissiones si-
bi factas ab Inquisito, non creditur in præiu-
dicium illius, pro quo iam deposuit. Bart. &
Angel. in l. si quis in graui. §. si quis mo-
riens. ff. ad Sillan. Abb. in d. c. sicut nobis in
34 tertio notab. de test. Nono quod testis, qui
asserit coram amicis suis, se falsum dixisse,
potest pecunia sine periculo pœnæ induci ad
illud propalandum, Boss. de opposit. contra
35 test. num. 149 Decimo quod testes, quan-
do verum esse asserunt id, de quo nullam ha-
bent notitiam puniuntur, etiam quod veri-
tatem deposuerint; tamen pœna extraordi-
naria. Anchar. cons. 24. Dec. in l. 2. num. 11.
ff. quod quisque iur. Vulpell. cons. 75. nu 6.
36 Vndecimo quod testis, qui prima vice exa-
minatus dixit, malefactores non cogno-
uisse, postea contrarium deponēs falsi pœna
punitur. Vulg. l. qui falsa, vel varia. ff. de test.
Vulpell. cons. 76. num. 1. Bal. cons. 492. vol.
5. in fin. Ioan. Monac. c. accusatus. col. 2. nu.
37 7. de heret. in sexto. Duodecimo quod
testis dicens se recepisse pecuniam pœna te-
netur, & reddit se criminosum. l. 1. ff. de Si-
car. Innoc. in d. c. testimonium. de test. Deci-
38 mo tertio quod testes si varient in vno iudicio
ab eo, quod dixerat in alio, secundū dictum
non valet, sed primum, & punitur de falso;
& id intelligitur, quando variat inter diuer-
sas personas in diuersis causis, & instantijs.
39 Boss. tit. de opposit. contra test. num. 3. Deci-
mo quarto quod testes, quando deponit fal-
sum in causa capitali, vel contra innocentem
punitur pœna falsi. Fœlyn. in d. c. fraternita-
40 tis. in fin. de hæret. Decimo quinto quod te-
stis pecuniam accipiens ab aliquo, vt testimo
nium dicat, quamuis testificando dicat ve-
rum, tamen de falso punitur. Bart. in l. 1. in
fin. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & in l. Diuus.
col. 2. de re iudic. Fœlyn. in c. licet causam.
col. 19. de probat. Spec. in tit. de test. §. 1. vers.
sed quid, si testi. & ibi Ioan. Andr. in Addit.
Paris. tract. de Scindic. fol. 38. col. 1. Fœlyn.
41 in c. in primis verbis. Immo ne dum de fal-
so, sed etiam de periurio potest puniri. Salyc.
in l. si quis testibus. col. fin. in q. 5. C. de test.
42 Decimo sexto quod testi, quamuis de falso
puniri debeat, non est credendum contra eū,
cuius precibus, & mādato dicit se falsum de-
posuisse. Anchar. cons. 24. col. 1. & 2. Fulgos.
cons. 107. col. 3. Dec. cons. 189. n. 8. Ruyn.
43 cons. 146. n. 8. Ratio potissima est, quia so-
cius criminis non parit inditiū contra cōso-
44 ciū; & de se confesso nō creditur contra aliū.

c.1. de confess. Et id procedit, etiamsi depo-
suisset in articulo mortis. Rolan. cons.16. in
fin. & cons.173.vol.1. Vbi quod ita fuit iu-
45 dicatum. Et alia subest ratio, quia vltra dictū
socij criminis debent adesse aliæ præsūptio-
nes contra consocium nominatum, ad hoc
46 vt torturæ subijciatur. Vt tradit Glos. in c.1.
de confess. Et sic vult, quod concurrant aliæ
præsumptiones, quæ tamen crimen tangant,
ob illam dictionem Aliæ, quæ est relatiuā,&
repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos.in l.
47 quidam relegatus. in verb. amicis.ff. de reb.
dub. nanq; sola nominatio socij criminis fa-
cit inditium ad inquirendum tantum, non
autem ad torturam secundum Bal.& Angel.
in l.etsi certus.ff. ad Syllan.

Ex infradicendis testes nō dicuntur falsi, nec possunt puniri de falso.

48 Decimoseptimo. è contra dicitur, quod qn̄
testes nō deponūt falsum in substantialibus,
sed in aliquibus accessorijs non vitiantur eo-
rum dicta. Spec. in tit. de test. §. 1. ver. Item
quod de suo. Ang.cons.194. incip. viso pro-
cessu. Bal.in l. de quibus.col.2.ff. de reb.cre-
dit.Nouell.in pract.crim.tract.de defens.car.
49 48.n.40. Immo testis si dixerit falsum circa
extrinseca non facit incidere in falsum illum
qui indistinctè vult vti eo. Boss.tit.de fals.n.
50 146.n.159. Decimo octauo quod testis di-
cens falsum circa omninò impertinentia ad
factū, super quo examinatus est, quæ aliqui
ex naturalibus accidentalia, seù extrinseca ap
pellant, nè dum non punitur, sed in reliquis
fides sibi adhibetur. Vt post Bal.in l.si ex pla
gijs.vers. Item domum. C.de transact. Boss.
tit.de fals.n.147.& tit.de tortu.test.33.Butr.
& Angel.in l.lucius.ff.de his,qui not.infam.
51 Vulpell.cons.138.n.6. Immo non solum nō
punitur, sed eius dictum super alijs subsistit,
& maximè super substantialibus. Riminal.
52 sen.cons.56.nu.9. lib.1. dicens quod falsitas
circa non substantialia, non est in considera-
tione.Corn.cons.196. in 2. Clar.§.fin.q.53.
53 Decimo nono quod testis deponens super
inditio remoto, non de falso consumato, sed
de præambulo ad falsum, non sufficit ad tor
turam; quia requiruntur duo testes. scripsit
Riminal.Iun.cons.723.n.28.seq. Et tentatus
probat contra tentantem, si docuerit se tenta
tum, aliàs de facili posset quis offendi à teste
allegando se tentatum, quod absurdum vi-
54 detur.Riminal.Iun.d.cons.723. n.2. Vigesi-
mo quod testis quando deponit falsum, cu-
ius dictum est nullum, nunquā potest puniri
55 de falso: Ratio est, quia quod nullum est, nō
potest dici falsum.l.4.§. condemnatum.ff.de
56 re iudic. Vigesimo primo quod testis nec fal-
si, nec stellionatus pœna punitur, si absit do-
lus, & partis præiudicium. Cyn.& Salyc.l.1.
n.8. C.de sepul.violat. Riminal.sen.cons.56.
57 n.9.lib.1. Cū enim cessat dolus, stellionatus
crimen cessat. l.3. §.1. de crim. stellionatus.
Soc.Iun.cons.39. n.85.cōs.41.n.8. Vulpell.
cons.144.n.5.seq.Immo non punitur de fal-
so, vbi fieri potest, vt non adsit dolus. Boss.
58 tit.de publicat.process.n.37.Vigesimo secun
do quod testis, qui falsum dicere promisit, si
ipsum pœnituit non secuto effectu, falsum cō
misisse non dicitur, nec aliqua pœna punitur.
59 Bart.l.Diuus.n.20.ff.de re iudic.Vulpell.cōs.
103.n.3. Et quod testis veritatem taceat, vel
falsum dicat, differūt. Vulpell.cons. 164.n.7.
Vigesimo tertio quod testis falsus, qui nota-
60 biliter non nocuit, aut notabiliter nocere no-
luit falso testimonio in causa hæresis, curiæ
61 seculari non est tradendus: nā qui adeo exi-
tiosus non fuit; sed tantum in obiectorum,
vel defensionum, probatione peierauit, pœ-
na arbitraria pro qualitate criminis est puniē
dus. Angel.& Ias.in l.si duo patroni.§.vlt.ff.
de iureiur. Soc.sen.cons.103. cum seq. lib.1.
Ioan.Bernard. in pract.c.87. Simanc. Enchi-
rid.tit.38. de fals.test. n.4. Boss.tit. de fals.n.
62 88. Vigesimo quarto quod testium dicta ad
euitandum falsum sunt benignè intelligenda
& non cauillanda, sed adiuuanda; etiāsi opor
teat verba improperando, vel suadendo. Ad
not. in c.cum tu.de test. & per Imol.& DD.
in l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb. obligat.
63 Et id vt excludatur falsitas: Sēper enim stri-
cta debet fieri interpretatio. Bal.c.ius gentiū.
§. quod ferè.ff.de pac. & in l.Imperator.col.
64 3.ff.de stat.homin.Gram.cons.33.n.9.Vige-
simo quinto quod testis dicens falsum ad fa-
uorem Rei à pœna falsi excusatur. Alex.cōs.
55.vol.7. Et ideo statutum dictans, quod te-
stis falsus in causa criminali deponens punia
tur eadem pœna, qua debet puniri is, contra
quem testimonium fertur, non habet locum
in eo, qui deposuit ad fauorem Rei. Alex. d.
65 cons.in fi. Vigesimo sexto quod testis credēs
homini bonæ conditionis, & famæ excusan-
dus est, si falsum deposuit. Ias. l.1. col. 3. in
princ. ff. de eo. per quem factum erit. Marc.
Mant. cons.278.n.33. Immo testis, qui dicit
se scire id, quod non sciebat, nisi ab homine

bonæ famæ, non tenetur de falso. Bofs. tit.
66 de falf. n. 170. Vigesimo septimo quod testis, quando commisit falsum in depositione nulla ex defectu formæ; quia v. g. ipsi non fuit datum iuramentum, & quid simile; non potest puniri de falso. Bart. in l. si quis legatum. ff. ad l. Cornel. de falf. in ver. Vos scire debetis, vbi ponit casum coram Notario dixit scribe, quod ego testificor, & deposuit falsum, nihilominus concludit, quod non est puniendus: Ratio est, quia dictum nullum testis ex defectu formæ, scilicet iuramenti, sine quo testi non creditur, nemini nocere potest. l. iusiurandi. & in l. non solũ
67 C. de test. Vigesimo octauo quod testis falsus, etsi regulariter non probet; tamẽ probat, quando est falsus super eo, quod si expressisset, eum à testimonio non repelleret. Bal. l. si ex falsis. in fin. C. de transac. Mascard. de
68 probat. conclus. 1040. num. 4. seq. Vigesimo nono quod testis deponens extra iudicium non potest puniri de falso. Bofs. tit. de falf. n.
69 102. Trigesimo quod testis non incidit in falsum, si prius dixit se nescire, vel non recordari, deinde dicat contrarium. Aut si prius dixit scire, & recordari, & postea dixit nescire, & non recordari. Bofs. tit. de falf. num. 135.
70 Trigesimo primo quod testis, qui iusta credulitate ductus dicit aliquod falsum, excusa-
71 tur à falso. Bofs. tit. de falf. n. 137. Trigesimo secũdo quod testis, qui prius dixit se credere, & postea dicit se non credere, non incidit in
72 falsum. Bofs. tit. de falf. num. 136. Trigesimo tertio quod testis, qui mentitur super generalibus, quarè non incidat in falsum. Vide
73 Bofs. tit. de falf. num. 148. Trigesimo quarto quod testibus examinatis, & postea mortuis si quis eorum depositionibus vsus fuerit, nõ potest argui de falso; quia falsitas ostendi nõ potest, cum dd. testes mortui nõ possint amplius torqueri. Bofs. tit. de publicat. procefs.
74 num. 38. Trigesimo quinto quod testis deponens in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium, nõ probat, & statur dicto in iudicio, sed diminuitur de fide; tamen non
75 punitur de falso, si dictum extraiudiciale fuit sine iuramento, quia tunc reperitur inter duo iuramenta contraria, punitur de falso. Bofs.
76 tit. de opposit. contra test. n. 3. Trigesimo sexto quod testis, quando deponit super facto principali verum, licet sit varius in circumstantijs, & in illis mendacium deponat, eius dictum non impugnatur, non potest puniri de falso. Butr. c. cũ causam. de test. Alex. cõs. 24. col. fin vol. 2. Dec. conf. 100. Caputaq. decif. 270. lib. 3. n. 2. Gabr. commun. conclus.
77 4. n. 12. de malef. Trigesimo septimo quod. testis, quando dicit verũ in dicto, licet dixerit mendacium in redditione causæ non potest aliqua pœna puniri. Hieron. Gabriel conf. 169. nu. 15. seq. lib. 1. Bertaz. conf. 8. nu. 26. Vbi de comuni & conf. 140. num. 4. lib. 1. & conf. 517. n. 10. lib. 2. Vbi firmat hanc opi-
78 nionem pro communi. Trigesimo octauo quod testis, quando deponit falsum in causa ciuili non potest puniri pœna falsi; sed tantũ
79 punitur pœna falsi, quando deponit falsum in causa capitali, vel contra innocentem. Fe-
80 lyn. d. c. fraternitatis. in fin. de hæret. Trigesimo nono quod testes, licet vnus deponat plusquã alter, & sint contrarij in accessorijs nullo modo possunt puniri de falso. Ità Bal. in l. penult. circa fin. vers. Item. hæc vera. C. de transact. Vbi etiam Salyc. dicens, quod quotidie ità practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Fama bona probata Rei omnia purgat inditia si qua remanerent contra eum.*
2 *Fama bona tollit illa inditia, quæ erant sufficientia ad semel torquendum Reum.*
3 *Fama bona etsi sit probata in genere tollit inditia de delicto in specie.*
4 *Fama bona probata tollit malam famam probatam, quamuis fuerit probata per plures testes, & bona fama per pauciores.*
5 *Testes pauciores Rei præferũtur pluribus fisci.*
6 *Fama bona purgat famam malam.*
7 *Fama bona tollit omnem sinistram opinionẽ, seù suspicionem, etiamsi extarent inditia ad torturam.*
8 *Fama bona taliter debilitat inditia contra Reum laborantia, vt si aliàs ex illis posset iure torqueri stante bona fama torquendus non est.*
9 *Fama bona elidit inditia, quamuis essent sollemnia, & legitima.*
10 *Fama bona tollit famam malam, delicti præsumptionem, inditium ad torturam & probationes factas adiuuat.*
11 *Fama bona probata Inquisiti facit corruere ipsam inquisitionem.*
12 *Fama bona tollit præsumptionem delicti concurrente præsumptione naturali.*
13 *Fama bona, laudabilis vita, honestas, & bona opinio apud bonos viros tollit inditium, quod resultat ex iuris dispositione.*

14 *Fama*

14 *Fama bona praualet mala fama fauore defensionis.*
15 *Famæ bona probatio fidem testium minuit.*
16 *Famæ bona probatio in specie multum confert, & dicta testium multum eneruat, & infringit.*
17 *Famæ bona probatio in delictis, quæ à probis uiris cōmitti nō cōsueuerūt, valdè prodest.*
18 *Famæ bona præsumptionem violētē minuit.*
19 *Fama bona facit cessare omnē culpam v.g. de cadauere reperto in domo, si ignoretur occisor, & non torquetur habitans, si est bonæ famæ.*
20 *Fama bona probata Rei est inditiū innocētiæ ipsius, & quamuis sit vnum; tamen tollit omnia inditia, etiam indubitata cōtra ipsum existentia.*
21 *Inditio nunquam statur, vbi possibile est, rem aliter se habere, vel esse.*
22 *Inditium vnum tollit aliud.*
23 *Præsumptio vna tollit altam.*
24 *Fama bona probata Rei tollit inditium ad torturam.*
25 *Inditium vnum pro Reo tollit aliud fisci.*
26 *Coniectura contraria quando adsunt, illa est eligenda, quæ excludit delictum.*
27 *Inditium vnum innocentiæ pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus ipse torqueri possit.*
28 *Probatio Rei quamuis dubia, imperfecta, & non plena taliter offuscat, & obnubilat probationem Instigatoris, quod sequi debet absolutio.*
29 *Famæ bona probatio, cum dubia sint inditia prodest ad torturam excludendam.*
30 *Famæ bonæ probatio multum operatur quādo sumus in dubio, an inditia sufficiant ad torturam.*
31 *Beneuolentia Inquisiti cum venenatis tollit omnem dolum præsumptum.*
32 *Fama bona plenè probata multum operatur ad excludendam falsitatem.*
33 *Fama bona plenè probata Rei tollit inditia ad torturam resultantia contra ipsum ex dicto socij criminis. quamuis simus in exceptis & atrocissimis delictis.*
34 *Famam bonam probantibus magis creditur, quam malam, maximè quādo inuerisimilia deponunt.*
35 *Testis inhabilis ad fauorem Rei plenè probat.*
36 *Famam bonam duo testes ad defensā inducti plenè probant, & quamuis pauciores præferuntur pluribus deponentibus de mala fama.*
37 *Famam bonam vnicus testis plenè probat & maximè quando fuit inductus à fisco.*

DISCEPTATIO XIX.

De Fama bona Rei.

1 FAma bona Rei quando fuit probata, tortura nullo modo potest infligi; quoniā bona fama probata omnia purgat inditia, si quæ remaneant contra eum. Parif. cons. 153. vol. 4. num. 35. Gratt. cons. 57. vol. 2. nu. 23. seq. Cason. de indit. & tortu. tract. 1. c. 2. Rubr. de fama Reorum. n. 9. Io. Arnon. soliloq. 37. Vbi attestatur de communi. tradit Hyppol. cōs. 130. num. 48. Marſ. conſ. 130. col. fin. num. 48. Et ideo dicit Blanc. in pract. crim. fol. 128. secundum paruam impressio-
2 nem num. 27. quod fama bona tollit illa inditia, quæ erant sufficientia ad semel torquēdum Reum; & quod, etiamsi sit probata in
3 genere, tollit inditia de delicto in specie Marſ. post multos in §. diligenter. n. 196. & tribus seqq. Cuman. cons. 135. ad primum col. fin.
4 Vcionen. cons. crim. 39. n. 42. Et hac ratione quidem quia fama bona probata tollit malam famam probatam. Card. c. tuæ. in fin. de sponſ. Hyppol. cons. 72. nu. 20. & 24. in fin.
5 Crott. tract. de test. par. 4. n. 158. quāuis fuerit probata ꝑ plures testes, & bona fama per pauciores; quia pauciores Rei preferuntur pluribus fisci. Cuman. d. cons. 135. col. fin.
6 Gratt cons. 45. vol. 2. n. 3. Et d. mala fama nō solum purgatur per bonam famā. Idē Gratt.
7 d. cons. nec non tollitur omnis sinistra suspicio. Aym. cons. 145. in fin. Boer. d. decis. 165. in fin. quod procedit, etiamsi extarent inditia ad torturam. Gram. decis. 60. n. 9. & 12. Parif. cons. 151. n. 3. lib. 4. Bart. in l. 3. §. Sed si
8 ex improuiso. ff. de re milit. Iaſ. cōſ. 153. vol. 2. in fin. Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. sed etiam taliter inditia contra Reum laborantia debilitantur; vt si aliàs ex illis posset iure torqueri, stāte bona fama torquendus non est. Bal. cons. 140. n. 5. vol. 2. Hyppol. Riminal. cons. 290. nu. 22. seq. lib. 3. Farinac. cons. 23. n. 32.
9 quoniam elidit inditia quamuis essent sollēnia, & legitima. Marſ. cons. 130. col. fin. n. 48. In tantum quod ex inditijs, si quæ extarent, vt supra dictum est, Reus amplius torqueri
10 minimè posset. Iaſ. & alij vbi supra. Immo fama bona tollit famam malam, delicti præsūptionem, inditium ad torturam, & probationes factas adiuuat. Farinac. q. 47. n. 86. Baiard.

11 iard.q.60.nu.86. nec non etiam fama bona probata Inquisiti facit corruere ipsam inquisitionem. Vt eleganter tradit Fulgos.cõs.153 incip.ad primum in 2.col.Nouell.in tract.ad
12 defens.car.59.n.39. Additur quoq; quod bona fama tollit præsumptionem delicti concurrerente præsumptione naturali.Bal.cons. 79.n.2. vol.5. Idem Nouell. ibidem.nu.41.
13 Immo fama bona, laudabilis vita, honestas, & opinio bona apud bonos viros tollit inditium, quod resultat ex iuris dispositione.Bal. Angel.& alij in l.fin.ff.de hæred.instit.Hyppol.& Imol.in l.qui falsam. n.116.ff.de fals.
14 quia fama bona præualet malæ famæ fauore
15 defensionis. Boss. tit. de fauoribus defens.n. 13. Et famæ bonæ probatio fidē testium minuit. Venafr.cons.vlt.ex prima impress.Vulpell.cons.11.n.8. Immo famæ bonæ proba-
16 tio in specie multum confert, & testium dicta multũ eneruat, & infringit. Bart.in l. nō omnes.§.à barbaris.de re milit. Dec. cons.189. Alex.cons.14.n.9.in 5.Mars.cons.130.& in
17 §. diligenter. n.296. Vulpell.cons.12. n.15. Vltra quod famæ bonæ probatio in delictis, quæ à probis viris committi non consueuerunt, valdè prodest. Alex.d. cons.14. lib.3. Videre est præsertim quando inditia sunt remota, & non proxima. Alex.cons.77. lib.1. Natt.cons.42.n.10.tom.1. Vulpell. cõs.149.
18 n.6. Immo bona fama præsumptionem vio-
19 lentem minuit.Boss.tit.de conuict.n.39. facit cessare omnem culpam v. g. de cadauere reperto in domo, si ignoretur occisor, non torquetur habitans si est bonæ famæ. Ita Bal. in l.1. C.locat.& Rubr.C.deposit.Nec ab re
20 videri debet, quia fama bona probata Rei, quæ est inditium ipsius innocentiæ, quamuis sit vnum tantum inditium; tamen tollit omnia inditia etiã indubitata contra ipsum existentia.Ias.l.fin.in fin.C. commun. delegat.l. Diuus.& ibi Bart. ff.de in integr. restit. Hinc
21 infertur, quod vbi possibile est, rē aliter sese habere, vel esse, nunquam statur inditio. Iacob.Butr.l.fin.C.de probat.Castr.cons.273.
22 col.1.vol.1.Soc.cons.8.col.3. vol.1. Et vnũ inditium tollit aliud.l.Diuus.& ibi Bart.ff.de
23 in integr.restit. Et vna præsũptio tollit alias. c.tuam.& ibi Glos. de sponsal. Adhæc fama
24 bona plenè probata Rei tollit inditiũ ad torturam.Ità Bal.in l.1.in fin. C. locat. Blanc.de indit.nu.414. Boss.tit.de indit. n.52. Cirill. summ.crim.par.3.Rubr.de quæst.§.9.nu.4. Vbi quod tale inditium non operatur. Nec
25 est nouum, quod vnũ inditiũ Rei tollat aliud Fisci. d. l.Diuus. ff. de in integr. restit. Mars. cons.109.n.29.Gram.cons.13.n.9. & decis. 18.nu.5.Foller.in pract.in verb. Dantur ca-
26 pitula.n.47. Vbi quod si adsunt coniecturæ, illa est eligenda, quæ excludit delictum. Et
27 vnum inditium innocentiæ pro Reo tollit omnia inditia, ex quibus ipse torqueri possit. Vt Ias. in l. fin. in fin. C. commun. delegat. Hinc est, quod in criminalibus probatio Rei
28 quamuis dubia, imperfecta, & non plena taliter offuscat, & obnubilat probationem Instigatoris, quod sequi debet absolutio. Corn. cons.134.vol.4.col.fin.Ias.post Bart.in l.nō solum.§.sciendum.col.2.ff.de no. ope. nunciat.vers.secunda conclusio Bart. Vnde famæ
29 bonæ probatio, cum dubia sunt inditia, ad torturam excludendam non solũ prodest. Alex.l.fin.ad Bart.ff.de quæst.Dec.cons.188.
30 Cæpol. cons. 40. Mars. cons. 130. Vulpell. cons.17. nu.5. Sed etiam multum operatur, quando sumus in dubio, an inditia sufficiant ad torturam. Idem Vulpell. cons. 105. quo semper loquitur, quando sumus in dubio an Inquisitus, vel Domesticus opposuerit venenum, & cons.125.n.26 Bursatt.communem
31 dicens cons.116.n.21.& 34.& etiã 19.lib.1. Et beneuolentia Inquisiti cum venenatis tollit omnem dolum præsumptiuè. Dixit Hyppol.l.vnica.n.207.C. de rapt.virg. Glos.l.1. vers.non occidendi. C. de sicar. non autem quando ex sententia plenam probationem
32 habemus. Deniq; fama bona plenè probata multum operatur ad excludendam falsitatē. Prout in specie scripsit Bal.l.2.C.de fals. Veronen.cons.21.n.24.post alios, quos allegat. Becc.cons.78.n.26.ac etiam tollit inditia ad
33 torturam resultantia contra Reum ex dicto socij criminis, quamuis simus in exceptis, & atrocissimis delictis. Carrer. in pract. crim.in 2.tract.de indit.& tortu.§.octauum Inditium n.13.seq. Grã. cõs.21.n.10.& cõs.35.n.25. 49.& 50.& cõs.62.n.1. & cons.70.n.7. Vbi loquitur de dictis duorũ sociorum criminis. & decis.28.n.17.Paris.d.cõs.151.n.13.lib.4. Soc.Iun.cõs.39.n.66.lib.2. Mascard. de probat.lib.3.conclus.1311. Honded. cons.100. nu.4.& 20. Et hoc intelligitur, quando inditia dd.duorum sociorum criminis non superant bonam famam. Sed quid multa? illud omninò sciendum restat, quod famã bonam probantibus magis creditur, quã malã.
34 Corrad.in pract. Rubr. personas testium aggrediendo. in princ.sub.nu.5. fol.74.Rolan. cons.14.n.55.lib.1.Menoch.de retinen.possess.

sess. in tertium remedium.n.723. Farinac.q. 65. n.151. Marss. cons.72.nu.20. Natt.cons. 462. n.10. Crauett. cons.8.nu.8. Et maximè quando deponunt inuerisimilia. Vt per Gabriel. tit de test. conclus.4. num. 28. Ratio
35 est quia etiam testes inhabiles probant innocentiam Rei,& eius defensionem. Curt.Iun. cons. 343. Suarez.& in commun.opin.vers. testes in criminalibus pag. mihi 170. col.1. lib.1. Farinac. cons.6.n.41. Nec non fauore
36 defensionis duo testes ad defensam inducti plenè & optimè probant famam bonā, qui licet pauciores præferuntur pluribus deponentibus de mala fama. Cuman.d.cons.135.
37 col. fin. Immò famā bonā testis licet vnicus sit,plenè probat,& maximè quando fuit inductus à Fisco. Paris.cons.20.n.1.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Fama mala sola non sufficit ad torturam.*

2 *Fama mala non sufficit ad torturā,nisi testes deponant de causa,ex qua orta fuit.*

3 *Fama mala, quādo eius causa nō est probata, non facit inditium,nec probationis gradū.*

4 *Fama mala,vt probetur, necesse est, ut testes exprimāt causas,& inditia,ex quibus orta fuit.*

5 *Fama mala nō habens ortum ex aliqua veri simili causa,ratione,& coniectura nullam probationem facit.*

6 *Fama mala debet habere originem ex aliqua probabili causa,alias est vana vox populi, & ideò non attendenda.*

7 *Fama mala non dicitur probata, quando non est solida,& inconcussa.*

8 *Fama mala debet habere ortum ex probabilibus causis, ex quibus arguatur, ità credendum esse.*

9 *Fama mala non dicitur probata, quando testes interogati de causa, illam ignorant.*

10 *Famam malam,testes dicere debent habuisse originem in loco commissi delicti, aliàs non probant.*

11 *Fama mala qando non probatur,ex qua causa ortum habuit,nil aliud est, quam dicta gentium ex imaginaria opinione seù credulitate procedens.*

12 *Testium credulitas quamuis fide dignorum non condemnat Reum.*

13 *Fama mala vt probetur,causæ probabiles necessariò adduci debent, quibus populus ad ità credendum adductus fuit.*

14 *Famam malam testis non probat, nisi in specie dicat causas, cur Reus sit malæ famæ.*

15 *Fama mala vt probetur, non sufficit dici, dicitur apud populum vel auditum est à maiori parte populi;sed testes etiam non interogati debent nominare aliquas personas bonæ famæ, à quibus audierint.*

16 *Fama mala vt probetur, testes dicere debent, quod ità credunt,prout dici audierunt.*

17 *Fama est fragilis atq. periculosa,orta vt plurimum ab his, qui talem ipsam esse desiderāt,quę tāquā falsus rumor obesse nō debet.*

18 *Fama vulgata à pluribus Reo obesse nō debet; quia ad dictum vnius frequenter sequitur multitudo.*

19 *Fama mala, cum sit inditium valdè fallax, & plerunq. falsa; ideò etiam quia incertissima est,ob id sine alijs adminiculis non est sufficiens ad torturam,quia pondus testimonij non habet.*

20 *Fama mala est inditium debile,& à crimine remotum, quod si coniūgatur cum alijs inditijs non facit plenam probationem.*

21 *Fama mala regulariter non est inditium considerabile.*

22 *Fama mala quādo eius circūstantiæ,& qualitates nō sūt probatæ, nō dicitur probata.*

23 *Fama mala sola sufficit ad inquerendum generaliter tantum,nō autem ad capturam.*

24 *Fama mala etiam plenè probata facit minus quam semiplenam probationem.& iuncta cum una alia semiplena non facit plenam.*

25 *Fama mala licet plenè probata nullum facit inditium,sed solū confirmat alias probationes.*

26 *Fama mala quamuis plenè probata nō sufficit ad torturam, immò nullū facit inditium.*

27 *Famę malę Iudex fidere non debet.*

28 *Fama mala haud legitimè probata non facit constare de delicto.*

29 *Fama mala si dicatur esse in vicinia, seù in Castro, non sufficit.*

30 *Testes impersonaliter loqui non debent.*

31 *Famæ authores à testibus exprimi debent.*

32 *Fama mala,à quibus ortum habuerit,si testis non dicat, nihil facit.*

33 *Testis in criminalibus etiam non interogatus sui dicti rationem reddere tenetur.*

34 *Fama mala ortum habens à maleuolis non sufficit ad inquirendum.*

35 *Fama mala ortum habens ab inimicis non præiudicat Inquisito.*

36 *Fama mala ortum habens ab offensis non est attendenda.*

37 *Fama mala ortum habens à coniunctis personæ*

sona offensa nō habetur in consideratione.

38 *Iniuria facta vni de vna familia censetur facta omnibus de eius familia.*

39 *Fama mala vt dicatur probata, testes debent ascendere ad numerum x. hominum, quādo testes non exprimunt causas, neq; famæ authores.*

40 *Fama mala licet ex decem hominibus Vniuersitatis constituatur, tamen nō potest dici vehemens fama, quę ad torturam sufficiat.*

41 *Fama mala qua ratione, & qualiter probetur*

42 *Famam malam testis probans debet dicere, apud quos Reus est infamatus.*

43 *Testis non assignans eos qui Reū infamarūt, non videtur reddere bonā causā sui dicti.*

44 *Testes debent assignare causam sufficientem suorum dictorum, aliàs nōn probant.*

45 *Testes debent nominare personas, à quibus orta est mala fama, vt Iudex intelligat ex qualitate ipsarum, quanta sit fides adhibenda famæ.*

46 *Fama mala probata in genere non sufficit ad torturam sed debet probari in specie.*

47 *Testes non probant, nisi in specie dicant causas, cur Inquisitus sit malæ famæ.*

48 *Fama mala probata in genere non inducit præsumptionem delicti.*

49 *Fama simplex si in genere non probetur, multo minus fama vehemens.*

50 *Qualitas non dicitur probata, si non est probata substantia.*

51 *Fama mala cum testibus nō iungitur, quādo de corporali pœna tractatur.*

52 *Fama mala etsi plenè probata cum vno teste non iungitur, quamuis ciuiliter agatur.*

53 *Fama mala etiam plenè probata non coniungitur cum alia specie probationis.*

54 *Fama mala vt Reum afficiat, debet esse in eodem genere mali.*

55 *Fama mala non est attendenda, quando Reus fuit solumodo carceratus, & non fuit conuictus, confessus, & condemnatus, vt necessariò requiritur.*

56 *Fama mala Inquisiti de diuersis criminibus non dicitur probata, quia non iungitur, quando non est plenè probata cum alia specie probationis.*

57 *Fama mala debet probari per testes discretos, & bonæ famæ.*

58 *Fama mala non facit inditium ad torturā, quando non est in eodem genere delicti.*

59 *Coniectura non sumitur ex dissimilibus.*

60 *Fama mala in diuerso genere delicti nullum parit inditium.*

61 *Fama mala etsi esset in eodem genere mali, sola sine aliis adminiculis nullum ad torturam parit indisium.*

62 *Famæ diffinitionem testes necessariò dicere debent.*

63 *Testis non probat, quando ignorat id, de quo deponit.*

64 *Testes deponentes de fama debent cognoscere effectus, & proprietates ipsius.*

65 *Fama mala non facit inditium ad torturā, nec dicitur probata, quando habet ortum post incoatum processum offensiuum.*

66 *Fama mala non dicitur probata, quando habuit ortum post querelam.*

67 *Fama mala non dicitur probata, quando non habuit ortum ab honestis uiris, fide dignis. nec sunt omni exceptione maiores, sed etiā sunt pauperes.*

68 *Fama mala non dicitur probata, quando prouenit à querelantibus.*

69 *Fama mala quod habuit ortū à personis fide dignis debet probari per Fiscum.*

70 *Famam malam probantes debent esse spectatæ fidei integræ, & optimæ opinionis, & omni exceptione maiores.*

71 *Mulieres non sunt testes idoneæ.*

72 *Pauperes non sunt omni exceptione maiores.*

73 *Famæ diffinitionem testes dicere debent.*

74 *Famæ authores etiam non interogati si testes non nominent, non probant.*

75 *Fama mala de delicto perpetrato non sufficit, quando delictum à testibus oculis videri potuit.*

76 *Famam malam in crimine hæresis vt duo testes probent, debent esse omni exceptione maiores.*

77 *Super fama mala si testes diuersi essent aut in nominibus, &c. tamen probāt. quamuis non conuenıant in causa scientiæ*

78 *Fama mala nō probata si testes dicāt publicè dici, non probant, nisi etiam dicant dici à maiori parte populi.*

79 *Fama mala non dicitur probata, si testes dicant ità esse publicam vocem, & famam, sed debent reddere rationem de eo, quod sēsu corporeo perceperint.*

80 *Fama mala si quis aliàs fuerit & probauerit se per trienniū benè vixisse, ac fuerit bonæ vocis, conditionis, & famæ, illa mala fama ei non nocebit.*

81 *Reus per trienīj lapsum præsumitur de malo effectus bonus, & emendatus de crimine.*

82 *Fama mala est interrupta, quādo aliās testis deponit de bona fama inquisiti.*

83 Famam

83 *Famã bonã Inquisiti testis vnicus plenè probat, præsertim quãdo fuit inductus à fisco.*
84 *Fama mala Rei difficilè probari potest.*
85 *Fama mala Rei nunquam fuit concludenter probata.*
86 *Iura transgredi Iudex potest solum in puniendo, non autem in procedendo.*
87 *Reus quando per triennium stetit, quod non commisit delictum cessat illa præsumptio, quod semel malus sẽper prẹsumitur malus*

DISCEPTATIO XX.

De Fama mala Rei.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito ob solam eius malam famam; quoniam fama mala sola in criminalibus nõ sufficit ad torturam. Clar.q.31.vers.fama sola. Crott. cons.33.nu.3. Bart.in l. milites. C. de quæst. Anton.de Butr.& communiter DD.in c.veniens. el primo de test. Ioan.Andr. in Addit. ad spec.tit.de probat.§ vidẽdum.ad numerũ 19.verb.sciãt.Augusl.tract.malef.vers.quod fama publica.n.41. Panormit.c.1.nu.vlt.de purgat.canon. Et hanc opinionem vocat cõmunem Mars. singul.97. incip.fama sola. & Ias.in Repet.l.admonẽdi.n.251.ff.de iureiur. & cæteri, quos refert Petr. Duenas in reg. 300. incip. in criminalibus. fallent. 4. Director.Inquisit.3.par.pag.mihi 597.cõm.110. col.1.Sed fallit hæc opinio in crimine hæresis.Director. Inquisit.ibidem. quãuis in d.3. par pag.mihi 592. secus dicatur, In alijs verò
2 criminibus non sufficit;nisi ẽt testes deponãt de causa, ex qua orta fuit huiusmodi cau
3 sa. Tradit Gram.vot.34.quoniã quando causa non est probata, fama mala nullum parit inditium. Foller.in pract.in verb.Dentur capitula,quod suffocauit vxorem. n.28.in fin. & n.36.Blanc.de indit. n.313.ad med. & ad fin. Glos.est notabilis in c. veniens. el primo de test.Bal.in l.2.ff. de excusat.tuto. & in l.si quis ex argentarijs.§.ff.de eden.Verũ vt melius Rei defensio fiat, benè aduertat Aduocatus,quod in criminalibus, vt Reus ad torturam adduci possit,necessariò est probanda d. mala fama concurrentibus cum ipsa alijs requisitis:nanq; ex omnibus infradicẽdis nullo modo censetur probata. Primo non dici-
4 tur probata, quando testes non exprimunt causas,& inditia, ex quibus orta fuit, prout exprimere tenentur.Dec.c.veniens.num.31. de test.Clar.q.6.vers.illud tamen. Vbi testatur de communi.Bertaz.cons.548.n.3.lib.2. Vbi quod omnes vno ore ità concludunt.
5 Ludouic. Peguer. decis. crim. 17. num. 26. aliter mala fama ortum non habens ex aliqua verisimili causa, ratione, vel coniectura nullam probationem facit. Dixit Bart. §.plurium. num. 17.seq. ff.de minor. Mascard. de probat.lib.2.conclus.748.n.5. Vbi de cõm-
6 muni. Ratio est, quia fama mala, quando nulla probabilis causa redditur, ob quã traxit originẽ,dicitur vana vox populi, & ideò non attendenda. l. Decurionum. C.de pœn. cum alijs adductis per Bal.in l. proprietatis.
7 C.de probat.Item non dicitur probata,quãdo non est solida,& inconcussa, sed vaga, & leuis. Rolan.cons.3. num. 49.lib.1.cum or-
8 tum habere debeat ex probabilibus causis, ex quibus arguatur, ità esse credendum.
9 Crauett.cons.260.num.2. Ias.col.9.lib.3. Et tunc maximè non dicitur probata, quando testes interogati de causa,ex qua orta fuit,illam ignorat. Ioan. de Amic.cons.60.nu.12. & cons.42.num. 10.quia non solum debent reddere causam probabilẽ, vnde ortum ha-
10 buerit; sed etiam dicere habuisse originem in loco commissi delicti; aliàs non solum nõ probant,cum sit vana vox populi. Bal.in d.l. proprietatis. C.de probat. Verum etiam nec vllam confirmant probationem. Gram. d.
11 cons.42.nu.16. Ratio est, quia nil aliud est, quam dicta gẽtium ex imaginaria opinione, seù credulitate procedentia.l.3.§.Idẽ Diuus.
12 ff.de test. Vnde tali famæ Iudex credere minimè debet; cum credulitas testium, quamuis fide dignorum non condemnet.l.testium.
13 ff.de test. Item non dicitur probata, quando causæ probabiles non adducuntur, quibus populus ad ità credendum adductus fuerit, vel ad ità dicendum,prout necessariò requiritur. Alex.cons.25.in 4. num.5. Clar.§.fin. lib.5.sent.vers.debent.Dec.in c.in præsentia. num.21.de probat.c.veniens.de test. Venafra.cons.5. Curt. Iun.cons.52. nu.5. Gram. cons.42. Vulpell. cons.4.nu.4. Immo famæ
14 malæ quem esse quando testis deponit, non probat, nisi in specie dicat causas, cur sit malæ famæ. Aym.cons.134. nu. 6. Et fama mala vt probetur, non sufficit dici, dicitur
15 apud populũ, vel auditum est à maiori parte populi; sed testes debẽt nominare aliquas personas bonæ famæ,à quibus audierint; de quo etiã non interogati testari debent. Ioan. Andr.c.cum oporteat. de accusa. Clar.§.fin.
16 lib. 5. sent. vers. sed debent etiam. Vulpell. cons.

conf.30.n.11.Vltra quod non sufficit, quod dicant,quod ità dici audierũt; quia opus est, vt dicant etiã,quod ità sentiũt. Ità scripserũt Bart.in l.de minore.§. tormẽta.post numerũ
17 19.de quæst.Natt.cõs.18.n.12.Et supradicta procedunt,quia fama mala est res fragilis,& perniciosa,orta vt plurimũ ab his,qui talem ipsam esse desiderãt,quæ tãquã falsus rumor obesse nõ solet. l.fin.ff.de hæred.instit.de qua scripsit Quintilianus lib. 5.c. 3. orat. instit. Sermonẽ esse sine vllo certo Authore dispersum,cui malignitas initium,credulitas incrementum dedit,quod ẽt innocentissimo posse
18 accidere fraude inimicorũ falsè vulgantiũ: Frequẽter .n. ad dictũ vnius sequitur multitudo. c.cum in iuuentute. de purgat. canon.
19 Et ob id d. fama mala, cũ sit inditium valdè fallax; ideò sine alijs adminiculis nõ est sufficiens ad torquendum Reum. Tradit post alio. Clar.§.fin.q.21.vers.fama sola.Ideo ob ipsam quauis de causa nemo torqueri debet; tum quia incertissima est, & plerunq;falsa,& pondus testimonij non habet. c.qualiter. 2. de accusat.Bart. Hyppol.in §.plurium. Paris. cõs.153.lib.4.Simanc.Enchirid.de Tormẽt.
20 tit.52.n.19.Tum etiã quia est inditiũ debile, & à crimine remotum.quod si cõiũgatur cũ alijs inditijs, aut semiplenis probationibus in criminalibus nõ faceret plenã probationẽ. Director.Inquisit.3. par.pag.mihi.621.cõm. 121. col.1.cũ regulariter nõ sit inditiũ con-
21 siderabile.Clar.in §.fin.q.21.vers.fama sola. Eugen.cõs.27.nu.42. Farinac.q.47.nu.4.eo quia iudicatur potius quidam varius rumor maleuolorũ,vel populi, & sic nõ est habẽda in consideratione.Rolan.cons.3.nu.50.lib.1. Peguer.decis.17.n.21.seq.Farinac.q.42. nu. 153.Bart.in d.l. de minore.d.§. tormenta.ad
22 fin.ff.de quæst.Item non dicitur probata, qũ non sunt probatæ circumstantiæ, & qualitates ipsius, vt requiritur.Vt post multos osten
23 dit Marf.cons.14.& cons.15. Ex quibus omnibus infertur, quod fama mala sola sufficit tãtum ad inquirendum generaliter, licet non constet, quod ab honestis hominibus proueuerit; non autem ad capturam. Boss. tit. de
24 Inquisit. nu.38. Immo fama mala, quando ẽt est plenè probata,facit minus quam semiplenam probationem; quod eo demonstratur,quia iuncta cum vna alia semiplena non facit plenam. Glos.in d.c. veniens.el primo. ff.de test.quam ibi DD.sequuntur,& ibi notabile dicit Ioan. de Imol. in l. interesse.ff. de
25 acquiren.possess.Immo etiãsi esset plenè probata,tamen ex ea nullum resultaret inditiũ; sed solum confirmaret alias probationes.Ita
26 Bart.in tract.de quæst.col.10.Abb. in c.1.de purgat.canon.Ideo omnino dicitur,quod nõ solum non sufficit ad torturam.Bal.l.milites. C.de quæst.Clar. q.31.vers.fama sola.Crott. cõs.33.n.3.Bart.d.l.de minore. §.plurium. n. 27.ff.de quæst.vbi Marf. ait istam esse magis communem,& æquiorẽ opinionem:sed nec ẽt vllum affert inditium; cũ nil aliud sit (vt dictum est) quam dicta gentium ex imaginaria opinione, seu credulitate prouenientia .l.
27 3.§.Diuus.ff.de test.Et Iudex tali famæ fidere non debet; cum credulitas testium quantumuis fide dignorum non condemnet. l. testium.ff.de test.tanto minus vulgi, & populi iuxta illud, scinditur incertum studia in contraria vulgus. Et alibi Virgil.Nec est mendosa vulgata licentia famæ. Quod iure quoq; cautum est.l.Decurionũ filij.C.de pœn.Vbi varias voces populi nõ esse audiẽdas. Quarè benè aduertat Iudex, quod quando fama nõ
28 est legitime probata,nõ facit constare de delicto.Bal.in Addit.ad spec.tit.de sent.col.18.
29 in fin.Nec sufficit,si dicatur,quod de Reo est mala fama in Vicinia,seù in Castro; tũ quia nõ ob id per testes ità deponẽtes dicitur probata; cum potuerit vnus hoc dixisse. Tradit Bart. d.l.de minore. §.tormenta.ff.de quæst. Imol.in l. hæredes palã.in princ.ff.de testam.
30 Vbi attestatur hanc esse cõmunẽ opinionem: Tum etiã quia dd.testes ità dicẽtes imperso-
31 naliter loquuntur; debent enim deponere, à quibus dici audierĩt,& famæ authores exprimere.Crauett.cõs.260.Rolan.cons.3.nu.51. latè Clar.q.6.vers.dicendum est.Et id quidẽ vt cognoscatur, an à fide dignis talis fama ortum habuerit;ideò reo non nocet, & tales testes repelluntur. Bart.d.l.de minore. §.tormẽta.vers.qualiter probetur fama.ff.de quæst Bal.in l.diffamari.ff.de ingenu.& manumiss. aliàs(vt dictum est)dicitur vana vox populi non audienda. d.l. Decurionum. C.de pœn.
32 Bart.d.§.tormenta.ad fin.Et quando testis nõ deponit à quibus ortum habuerit,sed impersonaliter loquitur,nihil facit. Bart.d.l.de minore. §. plurium. n.23.ff. de quæst.& l.3. §. eius quoq; in fin.ff.de test.Imol.c.cum oporteat. de accusat. Clar.q.6. vers. illud tamen. cum seqq. Innoc. c. qualiter, & quando. de accusat. in princ. Crauett. cons. 260. Me-
33 noch.cons.149.n.4.in fin. Dec.cons.57. col. 2. in fin. lib.1. Nanq; in criminalibus testis etiam non interogatus rationem reddere tenetur;

netur, ideſt à quo intellexerit, vt cõſtet, an ab honeſtis, & ꝓbis viris ortũ habuerit. Bart. & alij in l. 1. ff. ſi cert. pet. Angel. l. quid ergò. §. quantum. ff. de his, qui not. infam. Dec. d. cõſ.
34 57. col. 2. in fin. Ratio eſt, quia fama mala, quãdo cõſtat, habuiſſe ortũ à maleuolis hominibus, nec ẽt ſufficit ad inquirendũ. Boſſ.
35 tit. de Inquiſit. n. 39. Immò ortũ habẽs ab inimicis nullũ indiriũ facit. Bart. d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Bal. in d. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. latè Natt. conſ. 18. n. 18. præſertim cũ apud bonos, & graues viros Rei exiſtimatio læſa nõ eſt. c. cũ in iuuẽtute. c. pen. de purgat. canon. c. Inquiſitiones. §. vlt. de accuſat. c. qualiter. el 2. de accuſat. l. 3. §. 1. ff. de teſt. Simãc. Enchirid. tit. 54. de purgat. canõ. n. 4. Vltra ꝙ fama mala ortũ habẽs à maleuolis, ſeù inimicis nõ p̃iudicat Inquiſito. Tradit. Gram. cõſ. 42. n. 8. ſic ẽt qñ ortũ habuit ab offenſis. Clar. d. q. 6. verſ. illud ta-
36 men cũ quinq; alijs ſeqq. Bocc. tract. de ſtat. Vrb. præſcript. Gloſ. 8. n. 1. ſeq. Buſatt. cõſ. 20
37 n. 25. Ità pariter quãdo ortũ habuit à coniũctis perſonæ offenſæ, quoniã ſunt ſuſpecti; nã iniuria facta vni de vna familia cẽſetur fa-
38 cta omnibus de eius familia, aut cognatione. Bart. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Alex. conſ. 24. lib. 2. col. 7. quia videtur deponere in cau-
39 ſa propria. Cæterũ illud eſt potiſſimũ aduertẽdũ, quod fama mala non dicitur probata, niſi teſtes aſcendãt ad numerũ decẽ hominũ, & qui exprimant cauſas, & authores ipſius.
40 Soc. conſ. 54. col. pen. & vlt. not. 3. Item non dicitur probata, quando ex decem hominibus Vniuerſitatis non conſtituitur. ſecundum Bal. Auth. quod locum. num. 13. C. de colla. Alex. d. l. de minore. §. plurium. Gram. conſ. 57. num. 3. nam aliàs non poteſt dici vehemens fama, & quæ ad torturam ſufficiat. Paril. conſ. 67. num. 3. & nu. 108. Vulpell. conſ.
41 39. num. 9. Verum mala fama de aliquo qua ratione probetur, docet Innoc. in c. qualiter, & quando de accuſatio. his verbis: Hic potes colligere, qualiter probetur Infamia: Debet enim teſtis dicere eum, de quo agitur, de tali
42 crimine diffamatum; & ſi queratur ab eo, apud quos eſt diffamatus, debet reſpondere apud tales, & niſi eos aſſignet, non videtur bonam reddere cauſam dicti ſui; quia non
43 poteſt ſciri, an ſint graues, vel maleuoli: Ideò teſtis debet allegare cauſam dicti ſui ſufficiẽtem, aliàs non probat. Ità dicit Corn. conſ.
44 232. lib. 2. & conſ. 216. lib. 3. Et ità debet nominare perſonas, vt Iudices intelligant, ex qualitate perſonarum quanta fides ſit fa-
45 mæ adhibenda. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 424. Comm. 19. col. 2. Ità etiam pract. Papiens. in forma oppoſitionum actoris. verb. Item de prædictis omnibus, & ſingulis. num. 9. Debet inquam deponere à quibus
46 perſonis audierit: Ratio eſt, quia mala fama probata in genere non ſufficit ad torturam, quia requiritur illam probari in ſpecie. Cartar. tract. de execut. ſent. capto bannito. num. 248. Ità Alex. conſ. 5. vol. 1. quem refert, & ſequitur. Baiard ad Clar. q. 60. num. 91. Boſſ. tit. de homic. num. 28. Blanc. de indic. n. 246. Foller. conſ. 157. num. 9 & 12. diuerſ. crim. Bal. conſ. 78. col. 2. poſt. med. lib. 1. Et eſt ori-
47 ginale dictũ Salyc. in l. fin. col. fin. n. 7. verſ. Itẽ dico. C. de quæſt. Vbi quod tales teſtes non probant, niſi in ſpecie dicant cauſas, cur Inquiſitus ſit malę famę, aliàs probatio dicitur
48 incerta, & obſcura: Ratio eſt, qui a mala fama probata in genere non inducit præſumptionem delicti. Alex. conſ. 5. vol. 1. Vbi quod
49 in ſpecie probanda eſt; Et ſi non eſt probata fama ſimplex, minus eſt probata fama vehemens; quia eſſet probata qualitas ſine ſubſtãtia, quod eſſe nõ poteſt. Nec valet ſi dicatur,
50 quod fama mala cum teſtibus ſufficit; quia cum ipſis non iungitur, quando de corporali
51 pœna tractatur Butr. Abb. Fœlyn. Dec. c. veniens. num. 13. de teſt. Aym. conſ. 134. Anton. Gabr. tit. de probat. concluſ. 1. limitat. 3. nu.
52 12. Vulpell. conſ. 4. num. 7. Immò fama mala in criminalibus, & ſi plenè probata ſit, tamen nullum facit probationis gradum, nec cum vno teſte coniungitur. Gloſ. notab. in d. c. veniens. el 1. de teſt. Bart. §. tormenta. verſ. vltimò principalis torqueri. nec diſſentit. Bal. in l. 1. ff. de excuſat. tuto: Quod procedit, ẽtſi de crimine ciuiliter agatur. Butr. & Abb. in d. c. veniens. ſequitur Bal. in c. tam litteris.
53 verſ. nota, quod vnus teſtis. de teſt. Itaq; dicitur, quod quãdo nõ eſt plenè probata multo minus coniungitur cum alia ſpecie probationis. Ità Bal. in l. 2. C. de excuſat. tuto. Marſ. in pract. §. diligenter num. 9 Item dicitur, quod fama mala non dicitur probata, nec Reum afficit, niſi ſit in eodem genere mali; nam quando Reus aliàs fuit capturatus alijs de cauſis, d. mala fama nõ eſt attendẽda. Gram. conſ. 45. num. 31. Clar. q. 21. verſ. fama ſola.
54 propè fin. Vbi teſtatur de communi. Idq; eo
55 magis dici debet, quando Reus fuit ſolumodò capturatus, & non fuit confeſſus, conuictus, & condemnatus, prout neceſſario requi-

ritur ad famam malã per illum Text. l. ictus fustium. C. de infam. spec. tit. de Aduoc. §. sequitur. circa princ. Gram. vot. 30. n. 25. Ratio est, quia nõ habetur quis pro tali, nisi sit pronunciatum esse talem. Gram. cons. 45. nu. 32.
56 Item fama mala Inquisiti de diuersis criminibus non dicitur probata, nisi sit probata plenè cum alia specie probationis. Vt Bal. in l. 2. C. de excusat. tuto. Mars. in pract. §. diligenter. n. 9. Et debet probari per testes discretos, & bonæ famæ. Immò vt faciat inditium ad
57 torturam, debet esse in eodem genere delicti, de quo Reus inquiritur; secus si de diuerso.
58 Bal. in l. fin. col. 1. vers. inducitur hæc lex. ff. de hæred. instit. nam ex dissimilibus non sumitur coniectura. l. spadonũ. §. qui cum mul-
59 ta. ff. de accusat. tuto. Gram. d. cons. 45. n. 31. Rolan. cons. 64. n. 35. Clar. q. 21. vers. fama sola, propè fin. Vbi testatur de communi ex pract. Cason. fol. 16. n. 5. Mascard. de probat.
60 lib. 2. conclus. 831. nu. 10. in fin. Vltra quod mala fama in diuerso genere delicti nullum parit inditium. Et maximè quando delicta non sunt multum horribiliora, & dedecorosa, de quibus Reus est inquisitus, quam alia per eum confessata; nec etiam potest adiuuare, & adminiculari delicto, & imputationi d. Rei. Gram. decis. 25. n. 7. Carrer. in sua pract. ad l. obseruare. nu. 128. fol. 36. vol. 1. Et declarat optimè Cassan. cons. 58. vol. 3. verb. nec in hoc obstabit. n. 16. Vt v. g. quis imputatur de furto, & dum molestatur de ipso, instigatur ad probandam malam famam ipsius dicit, quod habet coppulam carnalem cum aliqua muliere: hæc alia diuersa conditio nõ facit inditium. Vt in terminis ostendit Bal. in l. fin. col. 1. vers. inducitur hæc lex. ff. de hæred. instit. Vbi quod mala fama in eodem genere delicti. Bart. in l. fin. vers. veniamus ad in
61 diuidua. ff. de quæst. Quinimò mala fama, etsi esset in eodem genere mali sola sine alijs inditijs non parit inditium ad torturã. Blanc.
62 post alios quos allegat. de indit. n. 250. Item non dicitur probata d. mala fama, nec vllum ad torduram facit inditium, si testes fuerint interogati, quid sit fama, prout necessariò requiritur; & si dixerint quod est, quod publice dicitur; dicunt mendacium; quia vnus, vel duo possunt aliquid publicè dicere, nec tamẽ id erit maiori parti cognitum Bart. in l. 3. §. eiusdẽ. ff. de test. Imol. in d. l. heredes palã. in
63 princ. ff. de testam. Et clarũ est, quod testis nõ probat, quando ignorat id de quo deponit. Bart. in l. 1. col. 4. ff. si cert. pet. Ideò testes deponẽtes de fama debẽt cognoscere effectus,
64 & proprietates famæ. Ità Butr. in c. nam cõcupiscientiam de constit. Item non dicitur
65 probata mala fama, nec vllum ad torturam facit inditium, quando habuit ortum post in coatum processum offensiuum; cũ tamẽ præcedere debuisset. c. qualiter, & quãdo. el 2. de accusatio. c. Inquisitionis eo. tit. Hyppol. §. cõstante. n. 12. Hercul. tract. de probat. negat. n. 312. seqq. Bursatt. cons. 20. n. 27. Quod pro-
66 cedit, etiã si testes probarẽt delictũ. Dec. cõs. 170. col. 1. & cons. 175. col. 2. Itẽ non dicitur probata, quãdo habuit ortũ post querelam Mars. in pract. §. cõstante. n. 12. Crauett. cons. 260. n. 7. quoniã est vaga & nõ solida, prout
67 esse debet. Rolan. cons. 3. n. 49. lib. 1. Itẽ non dicitur probata, quando nõ habuit ortum ab honestis viris, & fide dignis, nec ab illis, qui sunt omni exceptione maiores; sed pauperes viles &c. Vt per Ias. in l. admonendi. ff. de iu-
68 reiur. Dec. cons. 105. n. 3. Item nõ dicitur probata, quando prouenit à querelantibus. Bursatt. cons. 20. n. 25. & cons. 315. num. 5. nam debet habere originẽ à personis fide dignis:
69 Et hæc qualitas debet probari per Fiscum. Vt latè Menoch. cons. 149. nu. 41. Ratio est,
70 quia malam famam probantes debent esse spectatæ fidei, integræ, & optimæ opinionis, ac omni exceptione maiores. Bart. d. l. de minore. §. plurium n. 21. ff. de quæst. Bursatt. cõmunem dicens. cons. 35. num. 22. vol. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 749. n. 37. Vbi
71 propterea post Mars. quem allegat, mulierculas non esse idoneos testes affirmat. Petr. Anton. à Petra tract. de Fideicomm. q. 13. n. 109. 124. 125. 132. Et quod testes sint tales, debet probari per Fiscũ. Vt latè scribit Me-
72 noch. d. cõs. 149. n. 41. Et pauperes etiam nõ
73 sunt õni exceptione maiores. Vt Ias. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. Dec. d. cõs. 105. n. 3. Itẽ nõ dicitur pbata, nisi (vt dictũ est) testes sciant famæ diffinitionẽ, & nominẽt authores, à quibus ortũ habuit qñ deponũt super ipsa.
74 Fulgo. cõs. 148. post princ. col. 3. et cõs. 136. in fin. col. 3. Cumã. cõs. 78. n. 22. vol. 1. et cõs. 20 n. 12. & 41. seq. vol. 1. & cõs. 31. n. 38. et cõs. 41. n. 10. & cõs. 26. n. 22. vol. 1. Bertaz. cõs. 26. par. 2. n. 9. Et id ẽt nõ interogati. Hyppol. cõs. 20. nu. 43. & cõs. 76. num. 22. lib. 1. Nell. tract. de test. num. 172. Bart. d. l. de minore. § tormenta. ff. de quæst. Fœlyn. in d. c. veniens. nu. 17. ff. de test. Vbi quod aliter dicitur vana vox populi. Immò fama mala de delicto perpetrato non sufficit, etiam quando delictum

à testi-

75 à testibus oculis videri potuit. Boss. tit. de delict. in præf. Cason. de malef. c. 1. & de tortu. c. 18. Vulpell. cons. 147. num. 9. Verum il-
76 lud nullo modo est tacendum, quod famam malam vt duo testes probent plenè, ità vt etiam in crimine hæresis diffamato ratione diffamationis canonica possit induci purgatio, integri esse debent, ac omni exceptione maiores, & non sufficiunt inimici, & maleuoli, nec duo testes minus idonei: Et licet duo testes boni, & graues sufficiant ad pœnam ordinariam imponendam, quæ est canonica portio; tamen si dd. testes fuerint viles, & infames, licet contemnendi non sint, ad hoc vt ex dictis eorum procedatur; duo tamen eorum non videntur sufficere, ad hoc vt infamato pœna ordinaria imponatur, sed mitius Reus est tractandus, nec ad purgationem subeundam est cogendus, nisi plenior probatio accedat, & alia inditia & adminicula concurrant cum diffamatione. Ratio est, quia duo testes solum minus idonei in causis, in quibus ad testificandum admittuntur, nunquam sufficiunt ad hoc vt ex dictis eorum pœna ordinaria imponatur. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 384. comm. 82. sed si sint plures, & verisimilia dicant dicitur, quod sic, & hoc est tutius, & securius. Director. Inquisit. 2. par. super q. 57. Et hæc sententia tunc maximè procedit; quando infamia non duxisset originem vel a maleuolis, vel ab infamibus, & vilibus personis. Director. Inquisit. 3 par. pag mihi 424. côm.
77 19. col. 2. Sed dato quod testes super fama deponentes diuersi essent, aut in nominibus personarum; quia v. g. vnus diceret, audiuisse à Titio, & Seio, alius à Marco, & Caio; aut in tempore, quia vnus diceret audiuisse mense Aprilis, alius mense Maij; aut in loco, quia vnus diceret in platea, alius in palatio. nihilominus famam probarēt. Argum. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. Bart. in d. l. de minore. §. plurium. n. 24. ff. de quæst. Innoc. d. c. qualiter, & quando. verb. & fama. de accusatio. Pract. Papien. in forma oppositionum actoris. verb. Item quod. num. 9. Director. Inquisit. ibidem. Et quamuis non conueniant in causa scientiæ, famam probant. Vt si dicant scimus, quia à tali audiuimus, vel quia ob hoc tale ortum est scandalum in Vi-
78 cinia. d. Pract. Papien. ibidem. & d. Director. Inquisit. Ibidem. Sed si dicant publicè dici, nisi dicant à maiori parte populi, non probant: Director. Inquisit. ibidem. Glos. & ibi not. in l. 3. §. eiusdem in verb. fama. ff. de test. Nec sufficit quod dicant, ita esse publicam vocem, & famam; sed debent reddere rationem de eo, quod sensu corporeo perceperint, vel causam surgentem ex aliqua simili presumptione. Panor. c. cum oporteat. in vult. col. not. in c. in nostra. de test. Glos. fin. in c. 1. de præsump. lib. 6. Neli. tract. de test. n. 76. Berac. par. 2. cons. 37. num. 8. Vt dignosci possit, an ortum habuerit à fide dignis, vel à
79 maleuolis. Alex. cons. 83. col. 2. vol. 2. Cæterum vltra supradicta illud est menti tenendū, quod famæ malæ si quis aliàs fuerit, & probauerit se per triennium benè vixisse, ac fuisse bonæ vocis, conuersationis, & famæ; illa mala fama contra eum probata nihil ei nocebit; quia cēsetur, quādo elapsum est d. triēnium, in totum purgata. Salyc. in l. si minorē. post n. 2. C. de in integr. restet. minor. Rōan. cons. 236. concordantes adducit. Nouell. in tract. ad defens. tit. An inditia pro Reo danda sint. 5. solet communi sententia dici. nu. 106. seq. de communi testatur Gram. quem refert Clar. in pract. q. 21. vers. fama sola. in fin. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222. n. 12. vers. sublimita hanc limitationem, vbi alios
80 adducit. Farinac. q. 23. n. 27. Et quod quis p trienni j lapsum præsumatur de malo effectus bonus, & sic emēdatus de crimine tradit Gomez. in Reg. Cancellar. in reg. de triennali. in fin. vers. nec non. nunc cum. Illustris. D. Card. Albanus in lucubratio. ad Bart. in l. Cassius. nu. 17. & seq. ff. de senato. Hieron. laurent. decis. Auinionen. 1. nu. 13. Mascard. conclus. 465. eod. n. 10. seq. Et de communi etiam testatur Paul. Granut. in d. c. tenore m. 23. nu. 16. & sqq. Farinac. q. 24. n. 27. Immò Reus quando per
81 triennium stetit, quod non commisit delictū, & benè, & laudabiliter vixit, cessat illa pręsūptio, quod semel malus, iterum præsumitur malus. Text. est in c. Sancimus. verb. nequaq̄ & ibi Angel. in Auth. de Monac. ibi triennalis temporis testimonium &c. col. 1. Rom. d. cons. 236. n. 5. seq. & ibi Mandos. in Addit. & Corsett. sing. in vers. pręsūptio. Ias. in Rubr. ff. de iust. & iur. n. 7. Bor. in Addit. ad. Dyn. in Reg. semel. de reg. iur. in 6. Curt. Iun. in l. vnica. nu. 36. C. de prohib. seq. pec. Alciat. reg. 2. præsumpt. 7. n. 3. Cassan. cons. 60. nec quidā Prior. nu. 4. Dec. cons. 163. nu. 20. Foller. in pract. crim. vers. Itē q soror ē venenauit n. 28 vers. 3. quia probabiliter. ex aduerso. Rolan. côs. 63. n. 12. seq. li. 3. et côclu. n. 35. seq. vol. eo. & côs. 64. n. 36. lib. 2. Blāc. in pract. crim. in fin.

in fin.in 14.cautel.Mascard.de probat.lib.1. d.conclus.222.num.22. Vbi plures adducit concordantes.& conclus.1003.nu.14.lib.2. & conclus.465.num.10.seq.lib.1. Menoch. in suo tract.de præsumpt.lib.1.quæst.89.nu. 105.lib.5.præsumpt. 32.num.30.Ludouic. Peguer.decis.17.num.14.seq. Hieron. Laurent.d.decis Auinionen. 1.nu.13. Vbi hanc probat limitationem minimè probari in d. §.Sancimus: sed pro ea allegat Text.in l.Imperialis. C.de nupt.& in c.ferrum.50.distin.
82 Farinac.q. 23. num.26. Et d.fama mala est interrupta,quando aliquis alius testis depo-
83 nit de bona fama Inquisiti, qui testis licet sit vnicus fauore defensionis plenè probat,presertim quando fuit inductus à Fisco. Paris.
84 cons.20.nu.1.vol. 4. Sed quid multa? Fama mala vt probetur contra Reum, adeò difficile est,vt vix testes Iurisperiti sufficerẽt; quo fit, vt circumspecti Iudices famæ malæ probationem, cum non de inquirendo, vel torquendo,sed de condemnando agitur,ferè pili faciant.Clar.in pract.§.fin.q.6. vers. po-
85 stremò. Vulpell. cons.4. num.5. seq. Et hoc iure quidem, quoniam famam malam nunquam concludéter in quouis processu vidisse probatam contra Reum toto tempore vitæ suæ attestatur Gram.cons.42.n.8.Baiard. ad Clar.in §.fin.d.q.6.num.4.Et §.fin. lib.5. sent.vers.debent etiam. Vulpell.cons.30.nu. 13. Et hoc ob multa, quæ requiruntur ad eius probationem Angel. in l.ea quidem col. 14.C.de accusat.per Text.in l.milites. §. penult.ff.de adult.quẽ refert, & sequitur Natt. cons.413.nu.17. Nec facit, si dicatur,quod
86 fama mala orta à Vulgo, quæ habet in atrocissimis licere Iudici iura transgredi, dicitur omninò quod procedit in puniendo, & sic quando constat de delicto; non autem in procedendo,& vbi est dubium, an Reus deliquerit. Ità tradit Foller. in pract. in verb. Item quod suffocauit vxorem.num.52.Boss. tit.de for.compet. num.65.& est communis opinio. Vt per Mascard.de probat.conclus. 137.num.5.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus solus non facit inditium ad torturam.*

2 *Testi vnico etiam de loco, & tempore non creditur.*

3 *Testis vnius vox, vox nullius.*

4 *Testis vnicus est etiam singularis.*

5 *Testis vnicus nec etiam in crimine heresis sufficit ad torturam, quamuis deponat de scientia.*

6 *Testis vnicus vt faciat inditium ad torturã debet esse omni exceptione maior.*

7 *Testis vnicus etiam de visu quando non est omni exceptione maior, non facit inditiũ ad torturam.*

8 *Testis vnicus etiam in crimine heresis requiritur, vt sit de visu, vel scientia & omni exceptione maior, quando nulla concurrunt inditia.*

9 *Exceptio qualibet etiam minima, quilibet defectus seu macula siuè in dicto, siue in persona testis impedit torturæ effectum.*

10 *Reus quando est eius qualitatis, & probitatis, vt facilè delictum præsumi non possit, Iudex facile potest à tortura abstinere.*

11 *Testis vnicus vt faciat semiplenam probationẽ, necesse est vt sit omni exceptione maior*

12 *Testis vnicus vt faciat semiplenam probationem, requiritur, vt deponat de delicto per visum, vel alium sensum corporeum*

13 *Testi vnico licet possit deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis; tamẽ intelligitur solum in causis modicis, & summarijs.*

14 *Testis vnicus, nisi alia concurrant adminicula non facit semiplenam probationem, sed inditium tantum*

15 *Testis vnicus per duos reprobatur & duo per quatuor.*

16 *Testis vnicus, quando est varius, nullum facit inditium, quando non fuit tortus.*

DISCEPTATIO XXI.

De Teste vnico.

1 Testis vnicus non sufficit ad torturam contra Inquisitũ. Bart.& alij in l.fin.ff. de quæst.Clar.in pract.crim.§.fin.q.22.vers. breuiter,quamuis etiam in tortura depo suerit, & maximè si aliquã et minimã patiatur exceptionem. Angel.in l.fin.C.de quæst. Lanfranc.tract.de test.num.74.in fin. Ratio est,
2 quia testi vnico etiam de loco, & tempore, prout habetur in l.iusiurandi.C.de test. non creditur. Vulg.Text.in c.in omni negotio. de
3 test. Vulpell.cons.19.nu.1. Nam vox vnius vox nullius. Boss. tit. de opposit. contra test.
4 Et est etiã singularis.d.l.iusiurandi.c.veniẽs.
5 in fin.c.licet.in fin.eo. tit. Nec etiam sufficit ad torturam in crimine heresis, quamuis deponat

6 ponat de scientia. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 592. quoniam vt faciat inditium ad torturam, requiritur, vt sit omni exceptione maior, & nullam etiam minimam patiatur exceptionem. Farinac. q. 37. nu. 58. seq. & cons. 39. num. 4. Franc. Becc. cons. 67. num. 15. & cons. 85. nu. 3. Bertazz. cons. 332. num. 5. c. licet de test. Dec. cons. 429. Placius Rubius in allegat. de heresi. §. 1. Fràc. Curt. de test. num. 101. in fin. vers. premissa clarè præcedunt. num. 102. Abb. in c. Inquisitionis. §. tertij. num. 11. extra de accusat. Gram. vot. 30. num. 31. & decis. 34. num. 28. Bart. l. maritus. ff. de quæst. Per Text. in d. l. maritus. Bal. in l. fin. C. famil. hercisc. & l. admonendi. C. eo. & l. fin. col. 2. C. de probat. Brun. de indit. & tortu. n. 6. & 9. q. 3. & omnes
7 relati per Clar. q. 21. vers. vnus testis. Et quando vnicus testis etiam de visu non est omni exceptione maior, non facit inditium ad torturam secundum Boss. tit. de indit. nu.
8 197. Quod procedit etiam in criminibus exceptis. Mars. in pract. §. diligenter. num. 6. & cons. 102. num. 11. Immò etiam in crimine læsæ maiestatis, & simoniæ. Alex. cons. 11. num. 1. lib. 1. Nec non vt dictum est in crimine heresis; quia etiam in hoc crimine tam priuilegiato, requiritur, vt vnicus testis sit de visu, vel scientia, fide dignus, inuulnerabilis, & omni exceptione maior, cui nihil possit opponi, quando nulla concurrunt inditia. Rom. cons. 451. incip. quædã mulier. num. 4. Clar. in pract. crim. d. q. 21. vers. vnus testis. Et hanc sententiam vocat comunem Anton. Gomez. tom. 3. varia resolut. c. 13. n.
9 7. Carrer. in pract. crim. num. 110. vers. primò maius inditium. Ratio est, quia omnis macula, & omnis defectus, & exceptio quãmuis minima aut in dicto, aut in persona testis impedit torturæ effectum. Vt post multos ostendit Clar. d. q. 21. vers. vnus testis & q. 22. vers. vnum tamen, post alios, quos allegat Rolan. cons. 7. num. 3. & 10. vol. 1. & cons. 24. num. 2. vol. 1. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt. q. 89. num. 2. l. 1. §. Idem Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicità in fin. ff. de quæst. Non dubito tamen
10 posse quandoq; à tortura Iudices abstinere, etiamsi adsit vnius testis fidelis dictũ; quando Reus est eius qualitatis, & probitatis, vt facile delictum præsumi non possit. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 596. comm. 110.
11 col. 2. Et quamuis vnicus testis semiplenam faciat probationem, tamen (vt dictum est) necesse est, vt sit fide dignus, & omni exceptione maior, nec non requiritur, vt deponat de delicto per visũ, vel aliũ sensum corporeum Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 7. Franc. Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. Rubr. de non torquendo per inditia, nisi legitimè probata. num. 8. Et licet in d. l. admonendi. de iureiur. cum ibi not. dicatur; prout etiam dicit Alex. cons. 53. num. 5. seq. lib. 1.
12 Castrens. 143. in fin. Quod vnicus testis facit semiplenam probationem, & potest quoque deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis; tamen intelligitur tan-
13 tum in causis modicis, & summarijs. Vt not. Ias. in d. l. admonendi. col. 96. Vbi idem dicit de fam. Marant. in 4. par. 5. distin. num.
14 191. pag. mihi 184. Immo vnicus testis de maleficio deponens, nisi alia concurrant adminicula nõ facit semiplenam probationem sed inditium tantum secundum Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. num. 6. Deniq;
15 concluditur, quod d. vnicus testis in criminalibus per duos reprobatur, & duo per quatuor. Vt in c. Ioannes. de fid. instrum. Bal. cons. 492. vol. 5. Nouell. in pract. crim.
16 car. 77. num. 53. Et quando etiam casu d. testis est varius, & non integer, nullum facit inditium, quando non fuit tortus. Not. l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Boss. tit. de part. supposit. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad condemnandum requiruntur omni exceptione maiores.*
2 *Probatio in criminalibus requiritur arctior, cum de hominis salute tractetur.*
3 *Testes in criminalibus requiruntur sine macula.*
4 *Testes idonei tantum, & omni exceptione maiores Reum conuincunt.*
5 *Reus ad dictum inhabilis, & infamis non conuincitur.*
6 *Testes duo inhabiles, & infames in crimine hæresis non sufficiunt ad condemnandum Reum.*
7 *Testium nomina, & cognomina in inditiorũ copia non publicãtur sed supprimuntur in crimine hæresis.*
8 *Testibus duobus vt plenè credatur, debent esse omni exceptione maiores.*
9 *Testibus duobus plena est adhibenda fides, nisi multa alia concurrant.*
10 *Testes licet sint multi; tamen ex eorum numero*

mero non possunt coniungi, & facere supplemetũ, nisi sint omni exceptione maiores.

11 *Supplementum non recipit, quod nihil est.*

12 *Testis integritas non supplet vitiũ alterius.*

13 *Testibus duobus fide dignis magis creditur, quam mille scelestis.*

14 *Testes duo non omni exceptione maiores sufficiunt ad inquirendum tantum, & loco vnius habentur.*

15 *Testes ad torquendum debent esse omni exceptione maiores.*

16 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora.*

17 *Criminis atrocitas non debet mouere Iudicem ad condemnandum, seu torquendum.*

18 *Præsumptiones, suspiciones, imaginationes, coniecturæ, verisimilitudines, & inditia non sufficiunt ad torturam.*

19 *Præsumptiones, suspiciones, imaginationes, coniecturæ, virisimilitudines, & inditia sufficiunt ad inquirendum, seu ad capturam tantum, non autem quoad reliqua*

20 *Testes ad torquendum debent deponere directè super maleficio, & non super inditio ad maleficium.*

21 *Tortura vt infligi possit, debet liquide constare de facti veritate per testes omnĩ exceptione maiores.*

22 *Testis solus quamuis omni exceptione maior, non facit inditium ad torturam, nisi alia concurrant inditia.*

23 *Testes qui dicãtur omni exceptione maiores.*

24 *Mulieribus non est plenè credendum in criminalibus.*

25 *Testis vt dicatur omni exceptione maior, debet esse 20. annorum.*

26 *Testis ne dicatur omni exceptione maior, sufficit quelibet exceptio, & macula, & quilibet defectus etiam minimus.*

27 *Testis quod sit omni exceptione maior per fiscum articulari & probari debet.*

28 *Testis an sit omni exceptione maior per Iudicem considerari debet, si fortè natura vanus sit, si eum ignominia.*

29 *Testis conditio, dignitas, diuitiæ, paupertas & c. per Iudicem considerari debet.*

30 *Testis quando non est fide dignus, nec facit inditium ad formandam Inquisitionem.*

31 *Testis quando est varius, nisi fuerit tortus, nullum facit inditium.*

DISCEPTATIO XXII.

De Teste omni exceptione maiori.

1 TOrtura non potest infligi Inquisitio, nisi
contra ipsum ad sint testes omni excep-
tione maiores, integri, indubitati, fide digni,
concludentes, & luce (vt aiunt) meridiana
clariores; quoniam sicut ad condemnandũ
tales requirũtur testes. l. sciant cuncti; quę est
final. C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciãt
cuncti. Vbi dũ loquitur de probat. test. addit
idoneorum; & dum de probatione inditiorũ
addit indubitatorum, ac etiam luce meridia-
na clariorum, & ibi not. Glos. & cõmuniter
DD. vt notatur supra de test. c. veniens. 1. in
Glos. Sed cum crimen. Boss. tit. de conuict. n.
9. Bal. in l. fin. col. 2. C. de probat. Gram. cõs.
ciuil. 59. n. 18. Mars. §. diligenter. n. 8. Foller.
post alios, quos allegat cons. 76. n. 2. lib. 2. in-
ter cons. crim. diuers. Et hanc adducunt ratio-
nem quia cum in criminalibus de salute ho-
2 minis tractetur, ideò arctior requiritur pro-
batio. Bal. in l. fin. n. 4. Boer. decis. 164. nu. 1.
Dec. cons. 189. col. 1. seq. cons. 415. nu. 1. &
cons. 429. nu. 12. Farinac. q. 86. n. 6. emanata
3 quidem à testibus sine vlla macula. Clar. post
alios per eum adductos q. 21. vers. vnus te-
stis. Vbi de cõi. Quod procedit etiam in quo-
libet delicto etiam excepto. Alex. cõs. 11. n. 1.
seq. vol. 1. Paris. cons. 169. nu. 64. seq. vol. 4.
cum testes tantũ idonei, & omni exceptione
maiores Reum conuincãt. Tradit Boss. d. tit.
de conuict. n. 9. Et dupplici ratione quidem.
4 Prima ratio est, quia absurdũ est dicere, quod
5 quis conuincatur ex dicto infamis, seù inha-
6 bilis. Alia ratio est, quia durũ videtur, homi-
nem bonæ famæ, & opinionis etiã in crimine
hæresis ad voces infamiũ. v. g. duorũ cõdem-
nare; cũ ei ordo legitimæ defẽsionis denege-
tur, nõ publicatis testiũ nominibus, & cogo-
minib⁹. Albert. tract. de agnoscẽ. assert. q. 18.
7 c. 2. n. 5. Tabiẽ. in sũm. verb. Inquisitor. §. 37.
Corrad. Brun. lib. 4. de hæret. c. 9. Roias. tract.
de hæret. assert. 4. n. 103. Director. Inquisit. 3.
8 par. pag. mihi 615. cõm. 120. col. 1. Et quãuis
dicatur, quod testibus duobus plenè est cre-
dendum; tamẽ opus est, vt sint inrefutabiles,
& omni exceptione maiores, alioquin non
facerent plenam probationem; cum nec etiã
9 duobus solis plena sit adhibenda fides, nisi
multa alia concurrant. Simanc. Enchirid. de
probat. test. tit. 34. n. 5. Et quãdo nõ sunt inte-
10 gri, & incõfutabiles, fide digni, omni excep-
tione

tione maiores,& luce (vt aiūt) meridiana cla
riores,licet sint multi;tamen non possunt eū
cotū numero cōiungi, & facere supplemētū;
quoniam cum nullus ipsorū sit integer, fide
dignus,&c.alterū supplere nō potest. Gram.
decis.11.n.2.Rolan.cōs.98.n.34. Dec. cons.
133.col.pen.propè fin.Mars.cons.288.n.22.
Natt.cōs.394.n.18.& cōs.298.lib.2.Bertaz.
cōs.41.n.20. Gabriel.tit.de test.conclus.7.n.
11 8.quia quod nihil est supplemētū nō recipit.
l.sed si manente.ff. de precar. nā supplemētū
fit,quando testis est integræ fidei.Aym.cons.
99.n.10. Becc.cōs.85.n.20.post alios, quos
allegat.Et ex pluribus imperfectis non potest
vnum perfectum resultare.l.1. C.qui mino.
tutel.Corn.in.l.1.n.35.vers.tu dicas.C.de te
stam.Aym.de antiq. tēp. sect.quid in lib. of-
12 ficialis.n.17.in fin.& n.19.Vltra quod testiū
integritas non suppler vitium alterius testis,
13 qui sit inhabilis in criminalibus;quamuis te-
stibus duobus fide dignis magis credatur,
quam mille scelestis. Boss.tit.de opposit. cō-
tra test.n.152.sed testes duo nō omni excep-
14 tione maiores loco vnius habentur;& nō ad
condemnandum, sed ad inquirendum tantū
faciūt inditiū.Ità Prob.ad Ioan. Monac.c.1.
n.3.de test.in sexto Calcan.cōs.110.n.5.seq.
Alex.cons.128.n.2.lib.2. Ex quibus igitur
omnibus (vt dictum est) sicut ad condemnā-
dum requirūtur testes omni exceptione ma-
15 iores;itá etiam ad torquēdum.l.qui vltimò.
in fin.ff.de pœn.quam allegat Bart. in l.cun-
ctos populos.& declarat ibi Ias.nu.51.in fin.
Farinac.q.56.nu.121.& q.37.n.58. Mantua
cons.67.nu.37.seq. Mars.cons. 63.n.13.seq.
Quod procedit etiam in occultis, & difficilis
probationis. Clar.q.64.vers.dixi etiā in fin.
16 Rolan.cons.361.nu.3. Vbi reddit rationem;
quoniā quāto crimen est grauius,& atrocius,
tāto inditia debēt esse grauiora,& vrgētiora.
17 c.vbi periculū.de elect. in sexto nanq; atro-
citas criminis non debet mouere Iudicem ad
condemnādum,seù torquendū,nisi legitima
18 adsint inditia.Rolan.cons.7.n.38.seqq.lib.1.
Ob eamq; rem valdè aberrant Iudices, qui
tenent,quod tortura potest infligi per præsū-
ptiones,suspiciones,imaginationes, cōiectu-
ras, verisimilitudines, & inditia semiplenam
ad minus probationem non facientia, cum
supradicti testes idonei,legales, & omni ex-
ceptione maiores de necessitate requirantur.
Tradit Bart.in l.1.cū ibi not.ff.de quæst. not.
l.milites. & in l.fin.C.eo tit.Boss.tit.de indit.
n.180.Vbi ait,quod dd.præsūptiones, suspi-

19 ciones,imaginationes, cōiectura, verisimili-
tudines, & inditia in criminali sufficiunt ad
inquirendum tātum,seù ad capturam, & nō
ad reliqua.Dec.d.cons.189.col.1.seq.prout
ego etiam dico de inditijs crimen non tan-
20 gentibus.Immo dicitur, quod ad infligendā
torturam necessariò requiruntur testes, qui
directè deponāt super maleficio, & nō super
inditio ad maleficium. Bal.in l.fin. C. famil.
hercisc.l.fin. ff.de quæst. Alex.cons 5. nu.1.
cons.11.n.4.Dec.c.3 lcco.nu.15.de probat.
Gram. vot.22.Vulpell.cons.35.nu.6. Ratio
21 est,quia,vt possit īfligi tortura,debet liquidè
constare de facti veritate per testes idoneos,
& omni exceptione maiores. Ariminen. in
Addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama
publica.n.108.in fin Nec mirū videri debet;
quoniam in criminalibus,vbi de pœna capi-
tali agitur,debēt esse tales.Bal.in Marg. vers.
inditium.& cons.41.n 8.in 5. Alex.cons.14.
n.2.lib.3.& cons.18.nu.3.lib.2. Ruyn.cons.
14.n.2.lib.3.& 5. Bal.in l. col.2.nu. 5.verb.
quedā,est probatio maior.C.de probat.Dec.
cons.429.n.12. Mascard.de probat. conclus.
459.n.6.& 9.lib.2.& cōclus.496.nu.9.lib.3.
& conclus.1360.nu.4.Farinac.q.61.nu. 22.
Boss.tit.de indit.& considerat.ante tortu.nu.
22 10. & 197.d.l. Verum hoc omninò est ani-
maduertēdum,quod vnicus testis, quamuis
omni exceptione maior, non facit inditium
ad torturam; quoniā necesse est etiam,quod
alia concurrant adminicula, seu inditia. Vt
fama, contumacia,præcedens inimicitia, vel
alia inditia remota. Vt per Cyn. in l.fin.C.de
quæst.Ias.in repert.l.admonendi.n.187.ff.de
iureiur.alleg.Alex.cons.353.incip.viso The-
mate antescriptæ Inquisitionis. col.2. Mars.
in sing.suis.n.242. incip. quando testis om-
ni exceptione maior,9 not.Nouell.in pract.
crim.car.77.n.49. Et maximè vbi alia repu-
23 gnant.Boss.tit.de indit.& cōsiderat.ante tor-
tu.n.87.Et illi dicuntur omni exceptione ma
iores, quibus nihil potest opponi, & superāt
etiam omnem friuolam exceptionem,& nul
lam prorsus patiūtur maculam, seu defectū;
immo & vndiq; sunt inuulnerabiles,nec vlla
possunt exceptione repelli, aliàs secus. l.1.§.
Idem Cornelio.l.maritus. Vbi Glos.in verb.
illicitè.in fin.ff.de quæst.Glos. notab. in c.1.
in verb. maiores. de consanguinit. & affinit.
Alex.cons.180.col.6.vol.6. Soc. Iun. cons.
39. vol.2.n.59. Glos.in c.1.in verb.idoneos
de test.Gram.cons.ciuil.59. n.17. Glos.in §.
item verborum.Instit.tit. de inutil.stipulat.c.
licet

licet ex quadam de test. Franc. Curt. Pap. in tract. de test. conclus. 34. num. 73. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. n. 43. seq. Mascard. de probat. conclus. 1360. n. 6. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi reprehendit Iudices, qui de facili ad depositionem testis inhabilis reos torquent. Vbi attestatur de communi. Crott. tract. de test. nu. 10. Paris. cons. 152. vol. 4. num. 6. Cœpoll. cons. 32. num. 2. seq. loquens in proprijs terminis. Bursatt.
24 cons. 20. num. 22. lib. 1. Vbi quod mulieribus in criminalibus plena non est adhibenda fides ob magnitudinem præiudicij. Cæphal. cons. 233. num. 23. lib. 2. Bal. in l. fin. n. 5. verb. Quędam est probatio maior. Dec. d. cons. 429. num. 12. vers. 4. in criminalibus. Mascard. de probat. conclus. 459. nu. 6. & 9. & conclus. 496. num. 9. lib. 3. conclus. 1360. num. 4. Farinac. q. 61. num. 22. Et testis vt
25 dicatur omni exceptione maior, debet etiam esse 20. annorum. Bertrand. cons. 114. nu. 1. vol. 1. Sed vt non dicatur omni exceptione
26 maior, sufficit quilibet defectus, qualibet macula, & quęlibet exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona ipsius (sicut dictum est) Vt post multos, quos allegat scribit Mascard. de probat. lib. 1. in præfatione. q. 6. nu. 68. seq. & lib. 2. conclus. 855. num. 10. Aret. in c. litteris. col. 6. vers. Sed queritur. de test. Ias. in l. si quis. col. 1. ff. si quis caut. Et vbi requiritur testis omni exceptione maior, de ne-
27 cessitate per Fiscum articulari, & probari debet ipsum esse talem; alias probatio non releuat; quia lex hoc non præsumit. Vbert. Zuccard. l. fin. nu. 83. C. de edit. Diu. Adrian. tollen. Alciat. de præsumpt. in 3. reg. præsūpt. secunda, vers. & idem puto. Dec. c. dilecti. col. 6. n. 14 de appellat. Paris. d. cons. 152. vol. 4.
28 num. 7. Additur quoq; quod an testis sit fide dignus, & omni exceptione maior, per Iudicem considerari debet, si fortè natura vanus sit, si leuis, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsus, si premio, si gratia adductus testimo-
29 nium perhibeat. Item ipsius conditio, dignitas, diuitiæ, paupertas, amicitia, inimicitia, sexus, ætas, numerus, & id genus alia. Et his omnibus benè perpensis Iudex scire poterit, quanta sit testi adhibenda fides. l. 3. cum seq. ff. de test. Simanc. Enchirid. tit. 35. num. 1. seq. nam quando testis non est fide
30 dignus nec etiam facit inditium ad formandam Inquisitionem. c. qualiter, & quando. el
31 2. Farinac. d. q. 56. num. 188. Immo quando non est integer, & fide dignus, & est vnicus, nullum facit inditium quando non fuit tortus. Not. l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Bois. tit. de part. suppos. num. 19.

SVMMARIVM

1 *Testes ad inuicem contrarij discordes, & discrepantes in substantialibus nullam fidem faciunt.*

2 *Testes ad inuicem contrarij nec ad inquirendum faciunt inditium.*

3 *Testes ad inuicē cōtrarij sūt suspecti de falso.*

4 *Testes ad inuicem contrarij sibi ipsis fidem abrogant.*

5 *Testes quando dicantur ad inuicem contrarij, discordes & inter se discrepantes.*

6 *Testes quando se contradicunt, nunquam concordari possunt.*

7 *Testis vnus si contradicat alteri, prafertur dignior, si non potest fieri concordia.*

8 *Testes plures si pluribus contradicant, & non possit inter eos fieri concordia, attenditur maior numerus eorum, vel praferuntur digniores.*

9 *Testes plures si contradicāt pluribus vel paucioribus plures vincunt pauciores, si non potest fieri concordia.*

10 *Testes pares, quando aliqui ipsorum sunt digniores, digniores vincūt, quo ad probādū.*

11 *Testes plures pares numero, & cateris qualitatibus, si ad inuicem se contradicant, non probant.*

12 *Testis vnus si contradicat alteri, neuter punitur de falso.*

13 *Testium dicta inter se contraria possunt ex causa concordia, & benignitatis ad concordiam reduci.*

14 *Testes ad inuicem contrarij non puniuntur de falso si possūt aliquo modo cōcordes esse.*

15 *Testes quando in suis dictis habent contrarietatem expressam non possunt ad concordiam reduci*

16 *Testis vnus quādo alteri in verborū cortice, & substantia repugnat, neutri creditur.*

17 *Testi qui alium dat in testem, & ille nihil dicit, non creditur.*

18 *Testis deponens in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium, probat.*

19 *Testis discordās cum dicto partis nō probat.*

20 *Testis si prasumatur falsus, quando de eadem re interogatus cōtraria deponit nō obstat.*

21 *Testes deponentes prima vice per verbum videtur, & secunda vice assertiuè non dicuntur*

cuntur sibi ipsis contrarij, nec possunt puniri de falso.

22 *Testes quando sunt inter se aduersantes, se confundunt, & non probant.*

23 *Testes ab eadem parte producti, si ad inuicem sunt contrarij, non probant.*

24 *Testibus sibi ipsis contrarijs nulla est adhibenda fides, nec vllum faciunt inditium.*

25 *Testium contrarietas magis consideratur à dicto informatorio ad dictum informiter factum, quam ab informatorio ad informatorium.*

26 *In tortura quando quis dicit contrariũ ab eo, quod dixit prius in examine, per d. torturã non sanatur d. contrarietas.*

DISCEPTATIO XXIII.

De Testibus ad inuicem contrarijs.

INquisito ad depositiones testium ad inuicem cõtrariorum, discordium, repugnantium, seu discrepantium, in substantialibus narratis non potest infligi tortura; quoniam non solum non probant. Ioan. Andr. & alij
1 in c. in nostra. de test. Marl. sing. 488. Clar. §. falsum. vers. conuincitur: Sed nec etiam vllam faciunt fidem; tum quia se confundũt. l. qui falsa, vel varia. ff. de test. Afflict. decis. 72. n. 3. Floren. in pract. crim. in secunda par. secundæ par. vers. Item quod fuit eiusdem. nu. 26. Marl. sing. 488. Vbi testatur de communi. Boss. tit. de fals. n. 19. seq. Alex. qui ãte præfatos secundum hanc conclusionem sępè respondit. cons. 18 propè fin. vol. 1. & cons. 43. col. 5. vol. 4. Gram. cons. 26 nu. 21. cons. 35. ante fin. & cons. 44. n. 10. Dec. cons. 175. col. 2 & cons. 189. num. 8. Vbi quod nec ad
2 inquirendum faciunt inditium. Ruyn. cons. 146. seq. vol. 5. Vide ab Euangelista Marco 14. notantur illi falsi testes, qui contra Chri-
3 stum Dominum falsa dixerunt. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35. n. 31. Tum et quia sunt suspecti de falso, quib⁹ minimè creditur. Bal. in l. fin. C. eo. Glos & Bal. l. 1. qui, & aduer-
4 sus quos. Fœlyn. c. quia verisimile. in princ. col. vlt. de præsumpt. Ratio est, quia sibi ipsis fidem abrogant; sunt enim eorum testimonia se refellentia, & inter se collidentia; & ideò aliquando puniuntur vt falsi. Bal. in c. licet causam de probat. Daniellis 13. c. ex tenore. c. cum causam. de test. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. sed enim. Simanc. Enchirid. tit. 37. de test. singul. nu. 2. Et tunc testes dicuntur contrarij, discordes, repugnantes, &
5 inter se discrepantes; quando v.g. vnus dicit, delictum fuisse cõmissum in domo, alter verò in porticu. Vel vnus dicit fuisse commissum hora secunda noctis, & alius hora quarta noctis. Vel quando testis vnum deponit, & ex interuallo aliud testificatur. Vel vnus v.g. dicit, Petrus est altæ staturæ, & alius iustæ staturæ; qui ob id vti discrepantes, varij, atq; discordes à testificando repelluntur, & nulla est eis adhibẽda fides d. l. qui falsa, vel varia. ff. de test. c. fin. ff. de iureiur. Anchar. cons. 24. incip. Visa Inquisitione quamuis in tortura deposuerit. Dec. cons. 189. nu. 8. Ruyn. cons. 146. & 147. in fin. Rolan. cons. 15. in princ. Cæphal. cons. 223. in 2. Boss. tit. de Inquisit.
6 nu. 42. Clar. d. §. falsum. nu. 4. Vulpell. cons. 83. nu. 1. Et quando dd. testes sic se contradicunt, nunquã concordari possunt ad effectũ, vt probent contra Reum. Fœlyn. in d. c. cũ
7 tu. nu. 16. ext. de test. Farinac. q. 65. nu. 106. Verum dicere non est prætermittendũ, quod si vnus testis contradicat alteri, præfertur di-
8 gnior, si non possit fieri cõcordia: Sed si plures pluribus contradicãt, & non potest inter eos fieri concordia, attẽditur maior numerus
9 eorum, & præferuntur digniores. Boss. tit. de opposit. contra test. nu. 10. Sed si plures contradicãt pluribus, seù paucioribus, vel æqualibus; plures vincunt pauciores, si nõ potest fieri cõcordia, vt euitetur periurium pauci-
10 orum. Pares licet aliqui sint digniores, digniores vincunt alios quoad probandum; nõ autem vt alij minus digni teneantur de falso. Boss. tit. de opposit. contra testes nu. 14. Et
11 testes plures pares numero, & cæteris qualitatibus, si ad inuicẽ se contradicant, non probant. Boss. tit. de opposit. contra test. nu. 15. tamẽ nõ puniũtur de falso. Boss. tit. de corru.
12 test. nu. 35. Et pariter si testis vnus contradicat alteri; neuter punitur de falso. Boss. tit. de
13 fals. nu. 19. Tamen plurium dicta inter se cõtraria possunt ex causa concordiæ, & benignitatis ad concordiam reduci. Not. in c. cũ tu fili. de test. nè de falso puniantur. Sicq; idem ius statui debet, iura sunt vulgaria, & id solum ad euitandam pœnam falsitatis; non autem ad victoriam reportandam, seù cõsequendam. Tyndar. post alios ques allegat. tract. de test. in c. vlt. per totũ: Ratio est, quo-
14 niam dd. testes ad inuicem contrarij non puniuntur de falso, si possunt aliquo modo cõcordes esse: Sed si non potest fieri concordia inter eos, puniuntur de falso. Boss. tit. de opposit.

15 posit.contra test.num.11.Tamen quando in suis dictis habent contrarietatem expressam, non possunt reduci ad concordiam. Bart. l. labeo. ff. de supellect. legat.nu.8. Vbi quod potest puniri de falso,& loquitur in proprijs
16 terminis in teste variante in tempore.Cæterum illud omninò sciendum est, quod testis vnus,quando alteri in verborum cortice, & substantia repugnat operatur, vt neutri credatur etiam ad semiplenam probationem. Alex.conf.44.nu.15.lib.4.conf.126.num.9. lib.7.&conf.143.in princ.in 2.not.in c.in nostra. de test. Farinac. inter cons. crim. diuers. cõs.89.n.11.vol.2.magnæ impressionis.Vulpell.d.conf.95.nu. 10. quoniam eo casu sese constringunt. Alex.conf.18.n.7. lib.1.Hyppol.conf.20.n.13.nec non etiam neutri ex ipsis pariter creditur propter eorum contrarietatem, si allegauerint cõtestem interfuisse in aliquo casu, in quo ipse contestis depofuit nullo modo interfuisse. Bal.in d.c.causam d. c.in nostra.de test.Gram. conf.26.n.21.Bal.
17 d.conf.33. vol.3. Nouell.in pract.crim.car. 70. n. 10. Vlta quod quando in sua depositione alium in contestem dat,& ille nihil dicit,non probat.c.bonæ. de elect. c.cum dilectus.eo.tit.Marf.conf.20.n. 9. Sed quid multa? In huiusmodi materia duo alia sunt
18 considerata,& notanda: Vnum quod testis deponens in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium, probat,& statur dicto in iudicio,sed diminuitur de fide;tamen non punitur de falso,si dictum extraiudiciale fuit sine iuramento: quia tunc reperitur inter duo iuramenta contraria, punitur de falso. Bofs.
19 d.tit.de opp. sit.contra test.nu.3. Secundum quod testis discordans cum dicto partis non probat.Crauett.conf.171.n.10.cum alijs relatis.Additur quoq; quod testis,si præsuma-
20 tur falsus, quando de eadem re interogatus contraria, & repugnantia deposuit, non obstat.Iuxta not.per Bart.l.eos.in princ.ff. ad l. Cornel.de fals.& l. qui falsa, vel varia.ff. de test.quia hæc regula non procedit in varietate tollerabili, quæ causa obliuionis temporis causatur.Tradit Archid.in c. nihilominus 3.q.9. Innoc.c.qualiter,& quando. el secondo de accusat.Bart.l.qui bona.§.si quis stipulaturus.ff. de damn.infect.Barbat.cons.pœn. col.9.vers.Item ista est veritas.vers. secundo.
21 Et testes deponentes prima vice per verb.videtur, secunda verò vice assertiuè non dicuntur sibiipsis contrarij, nec possunt puniri de falso,Tindar.tract. de test.c.6. sub nu.2. Sed quando sunt inter se contrarij,& ad inuicem
22 dauersantes nõ probant, quia se cõfundunt. Marf.sing 488. Vbi testatur de cõi. Bofs.tit. de fall.n.19. seq. Alex.qui ante prætatos secundum hanc conclusionem sæpè respondit conf.18.propè fin. vol.1. & conf.43. col.5.
23 vol. 4 Et maximè quando ab eadem parte producti adinuicem sunt contrarij.Marf.cõmunẽ dicẽs d.sing.488. Grã.cõs 26.n.21.&
24 38 Alex.conf.18. in fin.vol.1. Et semper est menti tenendum quod testes, quãdo sunt sibi ipsis contrarij, fidem sibi ipsis abrogant, & nulla prorsus est eis adhibenda fides. Dec. conf.175.col.2.& conf.189. n.8. Vbi quod nec ad inquirendũ facit inditium. Ruyn.cõs. 146. seq. vol.5. Gram. conf. 35. ante fin.&
25 conf 44.n.10. Nec non etiam est animaduertendum,quod quãdo testis est contrarius sibi ipsi,non valet,quod fiscus dicat, vt alias dictum est, quod eius contrarietas fuit sanata per torturam, seu tormentum sibillorum ei inflictum;nam quando quis ob tormenta variat à primo dicto, nullum parit inditium ob defectum periurij. Gram.vot.34. n.10. seq. Dec.conf.189.nu.8.per totum, Bertaz.conf. 341.n.27. vol.2. Vbi ait, quod isto casu nec ad inquirendum parit inditium. Deniq; dici-
26 tur,quod id Iudex scire debet, quod testium contrarietas magis perpenditur à dicto informatorio ad dictum informatiter factum, quam ab informatorio ad informatoriũ.Soc. Dec. & Moderniores in l.1. C. de eden. Vulpell. conf.103.n.12.

SVMMARIVM.

1 *Stuprata dicto licet ciuiliter posset credi, quod esset virgo;tamen quando agitur criminaliter in præiudicium alterius nõ creditur.*

2 *Puellam fuisse stupratam aliundè constare debet quam ex dicto ipsius.*

3 *Puella stuprata non creditur etiamsi esset cõstituta in articulo mortis.*

4 *Puella stupratæ non creditur, quamuis eius dictum fuerit confirmatum in tortura.*

5 *Puella, siue mulieri dicenti se vim passam, seu per vim cognitam non creditur.*

6 *Puella, quando non constat, se vim passam, vel per vim cognitam, facit se sociam criminis.*

7 *Socius criminis nullum contra consocium facit inditium.*

8 *Socij criminis dictum, quamuis per torturam sanatum,*

fanatum, & in ea persisteretur, non facit inditium ad torturam.

9 *Confessis de se non creditur contra alios.*

10 *Mulier christiana in materia adulterij non facit inditium contra Ebream.*

11 *Mulier christiana nec ad inquirendum, nec ad capturam facit inditium contra Ebreã.*

12 *Mulieri asserenti se carnaliter cognitam, non creditur.*

13 *Imperatori non creditur in praeiudiciũ tertij.*

14 *Testi, etiamsi aliter veritas haberi nõ possit, non creditur, nisi aliae adsint coniecturae.*

15 *Puella non creditur quia esset testis in causa propria, quod esse non potest.*

16 *Puella non creditur, quia alias semper posset dicere, fui stuprata, ad hoc vt dotetur, vel in vxorem ducatur.*

17 *Puella non creditur, quia est accusatrix, & testis.*

18 *Puella non probat quia tractat de eius vituperio, & damno euitando.*

19 *Puella stuprata non creditur, quando consequitur aliquod commodum.*

20 *Puellae non creditur, quando non acclamauit, seu vociferauit.*

21 *Acclamatio, seu vociferatio puellae facit qualequale inditium.*

22 *Acclamatio seu vociferatio infert delictum, non autem delinquentem.*

23 *Stuprum, quando intercessit mulieris consuetudo cum stuprante, facit praesumi violentiam cessare.*

24 *Puellae non creditur, quia deponit turpitudinem suam.*

25 *Puella offensae nec ad inquirendũ creditur.*

26 *Offensum se dicens ab aliquo statim se eiusdẽ profitetur inimicum.*

27 *Bannimenta, cum sint odiosa, debent regulari secundum ius commune.*

28 *Stuprans virginem vilis conditionis non tenetur de stupro, sed actione criminali.*

29 *Stuprum non cadit in vilibus mulieribus, sed stuprans tenetur actione criminali.*

30 *Stuprum nõ committitur cum puella, quae ex fama praesumitur inhonesta.*

31 *Mulier dicitur inhonesta, & adulterata, quae habet mentem corruptam, etiamsi esset corpore intacta.*

32 *Stuprũ non praesumitur, quando adsunt testes deponentes de nonnullis actibus obscenis.*

33 *Vilitas consideratur ex parte mulieris cognitae, non autem viri.*

34 *Puella stuprata nominanti duos, vel plures stupratores non creditur.*

35 *Mendax in vno, mendax in omnibus ratione iuramenti, quod est indiuisibile.*

36 *Testis quando nõ probat veritatem sui dicti, debet condemnari de falso.*

37 *Ex mendacio praesumitur dolus.*

38 *Puella deflorata nominans aliquem consanguineum, nè occidatur, non probat.*

39 *Stuprum non cadit, quamuis puella suum dictum confirmauerit in tortura.*

40 *Defectus plures in puella simul iuncti prosternunt in totum eius dictum.*

41 *Puella stuprata nullum ad torturam facit inditium.*

42 *Stuprũ seu Incestus nõ punitur pœna corporali*

43 *Stuprum leuius est crimen, quam adulteriũ, seu Incestus.*

44 *Adulterium non punitur amplius pœna vltimi supplicij.*

45 *Adulteria nostris temporibus soli Deo relinquuntur punienda, dumodò violentia non adsit, vel alia qualitates aggregantes.*

46 *Carnis, & naturae vitium mitius punientur.*

47 *Stuprum cum incestu commissum non videtur punibile pœna vltimi supplicij, sed extraordinaria.*

48 *Pœna est aucta tantum in adulterio, non autem in incestu, & stupro.*

49 *Incestu, & stupro cum non reperiatur aucta pœna, remanet pecuniaria.*

50 *Mutatum quod non est, non probibetur stare.*

51 *Odiosa sunt restringenda.*

52 *Stuprum non dicitur commissum, nisi constet de praeludijs.*

53 *Stuprum non dicitur commissum, nisi interuenerint tactus mamillarum, amplexus, & osculatio.*

54 *Stuprum vt dicatur commissum, necesse est, vt stuprator reperiatur in rebus venereis.*

55 *Stuprum vt dicatur commissum, opus est, vt exhibeantur linteula, vel camisia sanguine deturpata.*

56 *Puella debet inspici non per vnam, sed per tres ad minus obstetrices.*

57 *Puella non potest dicere se stupratam, si nulibi probetur in processu.*

58 *Adminicula, seu inditia singula sunt plenè probanda, idest per duos testes contestes de loco, & tẽpore, & omni exceptione maiores*

59 *Stuprum vt dicatur commissum, opus est, quod stuprator seduxerit.*

60 *Stuprum vt dicatur commissum, probari debet quod stuprator stuprauerit.*

61 *Stuprum vt dicatur commissum, probari debet, quod stuprata erat virgo.*

62 Stu-

62 *Stuprata dictum non probat.*
63 *Stuprum vt dicatur commissum, opus est, vt fuerit cum virgine non violata.*
64 *Puella stuprata citò debet stupratorē accusare*
65 *Tarditas in querelando arguit dolum.*
66 *Stuprū probari debet per duos testes cōtestes, & omni exceptione maiores.*
67 *Stuprum non probatur præsumptionibus, & præparatorijs.*
68 *Stuprum vt dicatur commissum opus est, vt virgo tanto tempore retineatur ad vsum carnalem, vt non ex coitu primo, sed ex vlterioribus filius nascatur.*
69 *Stuprum vt dicatur commissum, non sufficit, quod testes dicat vidisse N. & N. in publico loco.*
70 *Stuprum debet probari per liquidissimas probationes, idest per testes.*
71 *Probatio liquidissima dicitur, quæ fit ex aspectu vuluæ.*
72 *Probatio ocularis est optima, & perlatiua omnium aliarum probationum, & ideò non sufficit coniecturalis.*
73 *Probatio coniecturalis dicitur imperfecta, & non liquida.*
74 *Inflammatio in natura puellæ potest prouenisse ex pluribus infirmitatibus.*

DISCEPTATIO XXIIII.

De Puella stuprata.

1 STupratori ad solum puellæ stupratæ dictum non potest infligi Tortura; quoniam stupratæ dicto licet ciuiliter posset credi, quod esset virgo; tamen quando agitur criminaliter in præiudicium alterius non creditur. Franc. Rosell. cons. 12. per totum diuers. lib. 2. Alex. cons. 157. in princ. vol. 5.
2 Boer. decis. 319. nu. 7. cum aliunde constare debeat fuisse stupratam. Gratt. viden. cons. 45. n. 31. seq. vol. 2. & cons. 57. nu. 28. vol. 2. Cæphal. cons. 140. n. 28. Paris. de Put. cons. 160. n. 24. Bursatt. cons. 69. n. 16. seq. & in
3 causa se obtinuisse scribit. Et nō creditur, ētsi esset constituta in articulo mortis. latè Alex. cons. 14. n. 34. seq. lib. 3. Clar. q. 21. vers. assertio vulnerati dicens hanc esse cōmunem
4 opinionem scribentium; quamuis etiam eius dictum fuerit confirmatum in tortura, vt requiritur. Rolan. cons. 73. n. 22. seq. lib. 1. Cacheran. decis. Pedamon. 79. n. 38. vers. tertio opponitur. Clar. d. q. 21. vers. scias autem, q
5 dictum socij criminis. Ideò etiam mulieri dicenti se vim passam, & per vim cognitam nō creditur. Boer. d. decis. 319. n. 7. vol. 2. & cōs. crim. diuers. ibi n. 10. Gratt. d. cons. 57. n. 28. lib. 2. Alex. cōs. 167. in princ. vol. 5. Crauett. cons. 41. n. 2. Gram. cons. 45. nu. 2. seqq. Ias.
6 cons. 72. in princ. Paris. cons. 54. Nam quādo non constat, quod fuerit per vim, facit se
7 sociam criminis, & ideo meritò nullum facit inditium. Hyppol. cons. 28. col. fin. Paris. d.
8 cons. 163. n. 10. lib. 4. Et socij criminis dictū etiam quod esset per torturam sanatum, & in ea persisteretur, & essemus in casibus, in quibus quis de socijs interogari posset, prout non potest. Vt est Text. in l. fin. C. de accusat. Vtiq; contra consocium nominatum nullum ad torturā faceret inditium. Dixit Gād. in suo tract. malef. in Rubr. de quæst. & torment. §. restat autem. vers. sed quē nunquid. quem refert, & sequitur Hyppol. cons. 22. n.
9 23. & Bal. in l. quoniam liberi. n. 2. C. de test. Vbi quod non creditur testibus de se confessis cōtra alios per d. l. fin. C. de accusat. Quod
10 procedit etiam in delictis occultè commissis Ias. cons. 22. vol. 1. Vbi in materia adulterij
11 mulier christiana non facit inditium contra Ebream; nec etiam creditur ad inquirēdum, seu ad capturam. Angel. tract. malef. vers. qui Iudex. Dec. cons. 133. etiam muliere, matre, & marito asserentibus in tormentis. Gram. d. cons. 45. Boer. d. decis. 319. n. 7. Brun. de indit. q. 3. primæ par. principalis n. 26. Plot. Repert. l. si quando, qui de cōi testatur. C. vnde vi. Rep c. Cū Ecclesia Sutrina. n. 37. de caus. possess. & propriet. dicens, quod asserenti se
12 ab aliquo spoliatum non creditur, etiam Imperatori, quando assertio continet delictum
13 tertij. Gram. decis. 15. n. 13. 64. & 105. Vul-
14 pell. cons. 30. nu. 1. seq. Quod habet locum, etiamsi veritas aliter haberi non possit; nisi ta
15 men aliæ concurrant coniecturæ; quia aliàs ipsa esset testis in causa propria, quod esse nequit. l. nullus. ff. de test. Nec non sequeretur
16 etiam absurdum; quia semper mulier posset
17 dicere fui stuprata, ad hoc vt in vxorem ducatur, aut decenter dotetur; Vltra quod esset accusatrix, & testis contra l. omnibus. C. de test. Vulpeil. cons. 94. n. 3. seq. & tractaret de
18 vituperio, & dedecore euitando, & de eius honore, & bona fama acquirenda, quo casu nihil probat. Alex. cons. 86. n. 9. vol. 2. Ruyn.
19 cons. 153. n. 12. vol. 1. & cons. 105. n. 6. vol. 4. Et idem esset, quando ex eius depositione consequeretur aliquod commodum. Ruyn. cons. 105. n. 6. Per Text. in d. l. omnibus. C. de

de test. Immò dicitur quoq; quod d.puellæ
tanto magis non creditur; quando non vo-
ciferauit in coppula Hostiens. in c. contine-
batur. de despons. Impub. Et vociferatio mu-
21 lieris violatæ, siue puellæ facit quale quale
inditium. Afflict. in Constit. De Rapt. virg.
num. 24. fol. 78. Mascard. de probat. conclus.
22 1409 num. 27. lib. 3. Ratio est, quia vocifera
tio, siue clamor, aut acclamatio infert deli-
ctum, sed non delinquentem. Foller. in sua
prax. crim. vers. Et capiat informationem.
Mars. § principium. num. 12. & 19. Verun-
tamen quando post prætensum stuprum in-
tercessit mulieris consuetudo cum stuprante,
23 facit præsumi violentiam cessare. Vt in ter-
minis Rom. cons. 167. num. 5. Vulpell. cons.
eo. Immò (inquam) dicitur, quod d. Puellæ
non creditur; tum quia deponit turpitudinē
suam, l. cum profitearis. C. de reuocat. donat.
l. si creditoribus. C. de seru. pign. dato Rot.
24 Rom. Veneta Donarionis coram R. P. D.
Buratto die veneris Nouembris 1614. Tum
ēt quia dicit se offēsā & offēso nec ad inqui-
rēdū creditur. Clar. q. 7. vers. habes. Natt. cōs.
47. & cons. 407. num. 6. Farinac. q. 43. nu. 5.
Ratio est, quia quando quis dicit se offen-
sum ab aliquo, statim etiam se eiusdem pro-
fitetur inimicum. Paris. Put. cons. 152. n. 41.
vol. 4. Rolan. cons. 24. nu. 25. seq. vol. 1. Fa-
25 rinac. q. 46. num. 92. Et quamuis dicatur,
quod stuprator tenetur stupratam dotare,
aut in vxorem ducere, si non adsit impedi-
mentum. Cassan. cons. 40. quem refert, & se-
quitur Clar. § stuprum. vers. sed quero, quæ
sit pœna. & Bal. cons. 206. lib. 3. num. 1. Et
quod stuprans virginem vilis conditionis
non tenetur actione criminali de stupro, sed
solum ad eam dotandam; sic Angel. in l. si
vxor. §. sed & in ea. ff. de adulter. in princ.
26 Crauett. cons. 166. num. 6. Thesaur. decis. Pe-
damon. 3. num. 3. Et ità etiam Rot. Rom.
Nouus diuerso. par. 1. decis. 808. num. 5. seq.
27 Et quamuis etiam per aliquos DD. dicatur,
quod non valet allegare banimenta in con-
trarium; cum d. Rota benè sciat dd. banimē-
ta; quæ cum sint odiosa debent regulari se-
cundum ius comune, quod disponit, vt Vir-
go solum dotetur cum sit æqualis conditio-
28 nis: Tamen omninò dicitur, quod stuprans
virginem vilis conditionis, nempè quæ va-
dit, verbi gratia, ad vindemias colligendo
vuas &c. non tenetur de stupro, sed actione
iniuriarum tantum. l. quæ adulterium. C. de
adult. Paul. Ghirlan. de pœn. omnifar. coitus.
num. 7. quæst. principali. num. 42. Fallent.
29 Alex. cons. 13. nu. 6. vol. 7. Et id triplici ra-
tione, Prima ratio est, quia stuprum non ca-
dit in vilibus mulieribus, idest non potest agi
ad stuprum, quando virgo est vilis conditio-
nis, sed datur actio iniuriarum. Alex. d. cons.
30 13. num. 6. vol. 7. Secunda ratio est, quia d.
stuprum non committitur cum muliere, quę
ex fama presumitur inhonesta, vel visa fuit
præludia facere, & iocari inhonestè cum vi-
ris, vel verba inhonesta proferre. §. Item l.
31 Iul. de adult. quia illa dicitur inhonesta, &
adulterata, quæ habet mentem corruptam,
etiamsi fuerit corpore intacta. Alex. cons. 77.
num. 1. vol. 7. Per Text. in c. nec solo. cum
32 seq. 32. q. Tertia ratio est, quia stuprum non
præsumitur, quando adsunt testes, qui de-
ponunt de nonnullis actibus obscenis puel-
læ. Ità in terminis Paris. cons. 160. per totum.
vol. 4. Et sic quando fertur sententia super
isto capite stupri venit reuocanda. Salyc. in
l. cum qui duas. num. 2. C. de adult. vbi pœnit
pœnam vilis stupratoris, limitat non proce-
33 dere in stuprante ancillam. Et vilitas con-
sideratur respectu mulieris stupratæ, non
autem viri. Paul. Ghirlan. d. q. 7. num. 4. Et
d. Salyc. in d. l. cum qui duas. Verum in huius
modi materia stupri duo sunt potissimum
34 aduertenda. Primò quod quando mulier
stuprata nominat duos, vel plures stupra-
tores, non solum non est ei credendum, sed
nec vllum parit inditium; quoniam veritas
35 est, quod vnus tantùm stuprauit: Et ideò
cum in vno sit mendax, in omnibus reijci-
tur eius dictum ratione iuramenti, quod est
indiuisibile. Bofs. tit. de test. num. 37. & me-
lius tit. de opposit. contra test. num. 18. vers.
36 quod modo. Vbi nisi probetur veritas sui
vltimi dicti debet condemnari de falso In-
noc. c. Fraternitatis. de hæret. Abb. in c. testi-
monium. num. 3. de test. Veronen. cons.
crim. 32. vol. 4. vers. quarta ratio Bursatt.
37 cons. 192. num. 20. seq. lib. 1. Ratio est,
quia etiam ex mendacio præsumitur do-
lus. l. si seruus. §. si persuaserit. ff. de dolo;
Immò si nominet aliquem consanguineum,
38 ne occidatur, quia tractat de eius vitam,
& honorem conseruando, nihil probat.
Alex. cons. 86. num. 6. vol. 4. Secundò
39 quod ad d. stuprum (vt dictum est) nullo
modo agi potest, quamuis suum dictum
confirmauerit in tortura; quoniam tortura
purgat vnū tantumodo defectū, & nō duos,

vel plures, vt vilitatem puellæ, & delictum
40 commissum. Fab. Turrett. conf. 15. n. 52. Qui
defectus simul iuncti prosternunt in totum
dictum puellæ. Vt post Crauett. & Marf.
quos allegat, ostendit Menoch. conf. 98. nu.
41 15. vol. 1. Sed quid multa? Turtura non
potest infligi Stupratori ad dictum stupratæ;
quia pro stupro, & incestu ex consuetudine
42 totius Italiæ non imponitur pœna corpora-
lis, sed pecuniaria tantum. Glos. & ibi Bart. l.
adulterium. num. 2. ff. de adult. Anan. c. fin.
post nu. 11. cum stuprum sit leuius crimen,
43 quam adulterium, c. adulterij. 22. q. 7. Ideò
d. consuetudo est omninò attendenda, & ser
uanda in impositione pœnarum. l. hodie. ff.
44 de pœn. Et quod adulterium non puniatur
amplius pœna vltimi supplicij, vt antiqui-
tus fiebat, sed tantum pœna extraordinaria,
& modica, idest pecuniaria, consuluit post
Bal. & Rom. quos allegat. Aym. conf. 137. n.
45 10. per totũ. Ratio est, quia adulteria nostris
temporibus soli Deo relinquũtur punienda,
dumodo violentia, vel aliæ qualitates aggra-
uantes non accedant. Vt latè Brun. tit. de
46 adult. in eius praxi. Alia quoq; adest ratio,
quia quoad carnis, & naturæ vitium mitius
agitur. Aym. d. conf. & num. Tiraquell. de le-
gib. connub. l. 3. nu. 23. Clar. in pract. §. adul-
teriũ. vers. sed quero. prope fin. Vulpell. cõs.
61. n. 8. Et ideò quia motus ad actũ est de iu
re naturali. Bal. c. at si clerici. §. adulterij. col.
2. de indic. ob id pœna quando est minoran-
da, tunc non debet esse corporis afflictiua.
Bal. l. data opera. C. qui accus. non poss. Grã.
conf. 36. in fin. post Marf. in l. Diuus Adria-
47 nus. de paric. Quibus omnibus additur, quod
stuprum cum incestu commissum non vide-
tur punibile pœna vltimi supplicij; sed alia
extraordinaria; nam licet Glos. in l. si adulte-
rium cũ incestu. ff. de adult. æquiparet pœnã
adulterij, & incestus, & dicat, quod in adulte
rio est pœna mortis. Vt dicit Text. in l. si quis
48 viduã. ff. de quæst. Tamen pœna ibi est aucta
tantum in adulterio. Per l. quamuis. C. de
49 adult. non autẽ in incestu. Et cum in isto deli
cto incestus non reperiatur alterata pœna, re-
50 manet eadem pecuniaria: Ratio est, quia id
quod nõ reperitur mutatũ, non prohibetur
51 stare. l. præcipimus. C. de appellat. Idq; eo ma
gis dici debet, quia odiosa sunt restringenda
c. odia. de reg. iur. in sexto. Ideò æquiparatio,
quam facit Glos. procedit de iure. ff. vt indi-
uiduo scribit Angel. in d. l. si adulterium cum
incestu. Sequitur Alex. conf. 219. col. 2. vol. 6.

Vbi adducit concordantes: Nec dissentiunt
Bermundus tract. de public. concubi. tit. de in
cestu. vers. sed aduertendum est. nu. 15. affir-
mans hanc esse æquiorem, & veriorem opi-
nionem. Thesaurus decis. Pedamon. nu. 100.
Et nouissime Franc. decis. 378. per totam, lo-
quens in proprijs terminis de eo, qui commi
serat stuprum cum incestu in sororem ger-
manam. Verum in omnibus dd. delictis ex d.
consuetudine totius Italiæ non imponitur
amplius pœna vltimi supplicij, sed pecunia-
ria tantum. Ceterum nè à proposita stupri
materia discedatur, dicitur, quod vt stuprum
cognoscatur, & probetur secundum DD. in-
frascripta copulatiuè concurrere debent.
52 Primò quod constet de preludijs ad stuprũ,
vt considerant DD. nempè quod stuprator
reperiatur cum stuprata, idest inuuenis nu-
dus, cum puella nuda, vel saltim vnus ipso-
rum iuxta lectum, & sólus cum sola in thala-
53 mo. Secundo quod interueniant tactus mam
54 millarum, amplexus, & deosculatio. Tertiò
quod sit rumor, & fama in vicinia. Quartò
q̃ reperiatur stuprator in rebus venereis cum
55 stuprata. Quintò q̃ exhibeantur linterulæ
seù Camisia sanguine deturpata, & de istis
omnibus adminiculis coniecturis, & presum
ptionibus tractauerunt DD. & precipuè Pa-
ris. Put. tract. de Sindic. in verb. Officialis
offensa. c. 1. num 2. seq. fol. mihi 350. tom. di-
uers. Foller. in prax. in crim. par. 2. in Rubr.
Capiat informationem. nu. 13. fol. mihi. 17.
Blanc. tract. de indi. num. 64. vers. facit. fol.
mihi 365. ad secundum & latè post alios
Masceard. de probat. lib. 3. conclus. 1377. fol.
mihi 331. in verb. stuprum. alias Inquisitio
56 transmitti non potest. Sextò quod Puella
non per vnam, sed per plures Obstetrices fue
rit inspecta. Paris. de Put. d. tract. in verb. Tor-
tura. el tertiò c. 6. num. 2. Simanc. de cathol.
Instit. tit. 54. num. 2. Vbi quod corpus delicti
in stupro à tribus fieri debet. Plot. conf. 132.
num. 22. diuers. crim. lib. 1. Foller. in d. Prax.
& dicto verb. num. 20. Clar. q. 4. vers. quan-
do verò in fin. Vbi quod præcedente d. in-
spectione procedi potest contra nominatum.
57 Nec facit si dicatur, quod fuit per vim stu-
prata, si nulibi probetur in processu de d.
vi. Et tamen singula adminicula, seù si-
gna ad delictum inferentia plenè sunt pro-
58 banda, idest per. duos testes idoneos, &
omni exceptione maiores, & contestes de
loco, & tempore etiam in crimine here-
59 sis. Innoc. in c. sicut. de simon. Septimò
quod

60 quod stuprator seduxerit stupratam. Octa-
61 uo quod stuprauerit. Nono quod stuprata erat virgo. Ità declarat Gratt. viden.consf. 43.num.31.verf.his tamen non obstantibus vol.2. Et prædicta (vt dictum est) sunt probanda aliunde, quam ex dicto Stupratæ: nam
62 iura loquuntur, si seduxerit. Dictio si denotat conditionem, & importat formam: Et ideò qui se fundat in dd. iuribus, qualitates in eis requisitas probare debet. Gratt.d.conf.
63 43.num.32. & 35. Decimò quod stuprum sit commissum cum virgine non violata; nam quando ad virginem violatam ex interuallo reuertitur; & multo minus quando post violationem vilis, & famula effecta est, non dicitur commissum. Bofs. tit. de Coitu
64 damnati.num.36. Vndecimo quod cito stuprator à stuprata accusetur; nam quando v. g. post tres menses à die commissi stupri porrigitur accusatio, censetur non fuisse cô-
65 missum stuprum; quia tarditas in querelando arguit dolum ex parte querelantis; nam ex tarditate dolus præsumitur. Bal. conf.37. in fin.lib.1. Aym.conf.75. nu.9. Boer. decif. 42 num.2. Mascard.de probat.conclus.531. lib.1. Et maximè in materia stupri, cum sit longum silentium in accusando. l.si quis fortè. §.1. ff. de pœn. Vbi nec enim debent accusatores tam magnam rem tam diù reticere. Bal.d.conf.37. in fin.lib.1. Aym.conf. 28. num.6.& conf.75.num.9. aliàs præstant inditium innocentiæ Rei. Bal. d. conf. vol. 3.
66 Duodecimo quod stuprum probetur per duos testes contestes, & omni exceptione maiores, non autem per testes singulares. Scripserunt Gratt.conf. 50. num.10. vol.2. Ioan.de Amic.conf.127.num.6. Clar.q.53. verf.dixi etiam; nec dissentiunt Ioan. Andr. in c.vt officium.§.1.de hæret.lib.6. Alex.côs. 147.col.vlt.vol.7. Alber.in l.turpia.de legat.
67 primo. Decimotertiò quod non probetur præsumptionibus, & præparatorijs. Adden. ad Bart.in l.Capite quinto.num.2.verf.nota ergo.ff.de adul. Corn.conf.191.in fin. lib.4. Aym.conf. 205. num. 20. seq. Mascard.de probat.lib.1.conclus.59.num.10.& 20. Farinac.conf.80.num. 10. & 52. Vbi allegat. Glof.in c.veniens.el primò. Vbi Abb.num. 4.& Dec.num.8.de test. Alciat.conf.2. num. 41.tom.1. Natt.conf.299.nu.15.in fin.verf. quia respondet.lib.2. Rot. Rom. in illa Firman.Cappellaniæ die 7.Maij 1571.verf.effectuatio non obstat coram Santissimo D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore; & in vna Tolten. in vna parochialis die 28.
68 Maij 1593. coram R.P.D. Pamfilio. Decimo quarto. Vt stuprum dicatur commissum, opus est, quod virgo stuprata tanto tempore retineatur ad vsum carnalem, vt nô ex primò coitu, sed exulterioribus filius nascatur, nisi eam in veram concubinam accepta esset; quia tunc stuprum tollitur. Bofs. tit.de coitu damnat.num.35 Decimoquinto
69 quod ad stuprum probandum non sufficit, quod testis dicat, vidisse.N. in loco publico cum.N. quia nec illa tam violenta præsumptio sufficit, cum nudus cum nuda repertus fuit. Matthesil.notab.119.quê secuti fuerunt Corn.conf.191.in fin.lib.4. Gratt.conf.205. nu.10.cum alijs adductis per Menoch. conf.
70 31.num. 6. seq. lib.1. Decimo sexto quod necesse est, vt probetur per liquidissimas probationes, vt in omnibus alijs delictis, in qui-
71 bus remanent vestigia, idest per testes. Et probatio liquidissima dicitur illa, quæ fit ex aspectu v.g. vuluæ puellæ ab Obstetricibus;
72 nam probatio ocularis, seu per rei euidentiã est optima, & superlatiua omnium aliarum probationum. Ità Bal.in Rubr.C.de probat. col.2. sequitur Natt.côs.269.n.7. Et ideò nô sufficit probatio per coniecturã. Vt per plura iura, & authoritates ostêdit Natt.côs.29.nu. 3. quoniã probatio coniecturalis dicitur im-
73 perfecta, & nô liquida. Vt post D.Thom. quê allegat tradit Menoch.côs.82.n.95.lib.1. Cęterũ nô est deniq; tacêdũ quod Inflamatio in natura puellę potest prouenisse ex febre, vel
74 alia inflãmatione, seu apostemate: id cognoscitur, si inspectis nimis pudicis tota natura est inflãmata. Vt docet Thom. Treu.f.decif. ctim.13.n.4.lib.2. quem refert, & sequitur Scaccia tract.de Iudic.ciuil.et crim.c.83.n.13

SVMMARIVM.

1 *Pueri subagitati dictum nullum facit probationis gradum, præsertim ad torturam.*

2 *Puer dicens se fuisse subagitatum, vt particeps criminis non probat.*

3 *Puer quamuis dicat se fuisse per vim cognitum, & ideò non esse criminis participem, tamen non probat.*

4 *Puer subagitatus nô potest esse testis in causa ppria, & multo minus accusator & testis*

5 *Puer dicens se suppositum per sodomiam reddit se infamem, & ideò non probat.*

6 *Infamis a testimonio repellitur.*

7 *Mulieri dicenti se fuisse carnaliter cognitam non creditur.*

8 Pueri subagitati dictum ad torturam nō praestat inditium.
9 Testis si deponat de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti inditiū nō facit ad torturā, nisi sit ōi exceptione maior.
10 Puer asserens se suppositum per Sodomiam nullum ad torturam facit inditium.
11 Pueri subagitati dictum, quando nulla concurrat praesumptio, vel inditium, non facit inditium ad torturam.
12 Pueri subagitati dictum non facit inditium, & si ferula vt puer casus fuerit.
13 Puer subagitatus in tormento ferulae suum dictum confirmare debet, & coppulatiuè alia praesumptio concurrere debet, vt faciat inditium ad torturam.
14 Tortura sola nō sufficit pro inditio ad torturā.
15 Tortura vt infligi possit vltra alia adminicula plura concurrere debent.
16 Falsus, & mēdax in vno, in omnibus dicitur falsus, & mendax, & mentiri presumitur.
17 Famę bonę probatio omnem contrariam pręsumptionem elidit.
18 Socius criminis quando in aliquo speciali casu tanquam testis fidem facere potest, id procedit, quando concurrentibus alijs inditijs est talis quod accusator & testis esse potest & non aliter.
19 Socius criminis admittitur ad testificandū, quando ei solum obijcitur, quod est socius criminis, & alia exceptione nō repellitur.
20 Puer subagitatus quando alias patitur exceptiones nullam fidem facit.
21 Puer quando est minor 14. annis, ex defectu aetatis non probat.
22 Puer quando est periurus à testificando repellitur.
23 Puer quādo est sibi ipsi cōtrarius nō probat.
24 Puer subagitatus quando cum iuramento falsò asserit fuisse retentum in cubiculo v. g. per tres dies post cognitionem carnalem non est attendendus.
25 Puer quando per testes conuincitur de mendacio, vti periuro non creditur.
26 Puer quando est inimicus nullam ad torturam facit fidem, & inimicus dicitur, quando deponit fuisse percussum.
27 Testes vt à testimonio repellātur, cōstare debet de causâ inimicitiae, vt de percussionibus.
28 Tortura non potest purgare plures exceptiones sed vnam tantum.
29 Tortura purgat solum infamiam resultātem ex eo, quod quis facit se socium criminis, non tamen alios defectus.
30 Pueri subagitati anus quando non fuit inspectus, non dicitur constare de corpore delicti.
31 Tarditas, seù longum silentium in querelando arguit dolum.
32 Inditium legitimum non procedit ex dicto pueri, quando ex eius depositione nulla resultat fides.
33 Iudex quamuis habeat liberum arbitrium procedendi sine legitimis inditijs nō potest infligere torturam.
34 Puer quando est minor 14. annis non est locus torturae, quia ad testimonium non admittitur.
35 Aetas puerilis quid agat ignorat.
36 Minor 25. annis in criminalibus non admittitur ad testificandum.
37 Pueri subagitati dictum in tormentis sibillorum sine allijs adminiculis ad torturam non parit inditium.
38 Sodomiae crimine necesse est, vt constet de corpore delicti, nec sufficit, quod dicatur, linteolam fuisse repertam sanguine deturpatam, vel alijs immunditijs.
39 Sodomiae crimen excluditur quando immunditiae proueniunt ex morbo morroidorum, quo laborat puer, vel ex alia causa.
40 Pueri subagitati anus necessariò inspici debet per Chirurgos, an tota ani corona sit inflammata.
41 Pueri subagitati confessio non probat subagitationem, nec corpus delicti.
42 Puer deponens turpitudinem suam non est audiendus.
43 Puer subagitatus non est audiendus, quando non constat de fractura ani ipsius.
44 Ani fractura quamuis appareat, potest tamen prouenisse ex alia causa.
45 Anus pueri si sit ruptus & fuerint adhibita medicamenta & id constet ex depositione Chirurgi, nihil refert, quando testes deponunt, quod potuit prouenisse ex inflamatione, & non subagitatione.
46 Ani ruptura quādo potuit prouenisse ex alia causa, praesumi debet ex inflammatione, & non ex subagitatione.
47 Puer subagitatus si dicat, quod exiuit sanguis ex eius ano, & id etiam deponat Chirurgus, nihil refert.
48 Puero seù Chirurgo deponenti de ani fractura non est credendum, quia opus est, vt aliunde probetur.
49 Puellae stupratae dicenti, quod fuit ab aliquo cognita, non creditur.
50 Vulcer in ano pueri subagitati Chirurgis, seù puer à

puero non creditur prouenisse ex subagitatione.
51 Sodomiæ crimen vt excludatur, dicendum est quod vulcer extitit āte subagitationē.
52 Sodomię crimen vt dicatur commissum, requiritur, vt probetur, semen agentis esse immissum in anum patientis, vel saltem membrum in partes pudendas.
53 Sodomiæ crimen in propria specie non erit, sed quadam extraordinaria pollutio, quādo non probatur semen fuisse immissum, vel saltim membrum virile in anū pueri.
54 Sodomita quando non confitetur non de perfectione actus sed de pollutione extra claustra, extraordinaria pœna punitur.
55 Qualitas aggrauans delictum constare debet in actis.
56 Sodomita quando fatetur subagitasse puerū extra claustra, animo tamen subagitandi intra claustra, non punitur pœna mortis naturalis.
57 Affectus non punitur eadem pœna etiam in atrocissimis non secuto effectu.
58 Propositum cum actu imperfecto mitius punitur.
59 Sodomita quando confessus fuit subagitasse alios pueros intra claustra, nihil facit, quia eius spontanea confessio verificari debet.
60 Confessio spontanea verificari debet, quando Reus fatetur delictum in specie.
61 Confessio Rei non sufficit ad condemnandum, nisi cum confessione concurrant partis querela.
62 Sodomiæ crimen quod committatur cum puero x. aut xii annorum non est verisimile.
63 Amplexus, & oscula capienda est consectura, quod licito amore nō libidine facta fuerūt.
64 Minori 18. annis pœna minoranda est.
65 Minori officio iudicis minor pœna īponitur.
66 Adolescentiæ proprium, & peculiare est vitiorum irritamentum.
67 Adolescens si peccet magis ætatis vitio ascribitur quam malitiæ & improbitati.
68 Adolescentem emendatiorem, vitiaq; cum adolescentia depositurum spes esse debet.
69 Adolesenti, cum pœna imponitur, vt emendetur, vtiq; nō debet esse mortis naturalis.
70 Puer subagitatus ab vno non potest interogari an fuerit subagitatus ab alio.
71 Puer subagitatus quando fuit interogatus, an fuerit subagitatus ab alio, contra quem nulla præcedebant inditia, sententia redditur nulla.
72 Inflammatio in ano pueri potest euenire ex pluribus infirmitatibus.

DISCEPTATIO XXV.

De Puero Subagitato.

1 AD solum dictum pueri subagitati, dicentis se ab Inquisito suppositum per Sodomiam nullo modo potest infligi tortura. Per Vulg. Reg. Actore non probant. Reus absoluitur, etiam quod nihil præstiterit, & simus in causa criminali. l. qui accusare, C. de Eden. & ibi DD. Et id triplici ratione quidē, Prima ratio est, quia d. puer subagitatus nullum facit probationis gradū; nam deponens se fuisse subagitatum, facit se participē
2 criminis, & partic. ps criminis contra aliū nō probat. l. quoniam liberi. C. de test. l. fin. C. de accusat. l. si filiū. C. de lib. causa. Et quāuis d.
3 puer dicat, se per vim fuisse cognitū & ita nō fuisse participem criminis; non tamen itā dicere sufficit, nisi & eius dictum probetur. d. l. accusare. & in proposito Marl. in pract. crim. §. diligenter. n 37. Rolan. à Valle cons.
4 14. num. 8. lib. 4. Secunda Ratio est, quia d. puer porrigens querelam super huiusmodi Sodomiæ vitio contra consocium nō potest esse testis in causa propria; quoniam iura abhorrent, quod quis in causa propria fit accusator, & testis. Glo. in l. 1s, qui in iudicio ff. de accsat. Gand. in tract. malef. in Rubr. qui accus. poss. Marl. cons. 33. num. 3. seq. & in
5 terminis Sodomiæ Tiber. Decian. cons. 83. num. 16. vol. 3. Tertia Ratio est, quoniam d. puer deponens se suppositum per Sodomiā, reddit se infamem. Vt habetur in Auth. Vt non luxur. contra natur. & in l. cum vir nubit in fœminam. C. de adulter. Vt in c. Clerici. de
6 excess. Prelat. Et infamis à testimonio repellitur. c. imprimis. 2. q. 1. per tu. s. de Simon. Spec. tit. de test. test. §. 1. num. 28. Quibus ra-
7 tionibus DD. dicunt, non esse adhibendam fidem mulieri, deponenti ab aliquo fuisse carnaliter cognitam, maximè si ipsa querelam porrexit. Alex. cons. 157. in princ. lib. 3. Gram. cons. crim. 45. in princ. Gratt cōl. 57. num. 28. lib. 2. Boer. decis. 310. num. 7. Cra-
8 uett. cons. 41. in princ. lib. 1. Et si pueri dictū nullam facit fidem (vt dicunt DD. in allegatis locis, multo minus ad torturam constituit inditium, vt ipsi sentiunt; & in specie de inditio ad torturam loquuntur Crauett. & Gratt. in dd. locis: Id quod concludentissimā

9 sima ratione comprobatur; namq; si vnus testis deponens de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti inditium non facit ad torturā, nisi sit omni exceptione maior. Bart. in l. maritus. num. 1. ff de quæst. Bal. cons. 259. num. 5. lib. 1. Crauett. cons. 99. nu. 4. lib. 1. Ruyn. ex communi cons. 147. nu. 3. lib. 5. cum alijs vt per Clar. lib. 5. sent. q. 21. vers. vnus testis: sic nec d. puer facit inditium ad torturam, cū non sit per supradicta omni
10 exceptione maior, & maxime quando est accusator. Et in terminis quod d. puer, qui asserit se suppositum per Sodomiam non faciat iditium ad torturam, firmat Mars. cons. 28. num. 18. seq. Paris. cons. 163. num. 8. seq.
11 lib. 4. Riminal. Iun. cons. 290. num. 9. lib. 3. Quod tantò magis dicendum est, quando cum dicto pueri nulla alia concurrit præsum
12 ptio, vel inditium. Vnde eius depositio non facit inditium ad torturam, etsi; ferula vt puer cæsus fuerit; quoniam requiritur, quod copulatiuè alia concurrat præsum-
13 ptio, vel inditium, & socius confirmet in tortura dictum suum: namq; sola tortura non
14 sufficit pro ind. tio ad torturam. Salyc. in l. fin. C. de accusat. Alex. cons. 89. num. 2. lib. 3. cons. 128. col. 1. in fin lib. 4. Mars. cons. 2. nu. 28. vers. 15. numer. 5. Boer. ex communi d. decis. 319. num. 1. Rolan. à Valle cons. 16. nu. 17. lib. 1. Clar. d. q. 21. vers. Sed. & vers. seqq. Bertaz. cons. crim. 39. num. 13. & cons. 234. nu. 1. seq. lib. 1. & in specie Bos. tit. de indit.
15 & considerat. ante tortu. nu. 160. Immò dicitur, quod ad hoc vt possit infligi tortura vltra adminicula, & coniecturas requiritur, vt appareat, vel ex numero testium; vel ex qualitate deponētium; vel ex persona eorū, contra quos soccius deponit, verisimile sit, socium criminis non mentiri. Arct. in c. cum P. Manconella. nu. 22. de accusat. Mars. cons. 74. num. 12. Gram. cons. crim. 38. num. 26. Rolan à Valle cons. 73. nu. 2. lib. 1. Bursatt. cons. 201. num. 80. lib. 2. & Tiber. Decian. cons. 18. num. 64. lib. 1. qui alios allegant. Quæ quidem verisimilitudo in huiusmodi casu nullo modo deducitur, nec deduci potest: Non enim probatur ex depositionibus aliorum testium; cum nullus adsit preterq; ipse puer: Nec ex qualitate personæ ipsius pueri resultat præsumptio, quod non mentiatur, sed oppositum, quia ætatis annorum v. g. 12. Paris. in terminis d. cōs. 163. Tū ēt quia periurus nō semel, sed pluries, vt in facto deducitur, & satis constat ex depositionib⁹ suis

16 sibi contrarijs. Et in vno mendax, & falsus in omnibus dicitur mēdax, & falsus, & mētiri præsumitur. Abb. in c. testimonium. n. 3. de test. Cœpoll. cons. crim. 32. col. 4. vers. quarta ratio: Et minus et ex qualitate personæ d. Inquisiti de sodomia elicitur præsumptio veritatis depositorum per d. puerum, sed contrarium dicendum est, quando probatum fuerit consocium ab ipso nominatum esse virū bo-
17 næ conditionis, & famæ: Quæ sanè probatio omnem contrariam præsumptionem elidit; vt pro inculpato de sodomia cōsiderat Paris. d. cons. 163. n. 16. lib. 4. & Riminal. Iun. d.
18 cons. 290. n. 3. lib. 3. Verū quando in aliquo speciali casu de iure cauetur testem sociū criminis fidem aliquam facere, id procedit, qñ concurrentibus alijs inditijs, seu coniecturis testis est talis, quod accusator & testis esse possit, & non aliter. Ruyn. cons. 7. in fin. lib. 5.
19 Rolan. à Valle cons. 73. nu. 18. seq. lib. 1. Et sic quando ei solum obijcitur, quod est socius criminis, sed alia exceptione non repellitur, alias nullam fidem facit, sed in totum repellitur. Vt ex doctrina Angel. in l. qui in iudicio. ff. de accusat. quem secutus est Mars. cōs. 34. n. 23. Gram. cons. crim. 38. n. 9. & cōs. 35. n. 9. & 27. vol. 4. Rolan. à Valle cons. 3. n. 49. lib. 3. & ex cō Riminal. Iun. cons. 114. nu. 17. seqq. cons. 120. nu. 21. lib. 2. Bursatt.
20 cons. 192. nu. 26. seq. lib. 2. Cæterum quādo puer alias patitur exceptiones nullam fidem, nec vllum facit inditium; & maxime quādo est minor, vt annorum 14. &c. quia ex de-
21 fectu ætatis non probat, vt diximus. In terminis Paris. d. cons. 163. Item non probat,
22 quādo est periurus, vt etiā diximus v. g. non solum quando est sibi ipsi contrarius in de-
23 positionibus cōtra Inquisitum, quem incul-
24 pauit, & non esse verum, quod ab eo fuit suppositus: Sed etiam quando falsò asserit cum iuramento fuisse v. g. retentum post cognitionem carnalem per tres dies in aliquo
25 cubiculo; Et ideò ipsi vti periuro nulla debet adhiberi fides. c. sicut de test. & ibi DD. c. testimonium. eo. tit. Bal. in l. falsis. de trā sact. Crauett. cons. 6. n. 14. lib. 1. Dec. cons. 198. n.
26 12. in fin. Item quando est inimicus; & inimicum se facit puer, quando deponit v g. ab Inquisito fuisse percussum, & verberatum; & ideo in totum à testimonio repellitur. c. repelluntur, & c. cum P. & c. cum oporteat. de accusat. Mars. sing. 178. Crauett. cons. 9. n. 6. n. 1. Et in specie de socio criminis, qui est inimicus, quod nō facit inditium. Gram. cons. 38.

cum,

27 n.15 Riminal.Iun.cons.114.n.22.seq.lib.2.
Nec obstat, si d. puer dicat, se non esse inimi-
cum, & odiosum ex dd. percussionibus; quia
satis est ad repellendos testes constare de cau
sa, & sic de percussionibus, ex quibus resultet
præsumptum odium, secundum Innoc. in c.
cum I. & A. in fin. de re iudic. Abb. d. c. repel-
latur, & in d. c. cũ oporteat. de accusat. Gram.
28 cons. 58. nu. 5. & 8. & alij vtiq;. Et quando
puer plures patitur exceptiones vltra illam,
quod facit se socium criminis; tortura non
29 potest tot defectus purgare; licet purgare so-
leat infamiam resultantem ex eo, quod quis
facit se socium criminis; non autem purgat
alios defectus prædictos, tum ratione ætatis,
tum periuriorum, tum contrarietatum, tum
inimicitiæ, & odij, Crauett. cons. 6. n. 16. 47.
48. 54. seq. lib. 1. Rolan. à Valle cons. 3. nu.
48. seqq. lib. 3. Bursatt. cons. 192. n. 22. lib. 2.
& cons. 10. n. 61. cons. 79. nu. 11. lib. 1. cons.
201. n. 67. lib. 2. Tob. Noni cõs. 99. n. 5. seqq.
30 Nec dicere prætermittendum est, quod in hu
iusmodi crimine in primis constare debet de
corpore delicti, de quo non constat; quando
pueri non fuit inspectus anus, prout consue-
tũ est fieri in simili delicto, ideo procedi nul-
lo modo potest. Vulg. l. 1. §. Item illud. ff. ad
31 Sillan. Et eò magis quando fuit porrecta que
rela v. g. post quinq; menses à die commissi
delicti; & istud longum silentium in quere-
lando arguit dolum tam consanguineorum,
32 quam prætensi pueri subagitati. Ita Bal. cõs.
57. lib. 1. Cum igitur nulla resultet fides, nul
lumq; inditium per supradicta ex pueri dicto
sequitur, quod non est locus torturæ, quia
nullum legitimum præcedit inditiũ. l. si quis
alium. Vbi Glos. & DD. C. ad l. Iul. maiest. ex
cõi Riminal. Iun. cõs. 88. n. 57. seq. lib. 1. Etiãsi
33 Iudex liberum procedẽdi haberet arbitrium,
& secundum suam conscientiam, & volunta
tem. Ias. in l. milites. C. de milit. testam. Gratr.
cons. 74. n. 5. vol. 2. Mars. 25. n. 5. Bero. cons.
170. n. 13. vol. 3. Rolan. à Valle cons. 17. n. 9.
34 cons. 12. n. 95. vol. 3. & cons. 57. n. 13. vol. 4.
Nec etiã est locus torturæ, quando v. g. puer
est minor 14. annis, quia nullo pacto ad testi
35 ficandum admittitur. c. 2. in fin. 4. q. 2. Ratio
est, quia illa ætas, quid agat ignorat. l. 1. §.
impubes verò. C. de fals. monet. præsertim in
36 criminalibus. Vbi minor 25. annis non ad-
mittitur. l. testium. ff. de testib. cũ alia requiran-
tur adminicula. Boer. d. decis. 319. nu. 1. Vbi
de cõi. Rolan. d. cons. 16. n. 17. lib. 1. Gram.
vot. 6. n. 7. Clar. q. 21. vers. Sed quid in crimi
nalibus exceptis. Mascard. de probat. cõclus.
37 1318. nu. 12. lib. 3. Immo subagitati dictum
in tormentis sibillorum, seu quando vti puer
ferula cæditur, non parit inditium ad tortu-
rã sine alijs adminiculis. Boer. d. decis. 319.
n. seqq. Vbi de cõi. Boss. tit. de indit. & consi-
derat. ante tortu. n. 149. Vbi quod ita sequun
tur DD. & quotidiè practicatur. Idem Boss.
eo. tit. n. 160. Bertaz. cons. 71. n. 66. lib. 1. cũ
(vt dictum est) ætas illa ignorat, quid agat.
38 Vltra quod vt tortura in nefandissimo sodo-
miæ crimine possit infligi, necesse est, quod
constet de corpore delicti, & vt constet, non
sufficit, quod dicatur, linterulã fuisse repertã
sanguine, seu alijs immunditijs deturpatam,
ex quibus prætendat Fiscus, puerum fuisse
subagitatum; quando immunditiæ proue-
niunt ex morbo morroidorum, quo laborat
39 pueri; & ita præsumi debet ad excludendum
huiusmodi delictum. l. merito. ff. pro Soc. Sed
necessariò per Chirurgos debet inspici anus
40 pueri, an tota ani corona sit inflammata. Vt
egregiè scripserunt Thom. Treuisan. decis. 4.
lib. 2. & decis. 13. n. 4. 11. & 26. lib. 2. Scaccia
tract. de indit. ciuil. & criminal. c. 8. nu. 3. & c.
83. n. 13. Clar. q. 4. vers. quando verò, in fin.
Plot. cons. 132. n. 2. & 22. lib. 1. diuers. Nec fa
41 cit, si per Fiscum dicatur, quod de corpore
delicti constat, quando adest pueri subagitã-
ti confessio, quia d. confessio nõ probat sub-
agitationem. Vt communem dicens attesta-
tur Honded. cons. 100. n. 5. in fin. & cons. 98.
n. 15. Nec etiam valet; si dicat puer, se fuisse
subagitatum per vim (vt dictum est) & ità
non fuisse participem criminis; quoniam
non sufficit ita dicere, nisi etiam probetur di-
ctum l. qui accusare. C. de eden. & in propo-
sito Mars. in pract. crim. §. diligenter. nu. 32.
Rolan. à Valle cõs. 14. n. 8. lib. 4. Vltra quod
non est audiendus; quia deponit turpitudi-
42 nem suam. c. inter dilectos. de donat. & ibi
Glos. adducit alia iura concordantia: Hyp-
pol. in his terminis cons. 28. n. 19. l. cum pro-
fitearis. C. de reuocat. donat. l. si Creditori-
bus. C. de seru. pign. dato. Mantic. de tacit. lib.
13. tit. 37. n. 5. vers. hoc autem Rot. Veneta
donationis coram R. P. D. Bursatto die Ve-
neris 7. Nouembris 1614. Fallit hæc Regu-
la. Vbi vertitur periculũ animæ: Vt ibi per
Glos. & approbatur in c. lator. & in c. con-
sanguinei. de re. iudic. Vbi ponitur exemplũ,
alias fallentias tradit Hyppol. in his terminis.
d. cons. 28. n. 19. Pohant. in verb. Allegans.
43 Nec etiam est audiendus; quando non con-
stat

stat in actis de fractura ani ipsius; sed præsup
posito quod appareret, potuit ex alia causa
euenisse; Et hoc dicitur pro exclusione deli-
cti, prout præsumendum est. d. l. merito. ff.
45 pro soc. Immo si pueri anus sit ruptus, &
fuerint ei adhibita medicamenta, & id cõstet
ex depositione Chirurgi, nihil refert, quando
testis deponit, quod vel ex morbo potuit
46 prouenisse; vel ex inflammatione, & non ex
subagitatione. Vnde cum d. ruptura potuit
prouenisse ex alia causa, quam ex subagita-
tione; præsumi debet ex inflammatione pro
uenisse, quod pro exclusione delicti præsu-
47 mendum est. d. l. merito. ff. pro soc. Nihil pa-
riter refert, si subagitatus dicat, quod exiuit
sanguis ab eius ano; Et deponat quoq; ali-
quis Chirurgus seù Barbitõsor electus à Fi-
48 sco de aliqua ani fractura, quoniam ipsi non
est credendum: Sed opus est, vt aliunde pro-
betur d. fractura. Boer. d. decis. 319. num. 7.
49 loquens in puella stuprata; affirmat ei non
esse credendũ, quod fuerit ab aliquo cognita:
nec etiam creditur d. subagitato; tum quia est
minor; tum etiam quia facit se socium cri-
minis, & maximè qñ non concurrunt alia si-
gna, seù inditia: Et ideò eius nominatio non
facit inditium ad torquendum prætensum
subagitantem. Gram. decis. 28. num. 17. Clar.
50 q. 21. vers. quæro nonquid. in fin. Quinimò
nec etiam refert, si dicatur vulcer in ano su-
bagitati prouenisse ex subagitatione, si in
51 processu non constet de tempore subagita-
tionis, & ad exclusionem, delicti dicendum
est, quod vulcer extitit ante subagitationem.
52 d. l. merito. ff. pro Soc. His supradictis addi-
tur, quod vt dicatur, Sodomiæ crimen fuisse
commissum, requiritur, vt probetur, semen
agentis esse immissum in anum patientis, vel
saltim membrum virile in partes pudendas,
& in anum impositum, licet semen non emi-
53 sisset; nam alias non erit in propria specie
delictum sodomiæ, sed quædam extraordina
ria pollutio; & proinde non intrat pœna or-
dinaria, sed extraordinaria, cum fiat solumo-
do attentatio. Clar. § sodomia. in fin. & per
plura exempla ostendit Baiard. q. 89. num. 7.
per totum. Menoch. casu 360. num. 32. Vbi
ad saturitatem. Soc. Iun. cons. 7. nu. 1. vol. 3.
quem refert, & sequitur. Idem Menoch. de
arbitrar. Iud. casu 286. num. 18. Muscatel. in
pract. crim. pag. mihi 221. num. 28. Et dato
54 quod sodomita confiteretur non de perfe-
ctione actus, sed tantum de pollutione extra
claustra, non ordinaria pœna, sed extraordi-
naria, puniri deberet citra mortem. Vt dicit
Afflict. in Constit. Regni legum asperitate
sub Rubr 42 de Adult. & Lenoc. col. fin. nu.
15 & Gram. conf. 36. num. 16. seq. & pro-
batur in l. 1 § fin. ff. de extraord. crim. & ha-
betur per Clar. in d. § Sodomia. vers. quero
55 nunquid. cum simil. Et qualitas aggrauans
delictum constare debet in actis. Angel. in
l. 1. § si quis neget. ff. quemad. testam. aper.
Veronen. cons. 58. cum alijs adductis per
56 Marc. cons. 87. Et dato etiam quod d. sodo-
mita fateretur subagitasse puerũ extra clau-
stra; animo tamen subagitandi intra clau-
stra, non videretur puniendus pœna mortis
naturalis; quoniam etiam in atrocissimis
affectus non punitur eadem pœna non secu-
57 to effectu l. 1. ff. de extraord. crim. l. si fugiti-
ui. C. de seru. fugit. Vbi quoq; Glos. Aequi-
58 tas enim dictat propositum cum actu imper-
fetto mitius puniri, quam cum actu perfecto.
Bal. c. vlt. col. 2. de consuet. Ias. l. 1. § 6. hæc
verba. ff. quod quisq; iur. Vbi etiam Angel.
59 ait esse notabile. Nec facit, quando etiam
spontè d. Sodomita fassus fuit subagitasse
alios pueros intra claustra; quoniam spon-
tanea eius confessio verificari debet, ad hoc
60 vt quis puniri possit. Et id quando Reus
fatetur delictum in specie. Boss. tit. de delict.
num. 15. vers. quia eo casu. Bal. l. cum proba-
tio. ff. de probat. Clar. q. 55 vers. quomodo
61 autem dicatur constare. Vbi quod sola Rei
confessio non sufficit ad condemnandum: vt
dici possit constare de delicto, nisi cum con-
fessione concurrat pariter partis querela.
Boss. tit. de delict. nu. 19. Gram. cons. 16. nu.
4. seq. Et illud in huiusmodi materia potissi-
mum est animaduertendum, quod haud ve-
risimile est, quod huiusmodi crimen com-
mittatur cum puero x. aut 12. annorum con-
62 siderata eius parua ætate. Paris. d. cons. 163.
num. 10. Vbi loquitur id procedere, etiamsi
amplexus, siue oscula probarentur; namq;
63 capienda est coniectura, quod licito amore,
non autem libidine tales actus facti fuerũt.
Argum. d. l. meritò. ff. pro Soc. Ceterum cum
pro nunc multa fuerint dicta in defensionem
subagitantis; aliqua etiam videntur dicenda
in defensionem subagitati, qui sit minoris
ætatis, nempè 18. annorum; prout per plu-
ra iura benè ex aspectu probatur ætas. Ità
64 Natt. cons. 269. in fin. Nemini enim dubium
esse debet quod pœna ob minorem ætatem
mitiganda est. Plac. in Epithom. delict. c. 32.
num. 11. Asinius cons. 110. num. 11. diuers.
lib. 2.

lib. 2. Caccialupus cons. 92. num. 5. seq. diuers. lib. 1. Vbi refert plures casus, & inter alios ità fuisse seruatum Ferrariæ in minore 25. annis Reo falsæ monetæ damnato in pœnam ignis, miseratione ætatis fuit minorata pœna. Nec dicatur in huiusmodi nefandissimo crimine minorem ætatem non suffragari; nanq; eadem ratio militat in hoc crimine, que in alijs militat: Ideo idem ius statui debet, cum plures rationes deducantur.
65 Prima ratio est, quia delictum dolo commissum per minorem ob infirmitatem animi iuuatur, ex quo Iuueni minor pœna officio Iudicis imponitur. l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. Bart. viden. in l. 1. §. quandoq; minor. C. si aduers. delict. Secunda ratio est, quia ado-
66 lescentiæ proprium, & peculiare est vitiorum irritamentum; ideò si peccet adolescens magis ætatis vitio ascribitur, quam malitiæ, &
67 improbitati; cum huic ætati non sit plenum rationis iudicium. Teste Aristot. lib. Polit. primo c. vlt. quod & idem affirmat Cic. lib. 1. officiorum scribens; Adolescentiæ inesse maximam imbecillitatem consilij. & I. C. in l. 1. ff. de minor. ait Fragile, & infirmum esse huiusmodi ætatis consilium; Et minoribus sit Prætor illo Edicto pollicitus. Tertia
68 Ratio est, quia est spes, adolescentem emendatiorem, vitiaq; cum adolescentia depositurum: Et cum pœna imponitur, vt emendetur, vtiq; nō debet esse mortis naturalis, sed alia mitior: Et ita fieri puto, quando vertitur causa coram humanissimo Iudice. Deniq; vt ad rē redeamus illud aliud est animaduertendū, quod subagitatus ab vno, non potest interrogari, an fuerit subagitatus ab alio, de quo nō extant inditia: Et sententia redditur nulla, quando puer subagitatus fuit interrogatus de Inquisito, contra quem prorsus nulla præcedebant inditia, seu nulla prorsus extabat præsumptio; id est quod v. g. non fuit captus in societate ipsius. Glos. fin. C. de accusat. col. 2. & 3. Et ità etiam prohibet Constitutio Pauli tertij, in prima parte Bullarij in ordine 58. vers. Item Iudices vbi ait, quod Iudices seruare teneātur iuris communis dispositionē tam in his, quam in alijs occurrentijs: Nec est curandum, si per Fiscum dicatur, quod est inflammatio in ano pueri; quia potest prouenisse ex febre, seu alia inflammatione, aut apostemate; id quod cognosci potest, si inspecta ani corona tota est inflammata. Vt docet Thom. Treuis. decis. crim. 13. nu. 4. lib. 2. quem refert. Scaccia tract. de indit. ciuil. & criminal. cap. 83. num. 13. Vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Furti causa vt quis torqueatur sex concurrere debent.*
Primo, quod constet de amissione rerum.
Secundo, quod conquerens sit bonæ famæ.
Tertio, quod Reus fuerit alias suspectus furta commisisse.
Quarto, quod verisimile sit, quod Reus auferre potuisset res p̄nſas derobatas.
Quinto, quod furtum sit magnum.
Sexto, quod constet de corpore delicti.
2 *Furtum modicum non exigit torturam, quia dicitur leue delictum.*
3 *Furta tria parui valoris nō exigunt torturā.*
4 *Pœna debet esse conformis delicto.*
5 *Furti quando pro modica re agitur, non datur actio de dolo.*
6 *Inimicitia non oritur ob modicā rem ablatā.*
7 *Furtum repertum penes aliquem, vt torqueatur, non debet esse parui momenti.*
8 *Furtum non exigit torturam, vbi pœna corporalis non solet imponi.*
9 *Reus grauius punitur ex modo probandi, quā ex modo condemnandi.*
10 *Iuditium medij, & finis idem esse debet.*
11 *Prohibitum fieri immediatè, mediate fieri non potest.*
12 *Furtum quando non dicatur magnum.*
13 *Res derobata ad hoc vt constet de corpore delicti, probari debet, quod erat v. g. in domo, vbi dicitur ablata.*
14 *Res derobata, quando non constat, quod erat vbi fuit ablata, Inquisitio contra Reum formata non tenet.*
15 *Furtum vt dicatur commissum, requiritur, vt in illis locis, in quibus prætenditur res sublata, seu subtracta, fuerit visa.*
16 *Furtum vt dicatur commissum, duo requiruntur. idest qualitas ipsius inter aliquā rem, & fractura ipsius rei.*
17 *Furti non potest agi, quando neutrum dictorum probatur.*
18 *Furtum non probatur per fracturam v. g. domus, parietis, ostiorum, capsæ, vel similiū.*
19 *Furtum nō probatur, nisi probetur per Fiscū, in domo, capsa, &c. tempore commissi furti extitisse v. g. pecunias.*
20 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*
21 *Testis non probat, quando non concludit, v. g. quia*

multiplicationem quando statutum respicit incorrigibilitatem.

68 *Furti pœna in d. casu non habet locum, quando statutum respicit consuetudinẽ furandi.*

69 *Furandi frequentia, non autem magnitudo rei derobata est attendenda.*

70 *Fur secundum Vrbis statutum pro tribus furtis solummodo suspenditur.*

71 *Fures quando sunt puniendi, debent attendi statuta locorum.*

72 *Furti pœna est extraordinaria, idest arbitraria.*

73 *Pœna extraordinaria non se extendit ad mortem.*

74 *In furto non aggrauatur pœna, quando non fuit patratum in loco religioso, nec de pecunijs deputatis ad honorem Principis, vel in tempore hebdomade Sanctæ.*

75 *Furtum cum ostiorum, parietis, & c fractura licet augeat pœnam, tamen id procedit solum in furtis capitalibus, nempe quando de sui natura meretur pœnam vltimi supplicij.*

76 *Pœna quæ ob reiterationem delictorum dicitur aggrauari ad capitalem, de consuetudine non videtur seruari.*

77 *Furti solummodò tenetur ille, qui multis vicibus furatur, idest hodie vnam rem, cras aliam.*

DISCEPTATIO XXVI.

De Furto.

1 FVrti causa inquisito nõ potest infligi tortura, nisi sex adsint requisita. Primo quod constet de amissione rerum. Secundo quod conquerens sit bonæ famæ. Tertio quod Reus fuerit aliàs suspectus similia commisisse. Quarto quod verisimile sit, quod Reus auferre potuisset res pñsas deprobatas. Mascard. post alios, quos allegat conclus.
2 822 nu. 2. & 8. Quinto quod furtum sit magnum & non modicum; nam furtum modicum non exigit torturam. Brun. tract. de indit. & tortu. par. 2. q. 3. Vbi furtum in re par-
3 ua dicit leue delictum. Clar. §. furtum. vers. quæro an furtum. Vbi dicit de cõmuni prout
4 nec etiam furta tria parui valoris. Ratio est, quia pœna debet esse conformis delicto, & non maior; vt pro paruis parua, & pro minoribus grauior pœna inferatur. c. vt clericorum. el secũdo de homic. Grilland. de pœn.
5 vers. quinto verò. Alia quoq; adest ratio, quia quando furti pro modica re agitur, non datur actio de dolo. l. si oleũ §. fin. & ll. seqq. ff. de dol. & faciunt notata in §. gallinarum. & ibi Ioan. Faber. Instit. de rerum diuis. l.
6 scio. ff. de restit. in integr. latè Marf. in l. vlt. col. 2. ff. de sicar. Hinc est, quod licet inimicitia oriatur ob rem ablatam; id tamen non procedit, quando res ablata est minima. not in c. accedens. el secundo Vt lit. non contest.
7 Blanc. de indit. nu. 97. Vnde dicitur, quod quando res furtiua est reperta penes aliquẽ, & torquendus est Reus, res non debet esse parui momenti; Vbi pœna corporalis non
8 solet inferri. l. editum. & l. Diuus. & ibi Bart.
9 & Alex. ff. de quæst. quoniam ex modo probandi grauius punitur Reus, quam ex modo
10 condemnandi: Ratio est, quia medij, & finis idem debet esse iudicium. Dec. in Rubr. de iudic. col. 9. vers. an autem istud tale, & finis v.g. causæ concluditur sine pœna corporali, idem debet esse in medio causæ, in qua cessare
11 debet pœna corporalis. Et ideo prohibitum fieri immediatè, mediatè fieri non potest. l. Auia. §. Titia. ff. de condit. & demonstrat.; alias medium, per quod ad finem deuenitur, excederet ipsum finem. Contra Text. in l. etsi non sint. § perueniamus. ff. de aur & argent.
12 legat. Verum furtum nõ potest dici magnũ, quando non fuit factum in rebus magni valoris; nec potest dici graue delictum, quando valor rei derobatæ est exiguus. Abb. cons. 25. nu. 1. in fin. lib. 1. Clar. §. furtum. vers. quæro an furtum. Nec etiam dicitur magnum, quãdo Inquisitus ipsum non commisit cum vio-
13 lentia, nec vulnerauit, nec percussit derobatũ. Sexto quod cõstet de corpore delicti; & furtum ad hoc vt constet de corpore delicti, & probetur esse cõmissum, debet cõstare, quod res, quæ dicuntur furto subtractæ, erant in loco, vel in domo, Vbi dicitur furtum cõmissum; Bart. & alij l. si quando. in fin. C. vnde vi. l. 1. § Itẽ illud. ff. ad Syllan. Bart. l. si quis ex argentarijs. §. an hæredi. ff. de eden. d. l. si quando. Gram. cons. 41. num. 2. Natt. in indiuiduo
14 cons. 407. nu. 3. alias Inquisitio contra Reum formata non tenet. Rolan. cons. 51. num. 17. Bart. l. fin. in 1. & 2. col. ff. de quæst. & in l. 1. §. qui quæstionem ff. de quæst. Clar. q. 4. vers. quando verò. in fin. Mascard. de probat. cõclus. 892. num. 4 seq. Brun. tract. de indit. col.
15 vlt. Hyppol. cons. 8. num. 5. Item furtum vt dicatur commissum; nec non vt de ipsius corpore constet, debet constare vt dictum est quod in illis locis, in quibus prætenditur sub-

subtractū aliàs fuerit visum. Bart.d. l. si quis
ex argentarijs.§.an hæredi.ff.de.Eden.& d.l.
si quando. refert. Gram.conf.14.num.1.seq.
aliàs nō dicitur cōstare de furto,& per conse
quens non potest procedi. Rolan. à Valle d.
16 conf.51.n.18. Item furtum vt dicatur com-
missum duo sunt ante omnia probanda; idest
qualitas pecuniæ intus aliquam rem: Alterū
fractura ipsius rei. Clar. d.q.4.verf.quando
verò in fin. Foller. in pract. in verb. Capiat
informationem. nu.17.Marf.conf.8.num.4.
Rolan.d.conf.num.17.feq. vol.1. Mafcard.
de probat.lib.2.conclus.829.nu.4.feq. Et in
proprijs terminis scripsit Natt.conf.407.nu.
17 3. Et quando neutrum probatur,nullo mo-
do procedi potest.l.1.§.Item illud.& ibi Bart.
18 ad Sillan. Immo furtum non probatur per
fracturam parietis, ostij, capsæ,& similium;
nisi probetur per Fiscum in capsa tempore
19 commissi furti extitisse pecunias. Marf. d.
conf.8.nu.4.feq. Rolan.d.conf.51.num.17.
20 feq.vol.1. Bart.in d.l. si quando.C.vnde vi:
Ratio est, quia dispositio non procedit nisi
verificetur id,super quo fundatur. Glos.in l.
mancipia. in verb.aduocandum. C. de seru.
fugit.quam ità not. omnes.in l. Diuus. ff. de
testam. milit. & sic non potest constare de
corpore commissi delicti. Vulg.& famosa l.
1.§. Item illud.ff.ad Sillan. Foller.in pract.in
verb. Capiat informationem. nu. 17. & 19.
Brunor. à sole in suo vnico conf. num. 13.
21 Immo testis quando non concludit v.g.quia
deponit vidisse capsam in cubiculo, & non
dicit,quod intus aderant vestimenta, vel alia
bona,prout necessariò requiritur, ad hoc vt
de furto dicatur constare,non probat furtum
22 Bart.in d.l.si quādo Gram.conf.24.n.2.Item
furtum non dicitur commissum,si testes solū
deponant, quod viderunt bona in capsa non
23 extare,non autem erepta esse, quia non con-
cludunt præcisè,& ideo ipsis nulla est adhi-
benda fides. Vt per plura iura ostendit Ber-
trand.conf.114.nu.5.vol.2. Et ad propositū
dicitur,quod si v.g. Famulus haberet claues
24 puta aulæ fractæ, ex qua ingrediebatur ad cu
biculum, ibi erat capsa, vt constet de furto,
necesse est,vt res derobata ibi fuerit visa,alias
25 non oritur inditium ad torturam contra fa-
mulum; & maximè quando non apparet fa
mulum esse malæ vitæ. Vt v.g.Naute,& sta-
bularij, contra quos vrget præsūptio mala:
At in viro probo, & diligenti cessat contra
eum d.præsumptio.Ita Bal.in l.1.C.locat. &
26 vna præsumptio aliā tollit,c.litteras.de præ-
sumpt. Itē furtū nō dicitur probatū, nisi pro
parte fisci probetur,prout necessariò requiri-
tur,pecunias fuisse visas saltem semel v. g. in
capsa. Gratt. responso 94.n.26. verf.vltimo
non obstat,& n.27.lib.2. & conf.97.n.8. cū
alijs adductis per Mascard.de probat.d.con-
clus.829.n.20. Vbi testatur de cōi opinione.
Sequitur Card. Tuscus in pract.in verb. fur-
27 tum conclus.558. n.5.Hinc est,quod conie-
cturæ,præsumptiones,& suspiciones nō suf-
ficiunt ad probandum furtum,nisi sit proba-
tum; quod in loco, vbi prætenditur furtum
commissum, fuerint visæ pecuniæ. Bart.in d.
28 l. si quando. Marf.conf.8.n.4. feq. Sed con-
iecturæ,præsumptiones, & suspiciones suffi-
ciunt ad capturam tantum non autem ad tor
quendum,& condemnandum.Bofs. tit.de in
dit. & considerat.ante tortu. n.180. cū alijs
adductis per Vulpell.conf.274.nu.7.Nec est
nouum,quod dispositio non procedat(vt di
ctum est) nisi verificetur id super quo funda-
tur.Glos.in d.l.mancipia.in verb.aduocandū
29 C.de seru.fugit.Vbi not.omnes.Bart.in l.Di
uus.ff. de testam.milit.quia non potest alicui
ascribi delictum,nisi constet illud fuisse patra
tum. Ita in proprijs terminis Natt.in d.conf.
30 407.nu.3. Quinimo si constaret de corpore
31 delicti,Inquisitus non est torquendus, si non
apparerent inditia,tamen inditia remota v.g.
venditi sunt scarpelli, &c. probari debēt per
32 duos testes contestes de loco, & tempore.
Glos.in l.fin.C.famil. hercisc. Et vnum indi-
tium remotum non sufficit ad torturam, sed
duo requiruntur. Bart. in l. fin. ff. de quæst.
Bal.in l.congruit.ff. de offic.Præsul. cū vulg.
33 Immo inditia remota,etiamsi sint plenè pro-
bata,non sufficiunt ad torturam. Gram.vot.
34 6.col.pen.Boer.decis.163.col.fin. Nec etiam
mendacium dictum,quod v.g. luxit in coqui
na, non autem in camera, facit inditium ad
torturam; cum non sit super delicto. Vt be-
nè adnotat Blanc. in l. fin. n. 263. Carrer. in
35 sua prax.n.119.Vbi de cōi.Idq; eo magis di-
ci debet, cum negatio illius rei, cuius affir-
matio non est in consideratione non faciat
36 inditium ad torturam. Marf.conf.51.n.67.
Et in hac materia illud nullo modo est tacen
dum, quod furtum factum in domo,quam-
uis reddat omnes habitantes, domesticos, &
conuersantes in ea suspectos. c. sæpè contin-
git. 2.q.4. quia ipsi præsumuntur perpetras-
se d. furtum. Bofs.tit.de indit.n.52.& 67.Et
etiam famuli; nanq; famulus,quia famulus,
ergo fur. Vt ait Glos. notabilis in l. Julia-
nus.

nus. in verb. quantò minoris. ff. de act. empt.
& vendit. Vbi q famulus, si aliud nõ potest
surripere à Domino, cinerẽ surripit. Et maxi-
mè presumitur patratũ ab eo, qui habet par-
ticularẽ cognitionẽ domus, in qua furtũ fa-
ctũ fuit. Ità Bart. in l. Dominus horreorum.
Marsf. consf. 52. n. 41. Et eo magis quando est
homo astutus. Vt scribunt DD. relati per
Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 57. Refert,
& sequitur Bonifat. tract. de furt. §. est nu.
37 32. Tamen non est inditium sufficiens ad
torquendum, quando non est adminicula-
tum, ex quo est inditium remotum. Bart. &
Marsf. in l. fin. ff. de quæst. refert, & sequitur
Menoch. de arbitrar. q. 270. num. 22. Et
maximè contra famulum bonæ famæ, cum
quilibet præsumatur bonus. l. merito. ff. pro
soc. Ideò nichil operatur, quod quis sit fa-
mulus, seù domesticus. Boss. tit. de indit. n.
52. Farinac. tract. de furt. q. 176. num. 59.
Ità Bal. Rubr. C. deposit. & in l. 1. col. 2.
C. locat. Anchar. cons. 246. Ias. in l. actio-
38 nibus. col. pen. ff. de in lit. iuran. Et in do-
mo habitare non sufficit ad torturam, nisi
habitans sit malæ famæ. Ità Bal. in d. l. Do-
minus horreorum. ff. locat. Bertaz. consf. 213.
39 num. 2. Vbi adducit concordantes: Et quan-
do non est probata ista qualitas pro parte fi-
sci, quod habitans sit malæ famæ, cessat il-
lud inditium habitationis, quia qualitas per-
sonæ multum attenditur in furto. Cæphal.
40 consf. 352. num. 30. Gabriel. consf. 169. nu.
8. Nec facit, si per Fiscum dicatur, furtum
fuisse repertum penes aliquem; quoniam li-
cet sit aliqua præsumptio contra eum; tamen
ex hoc solo non parit torturam; nisi accedat
etiam, quod sit solitus furari, & similia face-
re. Bal. & alij in l. in ciuilem C. de furt. Bal.
& Imol. in l. fin. ff. de hered. instit. Alex. consf.
5. in 2. col. vol. 1. incip. in causa Inquisitio-
nis formatæ. Et istud videtur contra omnem
scribentium in vtroq; iure opinionem; quæ
ponitur in c. cum in contemplatione. de reg.
iur. & in l. fin. C. de quæst. quod ex vno in-
ditio remoto ab ipso negotio non peruenia-
tur ad torturam, quod fieret, si ex hoc solo
quod p furtũ factũ in domo domestici trahe
rentur in quæstionem, prout etiam illi, pe-
41 nes quos furtum repertum est: Ratio est
euidens, quia potest esse, quod res sit furti-
ua, & possessor innocens. Glos. Bal. & alij
d. l. in ciuilem. C. de furt. Sed tunc solum
parit inditium, si est malæ famæ. Bal. &
Angel. d. l. fin. ff. de hæred. instit. Et si malæ
vitæ qualitas requiritur in eo apud quem res
furtiua reperitur, & sic in casu proximò ad
furtum, multo magis requiri debet, vbi
tantum inuenitur furtum factum in domo,
& sic sumus in actu magis remoto à delicto.
42 Verum furtum repertum penes aliquem
non facit ipsum conuictum de furto, sed in-
ditiatum ad torturam, si non ostendat à quo
habuit. Not. l. fin. ff. de quæst. Hyppol.
post alios per eum adductos consf. 52. num.
43 40. Nec opus est, quod fiscus probet,
Reum esse solitum furari; cum satis sit pro-
bare ipsum esse solitum perpetrare, quæ
pertinent ad crimen auaritiæ. Ità Bal. in l. 1.
44 col. 2. C. locat. Nec facit, si per Fiscum di-
catur, quod res furtiua reperitur penes d.
Reum, secundum d. l. in ciuilem. C. de furt.
quia vt dicunt DD. requiritur, quod cum
hoc concurrat sinistra suspicio ex qualitate
personæ consuetæ forsan res furtiuas emere,
vel consuete furari, quia tunc poterit ad tor-
45 turam deueniri; si Iudici videbitur propter
grauitatem, & honestatem personæ. Argum.
l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Ità
dicit Bal. in d. l. in ciuilem; de quo etiam
per eundem. Et Cyn. in l. fin. C. de hered.
instit. & per d. Cyn. in l. fin. C. de quæst.
46 Nec mirum videri debet, quia vt dicit Bart.
in l. 1. §. 1. ff. de quæst. per illum Text. licet
reperiantur inditia sufficientia ad torturam
contra aliquem; tamen si pro eo sunt aliqua
47 inditia, opus est, quod illa inditia ad torquen
dũ sint magis sufficientia, & fortia: Et sic istæ
præsũptiones, & inditia possunt elidi ex alijs
48 inditijs, & præsũptionibus v. g. si ille penes
quem res furtiua reperitur, est bonę conditio
49 nis, & famæ, vel si ostendit eum à quo ha-
50 buit. Vt d. l. in ciuilem. C. de furt. Et hoc
est generale, vt ipse dicit in omnibus alijs
inditijs; nec ab re, quia vna præsumptio
51 aliam tollit. Vt l. Diuus. ff. de in integr. restit.
Cæterum ab omnibus in causa furti semper
menti tenendum est, quod furtum debet pro
bari à personis legalibus tantum; non autẽ à
Tabernarijs, & similibus, quorũ genus fura-
52 cissimũ est. Vt scribit Clar. §. furtũ. in fin. et est
descript. in tit. Naut. Caup. Tabe. Nec nõ &
requirit legalitatẽ derobati. scripserũt Foller.
in pract. crim. vers. capiat informationẽ. n. 17.
seq. refert, & sequitur Baiard. ad. Clar. §. furtũ
53 n. 76. nec dissẽtit Bonifat. de furt. §. est. n. 2. Et
ideò furtum non probant querela, acclama-
tiones, & conquestus, quæ fiunt ad vici-
nos nocte, vt veniant, & succurrant propter

aduentum furum. l. metum. C. quod met.
caus. Alioquin multæ possent compingi frau
des, quibus per Iudicem omni cura obuian-
dũ est. Spec. in tit. de pignor. §. 1. col. 5. Natt.
54 cons. 407. num. 3. & 6. lib. 2. Nec etiam suf-
ficit bona fama derobati, & acclamatio, ad
torquendum furem. Ita in indiuiduo scribit
spec. d. tit. vers. & nota, quod si creditur. n. 5.
Vbi quod acclamationes non probant fur-
55 tum. Natt. d. cons. n. 4. seq. Sed quid multa?
Veniamus nũc ad furtorum Receptatorem:
Furti Receptator ipse pariter non tenetur ad
pœnam, nisi scienter receptauerit. Rolan. à
Valle cons. 45. col. 1. nu. 11. Gram. cons. 37.
nu. 22. Glos. & Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de rece-
ptatoribus. Plot. in Repetit. l. si quando. num.
56 859. in fin. Et scientia debet esse certa, & ve-
ra, & non sufficit generalis, & præsumpta ad
57 pœnam inducendam. Aret. & Ariminen. Im-
mo vt quis per receptationem rei furatæ te-
neatur debet esse particeps furti, nec satis est
voluisse inseruire amico, & postmodum re-
58 stituere. Et in omnem casum non tenetur
pari pœna cum fure, sed minori, & extraordi
naria; cum sit auxilium post delictum, seù
maleficium commissum. Bart. in l. in furto §.
ope. ff. de furt. Aret. & Augustin. de Arimin.
in verb. etiam vestem. sub. nu. 21. Mars. cons.
59 30. nu. 20. seq. & cons. 51. seqq. Item furtum
receptans, seù cælans puniri non potest, nisi
60 appareat id scienter fecisse: Ratio est, quia
quando coppulatiuè duo requiruntur, alte-
rum interuenire non sufficit. §. præterea. In-
stit. de obligat. quæ ex quasi delict. Iasc. vers.
61 susceperit. Not. l. eos. C. de furt. Hinc est, quod
scientia non præsumitur, sed probari debet.
Hyppol. cons. 122. in fin. Dec. cons. 62. vers.
& quando qualitas scientiæ. Immo furtum
62 receptans opem furi præstare non dicitur,
63 quando scienter non receptauit, & celauit. Et
ista duo scilicet, quod receptauerit scienter,
& celauerit coppulatiuè requiruntur; quia
(vt dictum est) alterum interuenire non suf-
ficit. Ità probat Text. in §. præterea. Instit. de
obligat. quæ ex quasi delict. nasc. ibi suscepe-
64 rit. Quibus omnibus additur, quod furtum
non dicitur quis commisisse, quando palam
vendit rem furtiuam, seù palam tenet; nec
etiam contra eum potest oriri suspicio. Tra-
65 dit. Clar. q. 21. in fin. Et ob id furtum occul-
tum non potest ascribi alicui, nisi probetur,
quod sit malæ famæ. Tradit Bal. In proprijs
terminis. l. 1. col. 2. C. locat. Ias. l. in actioni-
66 bus. ff. de in lit. iuran. Quarè res derobata re-
perta penes hominem bonæ famæ nullum
facit inditium. Rolan. d. cons. 45. num. 41.
Clar. qui te statur de communi. §. fin. q. 21.
vers. si res furata. Vbi dicunt, id procedere;
etiamsi detinens non doceat, à quo habue-
67 rit. Deniq; in hac materia quoad furti pœ-
nam dicitur, quod quando statutum pro-
68 pter multiplicationem respicit incorrigibili-
tatem, vt locum habeat, requiritur, quod
fur pro tribus furtis fuerit correptus; secus
quando d. statutum furandi consuetudinem
69 respicit. Vulpell. cons. 146. num. 8. Et illud
omninò est aduertendum, quod furandi fre-
quentia, non autem magnitudo rei deroba-
tæ est attendenda. August. de Arim. in Addit.
ad Angel. de malef. in verb. Et vestem cœ-
lestem. col. 4. Bonifac. tract. de furt. §. quod si
iure naturali num. 58. Et nouissimè ità fuit
seruatum apud Illustrissimum D. Guberna-
torem Vrbis in vna Romana furti scutorum
mille cum ruptura Capsæ; Delinquens fuit
70 damnatus ad triremes. Et in Vrbe extat
statutum, quod quis pro tribus furtis su-
71 spendatur; Et in puniendis furibus atten-
duntur statuta locorum. Ità Clar. in §. fur-
tum. vers. scias tamen. Et eo magis debet
attendi statutum Vrbis, cum sit confirma-
tum à Gregorio XIII. anno eius nono
cum clausulis amplissimis, & Decreto irri-
tanti, ideò dicitur statutum papale. Ità
Bal. in l. ex placito. C. de rerum permutat.
Et ità dicunt nonnulli DD. celeberrimi
72 relati Boer. per in illa sua aurea Decis. 173.
num. 9. Verum furti pœna est extraordi-
naria. Ità Glos. fin. in verb. subtracto.
C. de furt. idest arbitraria. Vt attestatur
Cœpoll. in Auth. de nouo iure. num. 64.
C. de seru. fugit. Et nouissimè Bonifac. de
73 furt. §. quod iure naturali. nu. 72. Et pœ-
na extraordinaria non se extendit ad mor-
tem. Vt post multos ostendit Clar. q. 83.
74 vers. Sed quero. Vbi quod ista est magis
tuta, & mitior opinio. Et in furto non ag-
grauatur pœna, quando non fuit patratum
in loco religioso, nec de pecunijs deputatis
ad honorem Principis; tum etiam ratione
75 temporis, si fuisset commissum in hebdo-
mada sancta. Ità argumentatur Abb. cons.
25. num. 2. lib. 1. Et quamuis per aliquos
DD. dicatur, quod furtum cum ostio-
rum, & parietis, &c. fractura auget pœ-
nam; tamen id solum procedit in delictis, seù
furtis capitalibus; nempè quando delictũ de
sui natura mereretur pœnã vltimi supplicij; &
illa

illa asperitas legum dicentium pœnam ex reiteratione aggrauari ad capitalem, de con-
76 suetudine nõ seruari videtur. Vt benè scribit
77 Gram.decis.16. ad fin. Immo furti solumodo tenetur ille, qui multis vicibus furatur, idest hodie vnã rẽ, cras aliã. Vt post Bal. quę allegat tradit Ias. in §.ex maleficijs.nu.11. Instit. tit.de act.& nouissimè Caball.casu 19.nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimine vt quis torqueri possit, probationes exactiores, & magis concludẽtes requiruntur, quam in alijs delictis.*
2 *Falsitas nunquam præsumitur, quando probationes non concludunt.*
3 *Falsitatis crimine probationes per necesse, nõ autem per probabile concludere debent.*
4 *Falsi crimine probatio ita concludere debet, vt aliter esse non possit.*
5 *Presũptiones quę in ciuilibus admittũtur, ad torquẽdum, & condemnandũ nõ sufficiũt.*
6 *Falsi crimen vt probetur, requiruntur testes omni exceptione maiores.*
7 *Falsitas vt puniatur tria coppulatiuè requiruntur, scilicet mutatio veritatis, dolus malus verus, & non præsumptus, & nocumentum siue præiudicium.*
8 *Falsi crimine requiritur vera cõmutatio veritatis, quia preparatio nõ mutat veritatẽ*
9 *Falsum non punitur si non compleatur.*
10 *Veritas si mutetur iniquè. & iniustè nõ animo cõmittẽdi falsu nulla pœna imponitur.*
11 *In dubio sẽper præsumitur bonus intellectus.*
12 *Dolus euidentissimè probari debet.*
13 *Dolus nõ solet cõmitti cõtra personã beneuolã.*
14 *Dolus cessat cessante causa commodi.*
15 *Falsitas sine lucrãdi animo cõmitti nõ solet.*
16 *Falsitatis præsumptio cessat in eo, vbi nullum emolumentum, seu commodũ consequitur.*
17 *Delictũ nõ præsumitur commissũ sine causa.*
18 *Falsum præsumitur commissum per errorem, non autem per dolum quando nulla causa delinquendi deducitur*
19 *De errore quando presumptiuè constat, Reus nulla pœna punitur.*
20 *Dolo cessante omnis pœna etiam extraordinaria cessare debet.*
21 *Reus ex simplicitate errasse censetur.*
22 *Falsitas vt excludatur, magis præsumitur error, quam malitia.*
23 *Falsitas vt excludatur in dubio potius ignorantia, quam dolus præsumitur.*
24 *Falsitas vt excludatur, præsumitur diuersitas loci, temporis, & actus. & possibili veritate in esse posita cessat falsitas.*
25 *Falsitas vt excludatur subtilis fit ĩterpetratio*
26 *Falsitas à Iudice de facili non est præsumẽda*
27 *Falsitatis præsumptio cessat in homine in dignitate cõstituto, & bonę cõditionis, & famæ*
28 *Veritatis occultatio, quæ exigit pœnam falsi non habet locum in persona bonæ conditionis, & famæ.*
29 *Falsitas nõ nocibilis, nec nocitura nõ punitur.*
30 *Falsitas, si delictum dici potest, est potius temeritas, quæ non punitur.*
31 *Temeritas non punitur.*
32 *Falsitas vbi nemini nocet, cessat actio ciuilis, & criminalis de dolo ꝓpter deficiẽs ĩteresse*
33 *Falsitas, quæ nemini præiudicat, vel nullum inditium inducit, non est punibilis.*
34 *Falsitas, quæ nemini nocere potest, nulla pœna punitur.*
35 *Falsitatem non nocibilem committens de mẽdacio non tenetur.*
36 *Falsitas non committitur in scriptura non probante.*
37 *Falsitas, quæ nullum producit effectum, non punitur.*
38 *De falsi substantia est nocumentum, siue præiudicium*
39 *Falsum etiam ex lata culpa commitẽs, si absit dolus, non punitur.*
40 *Veritatis immutatio non punitur, si non sit damnosa.*
41 *Falsi crimen cessat, deficiente vno ex tribus requisitis, nempè veritatis mutatione, dolosa immutatione, & immutatione nociua.*

DISCEPTATIO. XXVII.

De Falsitate.

1 INquisito ob prætensam falsitatem ab ipso cõmissã ex leuibus inditijs nõ potest infligi tortura; quia propter huiusmodi delicti infamiã, & grauitatẽ; qñ criminaliter agitur, requirũtur probationes multo exactiores, & magis cõcludẽtes, quã in alijs delictis. Glos. approbata ab omnibus, & Bal. in l. Iuris gentiũ. §.9 ferè. ff. de pact. Gram. cõs.19.nu.3.& cons.30.nu.3. Tadir post alios, quos allegat
2 Dec. cõs.189.n.2.l.fin. C. de probat. Nec mirũ videri debet; quia falsitas nunq̃ præsumitur, quando probationes non concludunt. Castrens. cons.371. col.2. vol.1. Boss. tit. de fals. num.49. prout per necesse, & non pro-
3 babile concludere debent. l. neque natales.

C.de probat. Bal. l. Imperator. col.3. C. de
stat.homin. Dec.cons.175. & cons.102. nu.
32.inter cons.crim.diuers.Boss.d.tit.de fals.n.
4 49.seq.& num.134. Quinimò probationes
in d crimine falsi ità de necessitate conclude-
re debent, vt aliter res non possit se se habe-
re. d. Glos. communiter approbata in d. §.
quod ferè Gram.d.cons.19.nu.3. 15. & 33.
Cæphal.cons.230.nu.21.lib.2. Mascard. de
probat.conclus.1221.num.22. Vbi de com-
5 muni. Hinc infertur, quod præsumptiones,
quæ in ciuilibus admitterentur, in crimina-
libus ad torquendum, seù condemnandum
non sufficiunt.Bal.in d.l.Iuris gentium. Abb.
c.fin.de præscript. Aym. cons. 56. num. 20.
Natt.cons.633.Suarezz.in Thesaur.in verb.
falsitas.Vbi de communi. num. 16. seq. Ga-
briel de communi.tit.de malef. conclus. 6.n.
6 12. Et testes debent esse omni exceptione
maiores, alias non admittuntur.Foller.cons.
80.num.7.inter cons.crim.diuers. Et qui se-
cus prætendit,debet probare per necesse,non
autem per probabile (vt dictum est) Bertaz.
cons. 8. num. 11. Quibus additur, quod d.
Inquisitus non solum ob dictum falsitatis
crimen non potest torqueri; sed nec etiam
puniri, nisi tria coppulatiuè concurrant,
7 scilicet mutatio veritatis, Dolus malus ve-
rus,& non præsumptus; & Nocumentum,
siue preiudicium. Vulg.l.quid sit falsum.ff.de
fals.Vulpell.cons.75.num.1. Scribentes pro-
bant Glosam in l.Damus.C.de fals.Gabriel.
8 cons.69.num.14.vol.1. Commutatio veri-
tatis requiritur in crimine falsi, vt puniatur.
Crauett.cons.46. nam præparatio non mu-
tat veritatem: Immò si ad actum facti deue-
niatur, & non compleatur falsum, non pu-
10 nitur.l.qui falsum.C. de fals. Immò si mute-
tur veritas iniquè,& iniustè,non tamen ani-
mo committendi falsum, nulla imponitur
pœna.Bertaz.cons.140.num.13.vol.1.Et in
11 dubio sumitur bonus intellectus pro Inquisi-
12 to.Vulg.l.meritò.ff.pro Soc. Dolus euiden-
tissime probari debet.Gabriel cons.169. nu.
13 17.quia non solet cōmitti dolus contra per-
14 sonam beneuolam. Crauett.cons.75.nu.18.
Ac etiam vbi non est causa commodi cessat
dolus Crauett. eo loci. Bertazz. cons. 156.
num. 23. Et cessante causa commodi cessat
dolus, nec oritur falsitas.Mars.cons 41.Vul-
15 pell.cons.138.nu.2.seq.Ratio est, quia fal-
sitas sine lucrandi animo committi non solet
Corn.cons.63. col. 3. circa fin. vers. ex quo
actum fuit. lib.3. & probat, Mars. cons.77.
16 col.2.Rube.cons.15.ex pluribus.nu.3. vers.
suadet,qui dicit cessare præsumptionem do-
li,& falsitatis in eo, qui nullum emolumen-
tum facit, & sequitur Crauett. cons.25. ac-
cusatur de falso col.4 num.27. vers.sed ma-
gis in terminis.lib.1.Io.Cæphal.cons.75. Cū
Illustris col.3.num.22.vers.sicut & falsitatis
præsumptio cessat.lib.1.Rolan.à Valle cons.
38.n.38.lib.1.E: quod nō cōmittatur sine lu-
c o dicit. Bal.in l.2.nu.4 C. de fals. Crauett.
d.cōs.56.n.14.& cōs.75.n.16. Cæphal.cons.
652.num.30. Vbi multos concordantes ad-
ducit; Et ista ratio pro lege allegari debet;
17 cum nemo presumatur deliquisse sine causa.
Vt per plura iura ostendit Bart.cons.8 nu.8.
diuers.criminal.lib.1.c.accedens.& ibi Glos.
de fals.Crauett.cons.75.num.16.Mars.cons.
77.col.2.Alex.cōs.73.col.2.lib.1. latè Grā.
18 decis.60.num.6. Vbi quod præsumitur quis
deposuisse per errorem, non autem per do-
lum; cum nulla causa delinquendi deduci-
tur, & cessat in eo interesse. Per Text. in l.
19 quoties.§.1.& ibi Bart.ff.de hæred.instit. Et
quando præsumptiuè constat de errore,nul-
la pœna Reus puniri debet, sed absoluendus
est; quia errans non delinquit, & cessante
20 dolo omnis pœna etiam extraordinaria ces-
sare debet.Corn.cons.182.lib.4.nu.6. in fin.
cum alijs adductis per Becc.cons.78.nu.15.
21 Quinimò ex simplicitate errasse censetur,vn-
de ei ignoscendum est. c. ad audientiam, &
22 ibi DD.num. 3.de appellat.Et vt excludatur
falsitas, magis præsumitur error, quam ma-
litia. Bart. in d. l. quoties. ff.de hæred. instit.
23 Dec.cons.175.& cons.189.col.4. Immò in
dubio potius ignorantia, quam dolus præ-
sumitur.Bart.d.l.quoties.Bal.l.1.col.fin.vers.
quorum not.ff.de legibus.Aret.cons.47.col.
24 5.Itē vt pariter excludatur d.falsitas p̄sumi-
tur diuersitas loci,tēporis,& actus; & possibi
li veritate in esse posita cessat falsitas.Boss. in
tit.De defensor.Reorū.n.70.Franc.Becc. cons.
78.num.2.post Bal.c.1.§. notandum de no-
25 tis fœud. Immò vt excludatur, subtilis fit
interpetratio. Foller. in sua prax. crim. super
Glos.Item quod cōmisit falsitatē m.pag. mi-
hi 180.n.13.Alex.styat.cons.117.n.38.& seq.
inter cōs.crim.diuers.lib.1.magnæ impressio
26 nis.Et Iudex nō debet esse facilis ad præsumē
dā falsitatem.Barbat.in Apostill.ad Bart.d.l.
quoties.§.1.in Apostilla magna.col.2.āt.fin.ff.
27 de hæred.instit.Et tāto magis in psona homi
nis in dignitate positi,& optime qualitatis,&
famæ.Rube.d.cōs.15.videtur,qui dicit pœnā
occul-

occultantis veritatem, quæ est pœna falsi,
non habere locum in persona bonæ conditio
nis, & famæ, & ibi per eum, & plenius per
Iacob.leonard.inter cons.Soc. Iun. cons.39.
perspectis.n.25.seq.vsq; ad numerũ 32. lib.
29 2.Vulpell. cons. 129. num. 23. Nocumen-
tum requiritur, quia falsitas non nocibilis,
nec nocitura non est punibilis,nec etiam pu-
nitur.Corn.cons. 107.vol.4. Mars.cons.3.n.
16.Riminal.Iun.cons.344.num.69. vol.3.l.
quod si falsum.ff.de fals. Text. cum Glos. &
ibi Cyn.Bart.& Bal.& per ea,quæ tradit Sa-
lyc.in d.l.Damus.C.de fals.Idem tenet Gãd.
de malef.tit.de fals.Natt.cons.588.& in ter-
minis Castrens.cõs.130.vol.1.nouę impres-
sionis.Bart.in l.1.§. qui in rationibus.ff.ad l.
Cornel.de fals. Alex.cons. 70.nũ 2. vol.1.&
cons.221.num.7.vol.7.Anchar. cons. 23.n.
24.Vbi adducit bonam rationem, quoniam
sicut non interest partis, ei non competit
actio ciuilis; ità nec Curiæ, nec Fisco actio
criminalis.Per.Text. in l. qui nomine. C. de
fals.Soc.cõs.62. in princ. & melius cõs.186.
col.vlt.vol.2. Et si delictum dici potest, est
30 potius temeritas, quæ non punitur.l.famosi.
vers.quanq̃.ff.ad l.Iul. maiest. Crauett. cons.
46.nu.10.vers.immò temeritas.Sicq; omni-
nò dicendũ est, quod falsitas vbi nemini no-
31 cet, cessat actio ciuilis de dolo propter defi-
32 ciens interesse; & per consequens crimina-
lis.l. qui nomine. ff. de fals. Nec dissentiunt
33 Anan.in c.1.de crim.fals. Alex. cons.70.col.
pen.lib.1.& cons.78.eod.lib.Immò falsitas,
quæ nemini præiudicat, vel nullam proba-
tionem, aut inditium adducit, non est puni-
bilis.Bart.l. si quis legatum.in princ. de fals.
Tyndar.tract.de test.lib.2.c.3.num.5. Vltra
quod d. falsitas, quæ nemini nocere potest,
34 nulla pœna punitur. Vulg. Glos.in d.l.Da-
mus.C.de fals.Vbi Bart. & alij scribentes di-
35 cunt, quod nec quidem de mendacio tene-
tur,ex his, quæ tradit.Castr.cons.130.incip.
36 videtur dicendum. lib. 1. Id quod procedit
etiam in scriptura nihil probante. Alex. d.
cons.70.num.11.& cons.74.num. 10.lib.1.
cons.145.num.3.lib.3. Et maximè in scrip-
tura,qua quis vsus non fuit.Barbat.cons.52.
Ias.cons.133.lib.1.nu. 15. Afflict. decis.20.
num.12.Aym.cons.46.num.10.Mars.l.1.§.
præterea. de sicar. Gram. cons. 36. Clar. in
pract.verb.falsum.num.44.vers. Item excu-
satur.Abb.cons.5.num.51.Vulpell.cons.12.
37 n.1.seqq Quinimò falsitas, quæ nullum pro-
ducit effectum, non punitur. Riminal. Iun.
38 cons.344.num.69.vol.3. Namq; de substã-
tia falsi est nocumentum; & vbi parti non
datur actio ciuilis (vt dictum est) nec etiam
Fisco datur actio criminalis.Mars.d.cons.35.
num.14. Ex quibus igitur omnibus infer-
tur, quod etiam falsum ex lata culpa com-
39 mittens, si absit dolus, non punitur. Vt de
communi Ias.in l. in actionibus. num. 26. &
28.ff.in lit.iuran. Vbi etiam quamuis con-
curreret immutatio veritatis cum dolo; ta-
40 men non est locus pœnæ, si deficiat tertium
requisitum, quod scilicet immutatio verita-
tis non sit damnosa. Vt ex vulg. Glos.in d.l.
Damus.in vers.priuatus.C.de fals.Est com-
munis opinio.Soc.cons.104.post numerum
tertium vers.tertius casus.lib.3.Alciat. cons.
14.trium Inquisitionum.col. 2.nu.23. vers.
sicut etiam videmus, quod Notarius. lib. 7.
41 num.2. Ità quod vno ex tribus requisitis,
nempè veritatis immutatione, dolosa im-
mutatione, & immutatione nociua deficiẽ-
te deficit crimen falsi, & omnis pœna. Vul-
pell.cons.129.num.20.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio sola litterarum non facit inditiũ ad torturam.*

2 *Ex comparatione litterarum delictum immediatè non insurgit.*

3 *Comparatio litterarum ad torturam nõ sufficit, quando adest bona fama Inquisiti.*

4 *Comparatio litterarum plenè, & legitimè probata adhibitis sollemnitatibus, & legitimis requisitis nõ facit inditiũ ad torturã.*

5 *Comparatione litterarũ non sufficit. quod testes dicant habere notam manũ Inquisiti.*

6 *Comparatione litterarum requiritur, quod testes dicant, quod viderunt Inquisitum scribere & quod erant præsentes.*

7 *Comparatione litterarũ de facili ob litterarũ similitudinem testes decipi possunt.*

8 *Comparatio litterarum necessariò fieri debet coram Iudice, non autem coram Notario.*

9 *Comparationis litterarum actus à Iudice nõ potest alteri committi, quia sensus visus requiritur.*

10 *Comparatio litterarum non potest fieri Inquisito non citato.*

11 *Comparatione litterarum debet deponi quod omnes litteræ sunt similes, & non aliquæ tantum.*

12 *Comparationis litterarum iudicium est multum fallax.*

13 *Comparatione litterarũ debet præsumi, quod quis de facili potest alienas manus contrafacere.*
14 *Comparatione litterarum non sufficit dici, quod litteræ quadam sunt similes, sed à teste debet reddi ratio, quomodo id cognoscat.*
15 *Comparatio litterarum fit ex testimonio testium, sed non sufficit ad torturam.*
16 *Comparatio litterarum nullo modo fieri potest, quando agitur de scriptura priuata.*
17 *Comparatio litterarum à iure non admittitur in litteris maiusculis.*
18 *Comparatione litterarũ debet à peritis considerari corpora litterarum, tractus, & tam litteras simplices, quam grossas, tam simplices quam dupplicatas stylũ, ligaturas, & modum trahendi, & dictandi.*
19 *Comparatio litterarum non potest fieri in litteris grossis, & disligatis.*
20 *Comparatione litterarum testes debent habere notum characterem, personam Inquisiti, & debet seruare formam in §. bis verò vers. si verò absint, & in §. si verò moriantur. Auth de instrum. auct.*
21 *Comparatione litterarum accusator iurare debet aliam probationem non habere, quã per litterarum comparationem.*
22 *Comparatio litterarum à peritis fit partium consensu.*
23 *Comparatione litterarum requiruntur scriptores, & in arte scribendi periti.*
24 *Comparatio litterarum fit Reo præsente.*
25 *Comparatio litterarum ex breui scriptura fieri non potest.*
26 *Comparatio litterarum ex sui natura est perdifficilis.*
27 *Comparatio litterarum non fit vbi scriptura est inualida.*
28 *Comparationis accidens quod nullum est in substantia non requirit.*
29 *Comparatio litterarum debet fieri cum scriptura publica.*
30 *Per comparatione litterarum probatio libelli famosi non est potens ad denuo capturandum Inquisitum relaxatũ sub fideiussione.*
31 *Sub fideiussione relaxatus non potest de nouo ob eãdem causam capturari, ex quo est noua veteris inditij probatio.*
32 *Inditia superuenientia debent esse talia per se quod sufficiant ad torturam.*
33 *Comparatione litterarum dato quod scriptura, quæ continet libellum famosum, esset plenè probata per d. comparationem, adhuc non oritur inditium ad torturam.*
34 *Manus alterius de facili potest à quouis fingi.*

DISCEPTATIO XXVIII.

De comparatione litterarum.

1 OB solam litterarum comparationem Inquisito non potest infligi tortura. Ex doct. Bart. communiter recepta in l. admonendi. ff. de iureiur. num. 116. Purpur. cons. 187. col. 3. nisi alia concurrant; puta mala fama. Baiard. ad Clar. in §. falsum. nu. 108. Aym. tract. de antiq. tempor. 1. par. vers. non omitto. Gram. decis. 34. num. 14. quo-
2 niam non propter solam litterarum comparationem insurgit delictum. Et quando non concurrit mala fama, sed quidem bona, vt si
3 sola comparatio ad torturam vrgeret, ex ea ità eliderentur, vt torturæ locus esse non posset. Alex. cons. 14. num. 9. lib. 3. Vulpell. cons.
4 135. num. 14. Et ideò dicitur, quod comparatio litterarum dato quod plenè probaret, & fuerit facta legitimè, idest adhibitis sollemnitatibus, & requisitis, de quibus latè per Menoch. de arbitrar. casu 114. per totũ nullum facit inditium. Vt post Bal. quem allegat, ostendit Mars. in pract. § secunda. num. 77. cum duobus seqq. & maximè ad torturã. Vt aduertunt omnes scribentes in d. l. admonendi. Et signanter ibi Purpurat num. 187. & Curt. Iun. num. 116. Thomas Triuisanus decis. 52. n. 28. Grã. d. decis. 34. n. 14. Vulpell.
5 d. cõs. 35. n. 5. & cõs. 135. n. 14. Nec valet, si dicatur, ꝙ in cõparatione litterarũ testes debent dicere, quod habent notam manum alicuius; quoniam necessario requiritur etiam, quod deponant, quod viderunt eum scribere folium. Bart. in l. nuda. col. 2. C. de donat. et in l. admonendi. ff. de iureiuran. Butr. in c. 2. de fid. instrũ. & in terminis ità fuisse decisum testatur Afflicit. decis. 181. in fin. nec nõ quod erant præsentes tẽpore, quo ipse scripsit. Per Text. in Auth. si quis igitur de instrum. caut. & fid. & plenè DD. post Bart. in d. l. admonendi. & in l. scripturas. C. qui pot.
6 in pign. hab. Alex. cons. 150. col. 7. vol. 5. Et optima ratione quidem quia testibus dicentibus se habere notam manum illius, qui scripsit; non creditur; quoniã vt dicit Bart. in Auth. etsi cõtractus. col. 2. in verb. oppon. C. de fit. instrum. & DD. in c. de fid. instrum.
7 testes possunt de facili decipi propter similitudi-

tudinē litterarū.& quia poteſt quis de facili litteras alienas cōtrafacere; & idē in particulari cōſuluit.Ber.coſ.140.incip.locatio,& Arrēdamētū V.tu.vo. Grā.deciſ.84.n.1.ſeq.Farinac.cōſ.crim.70.Etquantum de facili poſ-
8 ſit alterius manus imitari, docet Riminal. Iun.conſ.236.n.14. ſeq. Verum d. litterarum comparatio neceſſariò debet fieri coram Iudice,non autem coram ſubſtituto Fiſcali,ſeu Notario,alias nullum facit inditium.Gloſ.& ibi Bart.§.ſed etſi. Auth.de inſtrum.caut.Nec poteſt ab ipſo Iudice dd.ſubſtituto fiſcali, &
9 Notario committi; cum ſenſus viſus requiratur,qui eſt inſeparabilis.Tradit Bal.Auth.ſed nouo iure.n.8. C.ſi cert.pet. Angel.l.Conſpi
10 rationes.C.eo.n.4. Vulpell.conſ.135.nu.5. Item non poteſt fieri Inquiſito non citato; cum in quolibet actu præiudiciali requiratur partis citatio, nè ignorantia facti perperam quis iudicetur. Dec.in c.dilecti filij.nu.4.de iudic. & conſ.416.nu.24.ſeq. Iaſ.conſ.147. col.pen.in princ.lib.2. Et quando Inquiſitus non fuit citatus ad videndum iurare, & recipi teſtes, ipſorum relatio redditur nulla. Vt per plures authoritates oſtendit Farinac.cōſ.
11 70.n.15.ſeq. latè Dec.c.propoſuiſti.n.39 de probat.Item debet deponi, & reddi ratio; quod omnes litteræ ſunt ſimiles v.g. ſubſcriptioni, & non aliquæ tantum. Ità Curt.Sen.in l.admonendi.nu.118.ff. de iureiuran.& ibi Putpurat.n.72. & 172. alias ipſas recognoſcens
12 non probat. l Comparationes. C. de fid inſtrum. Et Iudex benè aduertere debet, quod iudicium comparationis eſt multum fallax, & indirectum non tangens delictum,vt experientia docet. Aret.conſ.64.Gram.deciſ.84. Et teſtes ſuper recognitione deponentes de facili decipiuntur,& errant.Alciat.deciſ.181.
13 Vulpell.conſ.35.n.4.Gram.d.deciſ.106.nu. 34.Ideo non ſufficit ad torturā. Ita Maſcard. de probat.cōcluſ.331.n.27. Vltra quod dd. teſtibus nulla eſt adhibenda fides; quamuis dicant, quod fuerunt præſentes, quando d. Inquiſitus ſcripſit, & propterea benè recognoſcunt ipſius manū; quia debet præſumi, quod quis de facili poteſt alienas manus contrafacere. Nec facit ſi dicatur, quod litteræ
14 ſunt ſimiles. Natt.conſ.632.num.6.Vulpell. d.conſ.135.num.9. Vt ſupra dictum eſt. Et id etiam habet locum,quamuis d.comparatio fuerit facta ex teſtimonio teſtium. Aret.
15 conſ.64.Dec.conſ.615.col.2. nu. 3. Tamen bene aduertat Iudex, quod d. litterarū com-
16 paratio nullo modo fieri poteſt,quando agitur de priuata ſcriptura carente ſubſcriptio-
17 ne trium teſtium.Angel.l.ſi quis vult.cautè. C.qui pot.in pignor.habe.Nec etiam admittitur à iure in litteris maiuſculis diſligatis; cum certiſſimi iuris ſit, quod periti in com-
18 paratione litterarum non ſolum debent inſpicere, & conſiderare corpora litterarum; Sed etiam elementorum tractus,ſigna,accentus,ſtylus,& his ſimilia. Bal.Salyc.d.l.Comparationes. C. eo. Menoch.tit. de arbitrar. caſu 114.num.37. nec non etiam tam litteras ſimplices, quam groſſas, tam ſimplices, quam dupplicatas, modum trahendi, & dictandi, & cætera neceſſaria, quæ non poſ-
19 ſunt vllo pacto à dd.peritis conſiderari ſolū in litteris groſſis,& diſligatis.Bal.in d.l. Conſpirationes.num.17.& ibi Salyc.num.19.C. de fid.inſtrum.lanfranc. de Oriano in Repetit.l.admonendi.num.52. verſ.quod diſſimilitudo litterarum.ff.de iureiuran. Rolan. cōſ. 26.num.25.lib.1. Vulpell. d.conſ. 135.n.8. ſeq.Menoch.de arbitrar.qq.lib.2.nu.31.caſu 114. Vnde omnino dicendum eſt,quod requiritur, vt per omnia ſit ſimilitudo; ità vt non ſufficiat (vt dictum eſt,) quod litteræ quædam ſint ſimiles.Angel.d.l.ſi quis igitur. Natt. conſ.632.n.6.Et quando d. litterarum comparatio non conſtat ex dictis peritorum de totali ſimilitudine,non poteſt cenſeri pro-
20 bata,& legitimè facta. Natt. d.cōſ.632.n.6. Idem etiam Vulpell. d.conſ.135.nu.9. Nec ſupradicta dixiſſe ſufficit, quia requiritur etiam, quod in comparatione litterarum teſtes characterem, & perſonam Inquiſiti notam habeant. Item à Iudice ſeruari debet forma in §. ſi verò moriantur. & in §. his verò. verſ. ſi verò nihil. Auth. de inſtrum. caut.
21 Iuſtin. præſcripta. Nempè quod Accuſator, ſiue Inſtigator de neceſſe tenetur iurare, ſe non habere aliam probationem litterarum comparatione excepta. §.ſi verò nihil.Auth. de iſtrum. caut. & fid. Gloſ. & Salyc. in d.l. Comparationes. C.de fid.inſtrū.col.3. verſ. oppono ſexto Ità vt eiuſmodi defectus iuramento calumniæ non abſtergatur. Gloſ. in d. l. Comparationes. verſ. omnes. in verb. ab his.Salyc.d.l.comparationes.C.eo Curt.ſen. d. vulg. l. admonendi. ff. de iureiuran. Menoch. d.tit. de arbitrar. caſu. 114. num. 34. Ità vt hac forma non ſeruata comparatio ſit ipſo iure nulla. Bal. in d. l. Comparationes.
22 col.2. oppon.3. Bero.conſ.86.num.8.lib.3. Natt. d. conſ.632. num. 5. Adiicitur etiam, quod d.litterarum comparatio à peritis fieri

dèbet

debet partium consensu. Curt.d.l.admonen-
di.num.1.14. Farinac.cons.70.num.16.Ma-
scard. de probat. conclus. 1634. num. 19.
Menoch. d.tit.de arbitrar. casu. 114. nu.26.
23 Vulpell.d.cons.135.n.4. idest à scriptoribus
& in arte scribendi peritis. Glos.in d. l.Com
parationes.in verb.ab his,& ibi Cyn.nu.10.
Angel.n.4. Odofred.nu.4. vers.Item debent
vocari. Paul.de Castr.n.10.Fulgos.col.pen.
in fin.& Ioan. Sicard.n.4. C.de fid. instrum.
Et dd. scriptores, seu periti de partium con-
sensu electi debent examinari, seu reperti par
te citata,alias nullum prorsus faciũt inditiũ.
ad Text.in c.2. & ibi Abb.n.14. Aret. nu.1.
primo notab.Fœlyn.n 3. Dec.n.54. Vbi de
24 cõi.de test. Immo et fit Reo præsente. Natt.
cons.632.n.5. Vulpell.d.cons. 135.n.4. Sed
25 non potest fieri ex breui scriptura. Vulpell.d.
cons.135.n.7. Quo fit, vt comparationi ma-
ior fides in rationum libro adhiberi soleat,
quam in breui apoca,quæ paucis litteris cõ-
stet, hac ratione vtitur Bart. in l. nulla ratio.
n.9.C. de donat. Castrens. cons.88. lib.2. in
no.Angel.n.10.Salyc.l. Comparationes. C.
eo.in fin.Purpurat.d.l.admonendi.ff.de de iu
reiur.n.212.Vulpell.d.cons.n.8.Tamen sem
26 per infrascripta sunt menti tenenda. Primo
quod litterarum comparationes ex sui natu-
ra sunt periculosæ; adeo eas,vix est,quod Iu
stin. omninò non aboleuerint. d. §. si verò
moriantur; ibi neq; eas modis omnibus in-
terdicimus, quandoquidem facile est, vt sal-
tim in breui scriptura aliorum charactéres
27 imitari. Secundo quod litterarum Compa-
ratio nõ fit, vbi scriptura est inualida tanquã
sine die. Bart.Bal.Castrens. Alex. Aret. Ias.l.
28 si vnus.C.de testam.Vulpell.d. cons.nu. 10.
Et ideo comparationis accidens, quod nullũ
est in substantia,non recipit. Angel.d. l.Com
parationes.Bero.d. cons.86. nu.6. Rolan.d.
cons.26.n.3.lib 1.Et hoc intelligitur in scri-
29 ptura minus publica; quoniam quando est
facienda d.Comparatio,debet fieri cum scri-
ptura publica.d.l. Comparationes. cũ vulg.
Vulpell.d.cons.n.12.Et quando Reus fassus
fuit litteras, cum quibus facta fuit Compa-
ratio,eius manu confectas, quando eius cõ-
fessio acceptata non fuit, nec illi pars præ-
sens astitit. Vt in terminis requiri scribit Ro-
lan.d.cons.26. n.7. seq. lib.1. nihil ei obest.
30 Tertio quod per litterarum Comparationẽ
probatio etiam libelli famosi; etiamsi esset
formiter, & legitimè facta, non est potens
ad denuo capturandum Inquisitum relaxa-
tum sub fideiussione, ex quo est noua vete-
31 ris iudicij probatio, quæ non sufficit. Debet
enim differre à primis inditijs specie, & sub-
stantia, non autem eadem, quæ coadiuua-
rentur testibus de nouo. Ita Boss. tit. de tor-
tu. num. 42. vers. quod verò. Clar. q. 64.
32 vers. vltimò videndum est.Petr. Cauall.casu
93. num. 43. seqq. Et ista inditia superueni
entia debent esse talia per se, quod sufficiant
ad torturam. Franc. decis. 577. in fin. par 4.
33 Boss. tit.de sent. num. 61. Tob. Non cons.
103. num. 1. Quarto quod scriptura, quæ
continet libellum famosum,quamuis sit plé-
ne probata per d. Comparationem, adhuc
dicitur, quod ex d. comparatione non ori-
tur inditium ad torturam, ex quo est inditiũ
multum fallax, & indirectum non tangens
directe crimen (vt dictum est) Ideò non
sufficit ad torturam, maxime in persona non
34 vili, nec suspecta. Ità Mascard. de probat.d.
conclus.331.num.27. Et quantum possit de
facili alterius manus imitari docet Riminal.
Iun. cons. 236. n. 14. seqq. (Vt dictũ est).

SVMMARIVM.

1 *Monetam falsam,tonsuratam,vel prohibitã receptans nulla pœna punitur,quãdo ostẽdit, à quo habuit.*

2 *Momentaneum in criminalibus, & odiosis non est in consideratione.*

3 *Monetam falsam, seù tonsuratam satis est probare habuisse ab alio, licet non nominet personam:*

4 *Monetam tonsuratam expendens non præsumitur scienter expendisse.*

5 *Pœna corporalis, seù pecuniaria vt euitetur, semper præsumitur ignorantia.*

6 *Pœna contra expendentem monetam tonsuratam; seu falsam non ligat ignorantem, quia non contemnit.*

7 *Excommunicatus ignarus non tenetur petere absolutionem, ex quo ob ignorantiam non contemnit.*

8 *Monetam tonsuratam dicens à quo habuit nulla pœna punitur.*

9 *Monetam tonsuratam seu falsam expendens si est bonæ famæ, non torquetur, etiã quod non doceat, à quo habuit.*

10 *Lucrum si ascendat ad scuta sex, monetã falsam seù tonsuratam expendens nõ punitur*

11 *Lucrum modicum considerari debet, vt excludatur pœna.*

12 *Ignorantia sola crassa, & supina nò excusat.*

13 *Mone-*

13 *Monetam falsam, seu tonsuratam asportans de loco ad locum pecuniaria tantum pœna punitur.*
14 *Monetam falsam, seù probibitam retinens torqueri non potest.*
15 *Monetam falsam fabricans, quando est modici valoris, qua ascendit v. g. ad scuta tria, non comprehenditur sub statuto fabricantis falsam monetam.*
16 *Argentum dans pro auro, seù vnam rem pro alia tenetur pœna stellionatus.*
17 *Venditio alicuius rei habentis aliquam partem auri tenet, licet non sit tota pura auri.*
18 *Moneta quando est tota falsa, illam auro pingens, tenetur pœna falsi.*
19 *Moneta quando non est tota falsa, sed est argentum bonũ, illam auro tingens punitur pœna pecuniaria.*
20 *Monetam falsam cudens vltimo supplicio nõ subijcitur, si eam non formauit.*
21 *Delictis etiam atrocissimis quis pœna ordinaria non punitur, nisi effectu perfecte consumato.*
22 *Moneta fabricatio non est officium muliebre, sed virile.*
23 *Monetam falsam fabricans tunc solùm pœna vltimi supplicij punitur, quando cuditur sub nomine & forma Summi Pontificis, seù Imperatoris.*
24 *Pœna capitis interpretatur ciuilis, quia deportatur.*
25 *Monetam falsam fabricans non sub effigie & forma Summi Pontificis, seù Imperatoris; sed alterius Principis inferioris non potest verè dici Reus criminis laſe maiestatis.*
26 *Monetam falsam fabricans inferioris Principis Papa, & Imperatore punitur tãtum pœna extraordinaria.*
27 *Odiosa sunt strictè intelligenda.*
28 *Monetam falsam videns inferioris Principis non punitur pœna vltimi supplicij.*
29 *Extensio non fit in correctorijs, & pœnalibus; etiamsi adesset idemtitatis ratio.*
30 *Extensio ex idẽtitate rationis non fit in materià exorbitanti, nisi ratio sit expressa.*
31 *Delicta cũ sint inaequalia, inaequalis quoq; debet esse pœna.*
32 *Extensio debet fieri ratione aequalitatis seruanda, quando id fieri potest.*
33 *Pœnalibus lex non debet extendi extra casũ in iure expressum.*
34 *Monetam falsans, cũ sit argentea, eam auro pingendo, vel è cõtra. Delictũ leue cõmissit, quando moneta nõ ascendit ad scuta tria.*
35 *Monetam falsans tunc tenetur pœna falsi, quando est tota falsa.*
36 *Moneta quando non est tota falsa puta quando est munita argẽto bono, ipsã auro tingens, tenetur pœna pecuniaria.*
37 *Monetam tonsurans, quando non est modici valoris, idest quod lucrum est scutorũ triũ, & nõ fuit effecta in expẽdibilis, leuissima pœna punitur.*
38 *Monetam tonsurans, quando adest modicum lucrum, nulla pœna punitur.*
39 *Reus quando est honesta persona, & semel tantum deliquit, in omni casu habetur in consideratione.*
40 *Reum pro vno delicto punire, obnoxium est.*
41 *Reus, qui semel deliquit, magis est expectandus, & corripiendus, quam puniendus.*
42 *Reum, qui est laudabilis vita pro vno delicto commisso punire, est scandalum.*

DISCEPTATIO XXVIIII.

De falsa Moneta.

TOrtura an possit infligi Inquisito, eo quia monetam falsam, tõsuratam, atq; prohibitam receptauit, seù expendit, vel de loco ad locum asportauit, siue fabricauit, aut falsauit, vel tonsurauit; ex infradicendis ap-
1 patebit: Et primo qui ipsam receptauit, non solum non potest torqueri, sed nec etiam aliqua pœna puniri; quando ideò ostendit à quo habuit, quia probatur eius bona fides. Cyn. & alij l. maiorem. C. de fals. Hyppol. l. qui falsum. num. 97. ff. de fals. quod sufficere existimauit Bart. cons. 51. col. 4. lib. 3. &
2 maxime quando per modicum tempus receptauit: nanq; momẽtaneum in criminalibus, & odiosis non est in consideratione, nec vllum operatur effectum. Dixit Iaſ. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig.
3 Bal. l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. & in c. Episcopum, vel Abbatem c. 16. qui etiam. Et satis est probare per testes d. monetam habuisse ab alio, licet non nominet personam. Ità scribit Iacob. de Butr. in d. l. minorem. nec dissentiunt Angel. ibi, & Barbat. cons. 51. col. 4. vers. præterea facit Text.
4 Qui vero monetam tonsuratam expendit, non præsumitur illam scienter expendisse;
5 quia ad euitandam pœnam corporalem, & pecuniariam semper presumitur ignorantia. Crauett. cons. 244. num. 4. Gram. cons. 21. num. 1. in criminali; nã ignorans ~~~ deliquisse

30 titatis ratio, quæ quandoq; extat l. fin. C.
de interdict. matrim. Calcan. cons. 21. col. fin.
Et ideò in materia exorbitanti non fit exten-
sio ex identitate rationis, nisi ratio sit expres-
sa. Dec. in l. qui se patris. C. vnde lib. quo-
31 niam ex ista extentione seruaretur inæqua-
litas in puniendis delictis. Et cum delicta sint
32 inæqualia, inæqualis debet esse pœna; cum
extensio fiat ratione æqualitatis seruandæ,
33 quando id fieri potest. §. illud. Instit. tit. pro
Soc. Et ideo in pœnalibus durum est legem
extendere extra casum in iure expressum. la-
34 tè Gram. decis. 27. nu. 8. Qui autem monetã
falsauit, eam v.g. cum sit argentea, auro pin-
gendo, vel è contra, delictum leuè commisit;
quando ideò moneta non ascendit ad scuta
tria. Alex. d. cons. 104. n. 7. lib. 1. Ratio est,
quia (vt dictum est) non potest afferre ma-
gnum præiudicium his, ad quorum manus
peruenit. Idem Alex. d. cons. 121. nu. 5. lib. 7.
Oldrad. cons. 74. Vbi quod isto casu impo-
nitur pœna parua, & ideo non potest deueni
35 ri ad torturam, cum imponatur pœna stellio
natus. Et tunc solum tenetur pœna falsi, qñ
est tota falsa. Ita Curt. iun. d. cons. 237. At
quando non est tota falsa, puta quando est
36 munita argento bono, ipsum tingens auro
tenetur pœna pecuniaria. Bart. in d. l. Corne-
lia in princ. ff. de fals. Veronen. cons. 77. n. 5.
37 Idq; eo magis dici debet, quando moneta
non fuit expensa. Qui vero d. monetam ton-
surauit, quando est modici valoris, videli-
cet, quod percipitur modicum lucrum v.g.
scutorũ trium, & non fuit effecta inexpendi-
bilis, leuissima pœna tenetur. Mart. in d. l. qui
falsam monetã. ff. de fals. Iul. Scarlatt. cons.
116. per totum. lib. 1. diuers. loquens in for-
tioribus terminis de eo, qui tonsurauit mone
tam auream, fuit ei imposita leuissima pœna
Et post Bal. tradit. Natt. cons. 269 in fin. cum
monetæ tonsuratæ vitia non possint cogno-
sci nisi cum magna experientia, & diligentia.
Vt scribit Cœpoll. in l. 1 §. labeo scribit, 5. q.
ff. de Edilit. edict. præsumitur enim ignoran-
38 tia vitiorum latentium. l. queritur. §. si nomi-
natũ, & ibi Cœpoll. ff. de Edilit. edict. Immo,
quando adest modicus valor, seu lucrũ, ope-
ratur, quod tonsurans nulla pœna puniri de-
beat. Ratio est, quia talis moneta (vt dictum
est) non potest magnum præiudicium affer-
re, his, ad quorũ manus peruenit. Alex. d. cõs.
121. sub n. 5. lib. 7. nec dissentit Mars. d. cõs.
71. n. 1. Idem Alex. d. cons. 104. nu 7. lib. 1.
Boss. tit. de fals. monet. n. 4. prout dicitur de
...

vulnusculo, & febricula, quæ omnia non
sunt in consideratione. Et an res sit magna,
vel parua, aut minima, debet considerari qua
litas loci attenta multitudine populi, & am-
plitudine Vrbis. Vt in indiuiduo scripserunt
Mars. d. cons. 71. n. 9. Alex. d. cons. 104. n. 7.
lib. 1. & in Addit. ad Bart. in d. l. eleganter. §.
qui reprobos. in Apostilla magna circa fin.
ff. de pignorat. act. Et hoc est arbitrarium Iu-
dicis, quæ dicatur magna, vel parua causa.
39 Abb. in c. 1. n. 7. de dilat. Et semper in huius-
modi casu habetur in consideratione Reus,
quando est honesta persona, & semel tantũ
deliquit. Gand. tract. de malef. Rubr. Verum
pœna possit augeri. Per Text. in l. seuerior.
C. de infam. Idem tenet Paris. de put. in tract.
40 de Scindic. in verb. compositio. col. 2. Vbi q
obnoxium est, Reum saltem pro vno deli-
41 cto punire; quia magis est expectandus, &
corripiendus, quam puniendus. c. licet. distin.
45. Et sub col. 5. ait punire Reum, qui & lau
42 dabilis vitæ pro vno delicto commisso est
scandalũ. Per text in c. rursus. 11. q. 3. refert,
& sequitur Natt. cons. 458. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Offensi, insultati, percussi, iniuriati vel dam-
nificati dictum nullum ad torturam facit
inditium.*
2 *Offensus percussus, vel iniuriatus nullum fa-
cit probationis gradum.*
3 *Offensi, seù damnificati dictũ nec in articulo
mortis probationem facit.*
4 *Offensi seu iniuriati dictum, quãuis per duos
testes probatum, nullum facit inditium.*
5 *Offensi, vel percussi dictum sufficit tantum
ad Inquisitionem formandam.*
6 *Offensi dictum non inducit præsumptionem,
quæ sit species probationis, sed quandam
aliam vilem præsumptionem.*
7 *Præsumptio vilis excusat accusantem à ca-
lumnia ex necessitate, nõ autẽ ex volũtate.*
8 *Offensus nullum facit inditium, quia esset te-
stis in causa propria.*
9 *Offensus simul ac se dicit offensũ, statim etiã
se offendentis profitetur inimicum.*
10 *Ex offensione, & atroci iniuria grauis, &
atrox oritur inimicitia.*
11 *Tortura requirit testem omni exceptione
maiorem.*
12 *Offenso non creditur etiã in articulo mortis.*
13 *Offensi assertio leuem facit suspicionem ad in-
quirendum tantum.*

14 *Offensi*

14 *Offensi seù iniuriati dictum non sufficit ad torturam nisi alia concurrant inditia.*
15 *Offensus percussus, vel damnificatus, aut iniuriatus examinandus est ad instrutionem tantum.*
16 *Sententia lata ex dicto offensi, quia inimici, non exequitur.*
17 *Sententia lata ex dicto offensi etiam confirmato in tortura non exequitur.*
18 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
19 *Accusatio seù querela offensa facta alicui data per tertiam personam non attenditur.*
20 *Accusatio seù querela data per tertiam personam non sufficit ad capturam, quamuis examinaretur vt testis.*
21 *Offensus quãdo plures habet inimicos, oritur præsumptio ad fauorem offensoris.*
22 *Temporis diuersitas arguit diuersitatem facti, & delicti.*
23 *Accusatio seù querela data diù post offensionem, seù iniuriam calumniosa præsumitur*
24 *Dolus ex tarditate præsumitur.*

DISCEPTATIO XXX.

De Offenso, insultato, percusso seù iniuriato.

1 OFfensi, percussi, insultati, iniuriati, seù damnificati dictum non sufficit ad torturam; quoniam ipsius assertio, non solũ non sufficit ad torturam. Aret. in l. 1. §. si quis filiũ. ff. de carbo. in l. seya. in prin. ad Velle. & videtur casus in simili in c. sicut, de test. Facit quod not. Cyn. in l. 1. C. quæ accus. non poss.
2 Sed nec etiam ad inquirendum. Clar. q. 7. vers. habes. Natt. cons. 47. & cons. 407. n. 6. Farinac. q. 46. num. 96. nec ad capturã. Farinac. q. 43. num. 5. & d. q. 46. num. 93. Immo
3 nec vllum facit probationis gradum. Casus est apertus in l. si quis in graui. ff ad Sill. §. si quis moriens. Quod procedit, quamuis esset in articulo mortis. Vt d. §. si quis moriens, nisi tamen vltra dictum offensi concurrant alia adminicula; vt puta fama, inimicitia, fuga, &c. Vt dicunt omnes DD. relati per
4 Gratt. cons. 57. num. 15. Et d. iniuriati, seù offensio assertio non facit inditium, quamuis
5 probaretur per duos testes. Ità vidi egregiè cõsultum per quosdam: Credo tamen quod benè sufficiat ad formandam Inquisitionem. Per ea, quæ not. Bal. & Dyn. in d. §. si quis moriens. Et per ea, quæ not. Glos. & Bal. in
6 l. 2. C. de calum. Vbi notabiliter dicit, quod licet in articulo mortis cõstitutus dicat, quod aliquis fecit occidi eum; tamen ista verba nõ inducunt præsumptionem, quæ sit species
7 probationis, quoniam excusat à calumnia accusantem ex necessitate, non autem ex voluntate. Pro hoc facit l. nostris in ratione sui. & in l. quoniam probasse. & in l. fin. eo. tit. de calum. Nec mirum videri debet, si dicatur, quod offensi, vel iniuriati viuentis dictum
8 non facit inditium ad torturam; tum quia esset testis in causa propria contra Text. in l. nullus. ff. de test. & in l. omnibus. C. eo tit.
9 Tum eti... quia eo ipso quod dicit se offensum ab altero, statim quoq; se eiusdem inimicum profitetur. Franc. Cason. de indit. & tortu. tract. 8 c. 1. Rubr. de dicto offensi, & querelantis. num. 5. vers. limitando tamen. Paris. cons. 152. num. 41. vol. 4. Rolan. cons. 24. n. 25. seq. vol. 1. Ioan. Turtius inter cons. crim. diuers. cons. 81. nu. 26. seq. n. 2. Bertaz. cons. 3. num. 2. seq. & n. 33. & cons. 8 nu. 42. seq. Vbi latè, & pluribus hanc probat conclusionem. & cons. 167. nu. 8. & cons. 235. num. 2. lib. 1. Hieron. Magon. decis. lucem. 89. num. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1129. num. 1. & pluribus seqq. Vbi & iuribus & rationibus, & DD. authoritatibus hãc exornat conclusionem, eamq; communem,
10 ac etiam vsu receptam esse testatur: Ratio est, quia ex atroci offensione, & iniuria oritur pariter atrox, & grauis inimicitia. Bart. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. Farinac. tit. de in-
11 dit. & tortu. q. 46. num. 12. Et ideò nullum ad torturam facit inditium; cvm ad torturã requiratur testis omni exceptione maior. Farinac. q. 37. num. 58. & q. 56. num. 151. l. qui
12 vltimò. ff. de pœn. Et verum dicit Mascard. Si enim non creditur offenso existenti in articulo mortis, quo casu minus præsumitur mentiri, multo minus credendum est ei, qui alium inculpat de iniuria, & offensione sibi, vel bonis illata non existens in articulo mor-
13 tis. Quaquidem ex re omninò dicitur, quod d. iniuriati, seù offensi assertio facit leuem suspicionem ad inquirendum tantum, & non sufficit ad torturam, nisi alijs concurrentibus
14 adminiculis. Dec. cõs. 362. Bal. in tit. de pace Cõstantiæ. in verb. Vasalli. Nouell. in pract.
15 crim. car. 39. num. 14. Immo ob d. assertionẽ iniuriatus, aut offensus ad instrutionem tantum est examinandus, & non ad vllam probationem d. l. nullus. ff. de test. d. l. omnibus. C. eo. Vulpell. cons. 99. num. 16. Ratio est, quia (vt dictum est) esset testis in causa propria, quod nullo modo esse potest. Et id pro-

cedit

cedit (vt pariter dictum est) etiamsi depo-
neret in articulo mortis. latè Gram. cons. 70.
16 n. 2. seq. Mars. §. diligenter. nu. 123. in fin. Im-
mo etiam dato quod sententia lata esset ex
dicto offensi contra offendentem, quia inimi-
ci, non exequitur. Plot. cons. 57. n. 10. & cõs.
72. diuers. lib. 2. Cartar. capto bannito. c. fin.
17 n. 75. Id quod etiam habet locum, etiamsi d.
offensus confirmasset eius dictum in tortura.
l. 1. Vbi latè Mars. ff. de quest. Alex. cõs. 174.
col. 5. vol. 7. Vulpell. cons. 30. n. 5. seqq. Ber-
taz. cons. 8. nu. 44. lib. 1. quoniam inimicitia
18 non purgatur per torturam. Boss. tit. de in-
quisit. nu. 2. Farinac. d. q. 46. nu. 100. nec non
etiam quod fecisset, vt tertia persona dedisset
19 accusationem, seù querelam suæ offensionis.
Bertaz. d. cons. 8. n. 43. Natt. d. cons. 407. n. 6.
20 Nanq; talis accusatio, seù querela nec etiam
sufficit ad capturam, etiam quod examina-
21 retur vt testis. Farinac. d. q. 46. n. 96. Et maxi-
mè quando plures haber inimicos, quia tunc
oritur præsumptio ad fauorem pñsi offenso-
ris, quod ipse non deliquerit. Anton. Ga-
leaz. cons. 110. n. 28. lib. 1. Foller. in sua prax.
crim. in verb. Recepiantur defensiones Reo-
rum. n. 2. in fin. Cason. de indit. tract. 7. c. 1. n.
12. in fin. Immo non oritur inditium ad tor-
turam, & ad inquirendum, quãdo est varius
circa tempus, quia periurus. Crauett. cons 6.
num. 16. Dec. cons. 189. col. 6. vers. non ob-
stat. Boss. tit. de Inquisit. num. 46. in fin. cum
22 alijs adductis per Bertaz. cons. 157. n. 14. Et
temporis diuersitas arguit diuersitatẽ facti,
& delicti. Vt per plura iura ostendit Natt.
cons. 135. n. 2. Vltra quod offenso, quando
querelat multo minus creditur, si diù post
23 offensionem factam, & iniuriam illaram que-
relam aut accusationẽ porrexerit; tunc enim
valdè calumniosa præsumitur; cum ex tar-
24 ditate dolus presumatur. Bal. cons. 37. quidã
Tabellio. in fin. lib. 1. Cason. de indit. & tor-
tu. tract. 8. n. 1. Rubr. de dicto offensi, & que-
relantis. nu. 9. Boer. decis. 42. num. 20. Aym.
cons. 75. Mars. in pract. §. diligenter. nu. 201.
Foller. in pract. crim. in verb. Item quod com
misit falsitatem. n. 18. Igne. in l. si quis in gra-
ui. §. si quis moriens. nu. 3. ff. ad sillan. Plot. de
in lit. iuran. §. si. nu. 11. Corrad. in pract. tit. de
accus. nu. 13. vers. Vt accusator morosus. fol.
50. col. 2. Bar. Teguer. in suo tract. crim. par.
13. seq. lib. 2. Vulpell. cons. 49. nu. 5. Cæphal.
cõs. 187. n. 13. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1.
conclus. 531. n. 59. Farinac. d. q. 46. n. 103.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati dictum ad torturam non sufficit.*
2 *Vulnerati dictum etiam in tortura emanatũ contra vulnerantem ad torturam nullum facit inditium.*
3 *Testis de auditu à Vulnerato facit tantum inditium ad inquirendum, & carcerandũ.*
4 *Vulnerati dictum habetur loco denunciationis, & querelæ.*
5 *Vulnerati dicto non creditur ad transmittendam Inquisitionem.*
6 *Vulnerati exculpatio facit, vt incusatus ex inditijs torqueri non possit.*
7 *Vulnerati exculpatio non excusat in mortiferè vulnerato, & inditia sunt plusquam sufficientia sed solũ quando vix sufficiunt.*
8 *Vulneratus ad mortem non præsumitur dicere mendacium, nec immemor esse propriæ salutis.*

DISCEPTATIO XXXI.
De Vulnerato.

1 VVlnerati dictum non sufficit ad tortu-
ram contra vulnerantem. Vt post Ni-
co. Neapol. in l. si quis in graui. §. si quis mo-
riens. ff. ad sillan. Per Text. ibi Angel. in l.
maior. C. de calum. Scripsit. Alex. cons. 14.
num. 3. Ias. lib. 1. num. 8. de eo, per quem fa-
ctum erit. Mars. cons. 20. nu. 14. Gram. cons.
22. num. 7. Blanc. l. fin. num. 390. ff. de quæst.
Alciat. tract. de præs. reg. 3. præs. 44. Vulpell.
2 cons. 72. num. 1. Immo nec etiam in tortura
emanara. Vulpell. cons. 30. nu. 5. seq. Bertaz.
cons. 8. num. 44. lib. 1. Brun. de indit. & tortu.
in 3. q. primæ par num. 26. Sed tantum ad
detinendum Boss. tit. de tortu. accusat. sub n.
3 4. Quod procedit etiam in dicto testis de
auditu à vulnerato; sed benè facit inditium
4 ad inquirendum, & carcerandum. Idẽ Brun.
Vbi supra: Ratio est, quia Vulnerati dictum
habetur loco denũciationis, & querelę. Clar.
in pract. q. 21. vers. assertio vulnerati, & super
5 eo non potest de iure procedi ad tranmitten-
dam Inquisitionem. Mascard. de probat. lib.
3. conclus. 1229 num. 17. Menoch. de præ-
sumpt. q. 88. nu. 15. Farinac. q. 1. nu. 45. seqq.
6 Et maximè quãdo ad est d. Vulnerati excul-
patio, quæ efficit, vt incusatus ex inditijs tor
queri minimè possit. Bal. & Ias. l. 1. C. de legat.
7 Verum non excusat, cũ inditia sunt adeò vr-
gentia, vt cõtraria præsũptione ex ipsius Vul
nerati attestatione oriẽte, nõ obstãte ad huc

sufficientia remaneat. Alcia. tract. de præsūpt. reg. 3. præsu. 4. num. 8. Procedit quoq; dictū Bal. quando inditia vix sufficiunt, non autem quando sunt plusquam sufficientia, & non in mortiferè tantum vulnerato, qui cum vtrunq; pedem in sepulcro habeat, mendaciū dicere, & propriæ salutis immemor non præsumitur. l. fin. cum vulg. C. ad l. Iul. repetund. Vulpell. cons. 125. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Defensio, seù inditiorū copia Reo nō potest denegari.*
2 *Defensio, & inditiorum copia etiam in atrocissimis delictis, & difficilis probationis Reo necessario est concedenda.*
3 *Defensiones si Iudices denegent Reis, malè faciunt.*
4 *Defensio Reo non est deneganda quamuis ad torturam præcesserint inditia.*
5 *Defensio Reo concedi debet non obstante confessione emanata per torturam.*
6 *Defensio Reo nō potest denegari, quamuis de delicti corpore constet.*
7 *Defensionibus denegatis quicquid contra Reū sequutū est, et sequi potest cēsetur reuocatū*
8 *Inditiorum copia si Reo denegata fuerit, processus est ipso iure nullus.*
9 *Defensionibus denegatis à Iudice sub prætextu facultatum ipsi concessarum Reus torqueri non potest.*
10 *Inditiorum capia est danda Reo antequam subijciatur torturæ.*
11 *Defensio quod possit denegari Reo nulla est Constitutio.*
12 *Decretū irritans operatur, quod quicquid fit contra pro infecto habeatur, & nullum ipso iure.*
13 *Defensione etiam in causa hæresis pluribus modis iustè potest se tueri Reus.*
14 *Defensiones legitimæ Inquisitis de hæresi nō sunt denegandæ.*
15 *Defensio iusta est de iure naturæ.*
16 *Defensio etiam non petita est Reo per Iudicē decernenda.*
17 *Defensio Rei etiam non petita per Iudicem inquirenda est.*
18 *Inditium non est edeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*
19 *Defensiones sunt dandæ; etiamsi Reus esset malæ famæ.*
20 *Defensio Reo quantumcunq; criminoso non potest denegari.*
21 *Defensio regulariter Reis debet queri à Iudice non solum ante publicationem processus, sed post, & post conclusum in causa.*
22 *Defensio semper, & quandocunq; à Reo fieri potest.*
23 *Defensio de iure naturali nè dum competit hominibus sed etiam brutis animalibus.*
24 *Defensio est permissa omni iure, naturali, gētium, & ciuili.*
25 *Defensio naturalis nō tollitur, nec tolli potest.*
26 *Defēsionibus Reus nullo modo renūciare potest*
27 *Defensio nec etiam est deneganda Reo spontè confesso*
28 *Defensio non potest denegari à Iudice, quamuis habeat arbitrium ex forma Statuti.*
29 *Defensio nemini est deneganda ante impositionem pœnæ*
30 *Defensio, & probatio potest fieri vsq; ad sententiam*
31 *Defensiones ēt post sententiam fieri possunt.*
32 *Defēsionibus datis Reus ad largā poni debet.*

DISCEPTATIO. XXXII.

De defensione Rei.

1 DEfensiones, & inditiorum copiæ nisi prius fuerint date, Inquisito nō potest infligi Tortura. Grā. vot 30 n. 2 & 31. Vbi loquitur de crimine veneni, et parricidij, quoniā d. tortura de iure nō infligitur inaudito Reo. Clem. pastoralis. de re iudic. c. 1. de caus. possessio. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. Simanc. de torment. tit. 52. n. 9 & idē. Simanc. in ad notat in Zanchinū. c. 3. dixit. 9 quidam Iurisperitissimus non imperi è dixit, quod defensionis facultas nec etiam Diabo-
2 lo esset deneganda. Et id procedit etiā in occultis, & difficilis probationis. Hieron. laurēt
3 decis. Auinionen. 15. n. 3. Et Iudices contrariū fauentes malè faciunt. Rolan. cons. 12. num. 61. seq. lib. 3. quia non debent esse seueriores lege. Id quod habet etiam locum in crimine læsæ maiestatis. Dixit Gigas de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læs. maiest. procedatur. q. 19. num. 30. Etiam in crimine Assasinij. Tradit. Carrer. tract. de indit. & tor-
4 tu. §. quintum. nu. 16. Quamuis ad torturam legitima præcesserint inditia. Hyppol. cons. 95. num. 7. & 10 Hieron. laurent. d decis. per totam, Vbi attestatur non obstante confessione emanata per Reum in tortura illata denegatis defensionibus fuisse absolotū à cōfessatis criminalibus, ēt quod de illorū corpore constaret; & quod talis confessio adminiculata confessione duorum aliorum Socciorum criminis vrgeret. Vnde dicitur, confes-

sionem

sionem prædictam cum omnibus inde secutis non valere.d.Clem.pastoralis. de sent. & re iudic. Ibi ipsosq; Iudices nihilominus quatenus processerunt de facto ; & quicquid ex
7 eis sequutum, vel in posterum sequi irritum reuocamus &c. Angel. in verb. quod fama
8 publica præcedente.num.37. Vbi ait, quod si inditiorum copia Reo denegata fuerit,
9 processus est ipso iure nullus. Nec sub prætextu facultatum alicui Iudici concessarum Reus torqueri potest denegatis defensionibus; quoniam nulla Constitutio id dicit, & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Quinimò contrarium apparet per Constitutionem Pauli Tertij, quæ est in ordine Con-
10 stitutio.58.vers.Captum verò.Vbi habetur, quod antequã Reus captus subijciatur torturæ, debet dari inditiorum copia, & audiri in suis defensionibus. l.2. ff. de appellat.non recip.Et post d. Constitutionem nullã apparet facultas concessa alicui Iudici, nec Vrbis
11 Gubernatori, quod possint eius locumtenentes criminales torquere denegatis defensio-
12 nibus. Et Decretum irritans appositum in d.Constitutione Pauli Tertij operatur, quod quicquid fit contra, pro infecto habeatur, & dicitur nullum ipso iure. c. pen de preben. in sexto. Ratio est, quia defensione etiam in
13 crimine hæresis iuste se Reus tuetur, si pluribus, & melioribus testibus probare potuerit, se id eo loco, quod obijcitur, & eo tempore non dixisse, vel non eo modo, aut eijsdem verbis, aut eiusmodi circumstantijs; sed alijs, quibus crimen ex toto diluatur; aut certè magna ex parte minuatur. Fœlyn.in c. tertio loco.de probat.Ruyn.conf.145.lib.5. Dec.cõs.94.& in l.1.C.de bono.poss.secũdæ Tabulæ.Rip.in l.in illa. ff. de verb. obligat.Simanc Enchirid.tit.47. De defens.n.6.
14 Immo defensiones legitimæ Inquisitis de hæresi sunt concedendæ, nec sunt pretermittendæ. Director. Inquisit.3. par.pag. mihi 583.
15 q.55. quoniam iusta defensio est de iure naturæ; & ideò nullo modo potest, & debet denegari.l. vt vim. Et ibi communiter DD. ff.de iust & iur.l.quoties.C.de præcib.Imperat.offerendis.d.Clem.pastoralis §.Cæterum defectus. De sent. & re iudic. Imol.in Clem. sæpè.de verb.signif.super Glos.in verb. Defensiones.& Bernard. Comes.in lucer. verb. Defensio.§.2.Director.Inquisit.3. par. pag.
16 mihi 447.comm. 28. col. 1. Quinimò Defensio etiam non petita, seù allegata per Iudicem non solum decernenda, sed etiam in-
17 quirenda est.l.si non defendantur.ff.de pœn. Ratio est, quia nullum inditium est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit proba-
18 ri contrarium.Boer decis.165.num.1. quarè defensiones sunt dandæ, etiamsi Reus sit ma-
19 læ famæ.Boss.tit.de indit.n.75.vers.nec ẽt & vers.sic ẽt.Vbi reddit rationẽ; quoniã posset quis probare contrarium. Rolan. cons.17.n. 55. Vnde quantumcunq; criminoso non est
20 deneganda defensio. Hieron. laurent. decis. Auinionem.15.num.5.vers. Etiamsi agere-
21 tur contra homines malæ famæ. Immo Defensio regulariter quæri Reis à Iudice; & suppleri potest in facto non solum ante publicationem processus; sed etiam post, & post conclusum in causa. Boss.tit.de confess.num.12.
22 Immo semper, & quandocunq; fieri potest.
23 Quinimò de iure naturali ne dum competit hominibus, sed etiam brutis animalibus. Vt habetur in l.1.§. cum arietes. ff. si quadrup. paup.fecisse dicatur.Bart.in l.Defensionis facultas.C.de iur.fisci.lib.10. Oldrad.cons.43. vers.quæritur vtrum citatio. Aym.cons.177. in facto proponitur.Plac.c.28. nu. 20. Dec. d.l.vt vim.num.17.d.Clem. pastoralis. vers. Cæterum. de sent.& re iudic. latè Natt. cons.
24 348.n 4.Vbi quod instrumentum debet ostẽ-
25 di parti intimatæ cum dimissione copiæ. Itẽ defensio est permissa omni iure, naturali, gẽtium, & ciuili.d.l.vt vim de iust.& iur.Et defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest. Boss.tit.de indit.& considerat. ante tortu.n.
26 78. Et illud optimè ab omnibus est sciẽdũ; quod Reus defensionibus renunciare nullo modo potest.Glos. singul. in l. pactum inter heredem.ff.de pact.Itaq; Defensio nec ẽt est
27 denẽganda spontè cõfesso.l.1.§ si quis vltrò ff.de quæst. Vbi Text. disponit, non esse fidẽ adhibendam ẽt Confessioni vltrò factæ, seù spontè aut coactè emanatæ. Et plus dicitur, quod etiam spontè confesso non est denegãda Defensio ad probandum de iure suo, & innocẽtia sua Alle.in l.1.§.si quis vltro. ff.de
28 quæst.Quinimò plus dicitur, quod quamuis Iudex haberet arbitrium ex forma statuti, in talibus non potest denegari defensio; & idẽ voluit Gãdin.in suo tract.malef.in verb. Itẽ quæro, nunquid Potestas, qui habet arbitriũ. Idem voluit Alex.cons.66. in 1. & 2.col in 1.vol.Incip.si precedẽtibus inditijs. Vbi tamẽ limitat multũ singulariter, nisi Reus simpliciter peteret copiam inditiorum cum termino ad probandum, & non diceret qualem defensionem haberet; sed solũ diceret, indi-

tia illa non esse vera, sed falsa: nam secundum eum ad hoc vt concedatur Defensio, & differatur Tortura; opus est quod allegetur talis defensio, qua probata, tortura cessaret: Sed in casu proposito, si testes deposuissent, & affirmassent inditia non esse vera, sed falsa non releuarent, tanquam deponentes super mera Negatiua, ergo &c. Idem videtur fuisse de mente Pauli, Eliaza in c. graues. in verb. Quid sit torquendus querit in vult. col. Secundò limitat Alex. in cons. alleg. alio modo multum singulariter, quando Potestas denegaret defensionem cum consilio Iudicis maleficiorum, non potest, & non tenetur in Scindicatu per doctrinam Bal. in Rubr. C. de pœna Iudic. in verb. quero nunquid Potestas &c. Salyc. in l. fin. eo. tit. quod est notandum ab illo, qui vadit per officia, & si non intelligit, semper faciat de consilio Iudicum qui tamen sunt Doctores habentes instrumentũ suæ approbationis in studijs generalibus, vel quod talis Iudex sit ipsi datus per superiorẽ; nam erit excusatus faciendo cum tali consilio secundum Salyc. in d. l. fin. & Alex. in d. cons. 66. in 2. col. quod consilium secundum Brun. est repertum in 2. vol. de verbo ad verbum. Alex. in ordine ibi quarti incip. Vt supra dixi. Cæterum defensionis facultas nemini est deneganda ante impositionem pœnæ. Alle. l. vnius. §. fin. in verb. quocunq; tempore postulante ergo. de quæst. & l. facultas. C. de iur. fisci. l. x. & in l. fin. in verb. data copia. C. de bon. vac. Deniq; dicitur, quod defensio, & probatio possunt fieri vsq; ad sentẽtiã. l. si quis iureiur. C. de re. ci. edil. inditia. C. de proba. Anchar. cõs. 22. in 3. col. incip. Verũ cõfessio cõtra iniustũ &c. Vbi dicit, se de facto obtinuisse, ꝙ quis potest reuocare cõfessionẽ suã, licet secundũ eum Iudices se in hoc difficiles, & rigorosos exhibeãt credẽtes vilescere in cõspectu hominũ per absolutionẽ. contra l. absentem. ff. de pœn. Immò defensiones pro Reo sẽper, & quandocunq; fieri possunt etiam post sententiam. per ea, quæ not. Bal. in l. à præcedente. C. de delat. c. cum dilecti. Vbi Butr. & Abb. de accusa. Vnde dicit spec. tit. de confess. §. fin. vers. Cæterum. quod si fui confessus me occidisse hominem, nunc probo eum viuere admittitur ad reuocandam illam confessionem. l. Inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. & ibi in Addit. dicit. Ioan. Andr. quod si quis vulnerauit aliquem, quem fortè credidit occidisse, & captus sic confessus est; etiam amici debent ad mitti ad probandum eum viuere Aret. c. cũ dilecti. in vlt. verbis de accus. Boss. in tit. de confess. nu. 6. & in tit. de defens. Reorum. n. 4. Et multa, quæ contra confessionem deduci possunt, ponit Clar. in §. fin. q. 55. Constit. March. Glos. G. n. 1. fol. 196. Quibus omnibus additur, & Iudex menti tenere debet, quod defensionibus datis Reus ad largam poni potest, & debet, aliter eius confessio corruit. c. pastoralis. in fin. de sent. & re iudic. Marl. cons. 95. n. 7. & 10. Vbi ait, id procedere, etiamsi inditia legitima precesserint. Hieron. laurent. decis. Auinionem. 15. per totam. Vbi non obstante confessione emanata per Reum in tortura non datis defensionibus te statur illum fuisse absolutum.

(Margin numbers in the left column: 29 beside "bum. Alex. in ordine…", 30 beside "cip. Verũ cõfessio…", 31 beside "defensiones pro Reo…"; in the right column: 32 beside "March. Glos. G. n. 1…".)

SVMMARIVM.

1 *Inimicus à testificando repellitur.*
2 *Inimico non creditur et in mortis articulo.*
3 *Inimico non creditur, quamuis cum tortura deposuerit.*
4 *Inimicus nec in casibus priuilegiatis, occultis & difficilis probationis admittitur.*
5 *Inimicitia causa non creditur illi qui se dicit inimicum.*
6 *Odioso, & maleuolo non creditur.*
7 *Odium priuatum est familiare, & carnale.*

DISCEPTATIO XXXIII.

De Inimico.

1 INimici dictum, seù depositio contra Inquisitum non sufficit ad torturam; quia Inimicus à testificando repellitur, nec vllum quoq; ad inquirendum parit inditium. l. 1. §. præterea. Vbi Glos. Bart. & alij. ff. de quæst.
2 Immò nec ei creditur in mortis articulo. Bal. in tit. de pace Constan. in verb. Vassalli vestri in fin. sic in terminis argumentatur Alex. cõs. 14. n. 3. vol. 3. Natt. cons. 354. n. 1. seq. vol. 2. Gram. cons. 70. lib. 3. Rolan. cons. 37. n. 10. seq. lib. 3. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de tortu. reorũ. n. 16. Franc. Becc. cõs. 85. n. 4. seq. Vbi benè ad fin. vers. Itẽ quia
3 reputatur inimicus capitalis. Farinac. q. 46.
4 n. 12. Nec etiam quamuis in tortura deposuerit; quia Inimicitia non purgatur per torturã Boss. tit. de Inquisit. n. 2. Farina. in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 46. n. 100. Prout nec in casibus priuilegiatis, vt in delictis occultis. & difficilis ꝓbationis, vel vbi aliàs veritas haberi nõ potest. Vt per Text. in l. consensu. C. de repud. in l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milit. Anton. Gomez. c. 12. de probat. delictorum.

num.12.verf.Item adde.Farinac.q.53.num.
5 3.& seq. Quinimo nec illi pariter creditur, qui se dicit inimicum alicui. Bofs. tit. de opposit.contra test.num. 64. Sed nec illi, qui
6 se dicit odiosum, & maleuolum; quia v. g. non recepit eum in socium in molendino. §. si quis vltro dicat odiosum. Auth. de test. Natt.conf.412.num.24.Ofasc.conf. 66. nu. 12.& 26.Mafcard.de probat. lib.3. conclus. 1127.nu.6.seq.Gig.de crim. læs. maiest. lib. 2.Rubr. Quomodo, & per quos. crim. læs. maiast.prob.q.2.num.30.§ si quis verò dicat
7 odiosum. in Auth.de Test. Nec facit, si dicatur,quod odium est priuatum. c. quoties. vers.priuato odio. de test. nanq; odium priuatum dicitur familiare, & carnale Abb. d. c.quoties. D. Campegg. de test.reg.23.in 9. Fallent.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia sola capitalis nõ sufficit ad torturã*
2 *Inimicitiæ noua præsumptio quando vrget contra aliquem non sufficit ad formãdam, Inquisitionem.*
3 *Inimicitia est inditium remotum à maleficio,& ex ea non oritur inditium ad torturam,nisi sit adminiculatum.*
4 *Inimicus quamuis in tortura deponat contra aliquem, nec ad torturam, nec ad inquirendum facit inditium.*
5 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
6 *Inimicus omninò à testimonio repellitur.*
7 *Inimicus repellitur ẽt in casibus priuilegiatis*
8 *Inimicus repellitur in criminibus exceptis.*
9 *Inimicus repellitur,quamuis inimicitia processerit à causa minus probabili.*
10 *Inimicitia vt contrahatur, non attenditur an iustè,vel iniustè processerit causa.*
11 *Inimicitia oritur non solum ex facto inhonesto,sed etiam honesto.*
12 *Inimicus non solum verus, & suspectus; sed etiam præsumptus à testimonio repellitur.*
13 *Inimicus præsumptus, & ignotus etiam in quibuscumq; exceptis repellitur,*
14 *Inimicus occultus à testificando repellitur.*
15 *Inimicus reconciliatus, non antiquitus, sed de recenti à testificando repellitur.*
16 *Inimicus etiam antiquitus reconciliatus; etiam quod non fuerit noua inimicitia, à testimonio reijcitur.*
17 *Inimicus capitalis ẽt in notorijs est repellẽdus*
18 *Inimicitiæ capitalis, & non capitalis plura capita.*

DISCEPTATIO. XXXIV.

De Inimicitia.

1 OB inimicitiam capitalem, nisi alia concurrant adminicula, Inquisito nõ potest infligi tortura.Clar.q.21.vers. inimicitia
2 vrgens.Bofs.tit.de indit.num.47.in fin. Vbi quod Inquisitio formari non debet contra eum, contra quem vrget noua inimicitiæ præsumptio.Imol.in l.fin.ff. de hered. instit. Gram.vot.30.nu.20. Vbi quod DD. communiter tenent.Angel. tract. malef. in verb. fama publica. Vbi quod ista opinio tanq̃ communis, & æquior seruari debet in pra-
3 ctica.Marf.conf.72.num.11.seq. Vbi quod inimicitia est inditium remotum à maleficio, & ex ea non oritur inditium ad torturam, nisi sit adminiculatum: Alioquin posset tertius committere v.g.homicidium,postmodũ Curia capturare inimicum,& ex confessione ob tormenta extorta condemnare ipsum innocentem.contra Text. in l. sancimus. C.de poen.Hyppol.§.diligenter.num. 70. Carrer. in pract.in 2.tract. de indit.§. quartum inditium.nu.4. Vbi de communi. & secundum
4 Bofs.vbi supra ità practicatur. Quod procedit, quamuis inimicus deponat in tortura contra alium suum inimicum; quia etiam tunc nec ad torturam, nec ad inquirendũ
5 facit inditium; quoniam inimicitia non purgatur per torturam. Bofs. tit. de Inquisitio. num.2.& Farinac.in prax.crim.tit. de indit.
6 & tortu.q.46.num. 100. Et illud præcipuè est sciendum, quod inimicus à testimonio semper est repellendus. Vt probant plura iura tam ciuilia, quam canonica. Vt in l.3. Vbi vel an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert, & ibi Glos. Odofred. Bal. Salyc. Fulgos. Iacobin. de Sancto Georgeo, & communiter DD. omnes. ff.de test. l. 1. §. præterea. ff. de quæst. 4. si verò quis dicat. in Auth. de test.collat. 7. Auth. si testis productus. C.de test. l. si quis testibus. C. eo. c. repellantur. extra de accusat. c. cum P. Manconella. meminimus. & c. cum oporteat. lib. 2. Marf. per illum Text. in l. 1 §. preterea. in princ.ff. de quæst. Gram.conf. 38. nu. 11. seq. & conf. 54. num. 17. per totum. Bertaz. conf. 8. num. 44. Farinac. q.53. num. 10. Item inimicus repellitur etiam in casibus priuilegiatis verbi gratia in delictis,& factis occultis,& difficilis probationis,

vel vbi alias veritas haberi non potest. Vt per Text. in l. consensu. C. de repud. in l. nō omnes.§ a barbaris.ff.de re milit. Anton. Gomez.c.12.de probat.delict.num.21.vers. Item adde, Aufrer.in tract. de reprobat. test. nu.56.vers.Item verum est. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3.c.12. Rubr. de reprobat. delict. num. 21. in fin vers. aduertendum tamen. Bertaz. conf. 528. num. 6. lib. 2.& est communis opinio.Farinac.q.53.nu.
8 3.5.& 7. Item repellitur in criminibus exceptis vt v.g. in crimine læsæ maiestatis. Vt per Text. in c. per tuas. vbi Ioan. de Anan. & communiter alij ext. de Simon. spec. in tit.de accusa.§.1.in fin.Barr.in l.in questionibus.ff.eo Gram.conf.46.nu.8.Clar.in pract. §.fin.q.24.vers.Item quero. Marf. conf. 65. nu.20.Rolan.conf.24.nu.30. lib.1. & conf. 95.num.28.lib.1.Alciat.lib.1.de verb.signi-
9 ficat.fol.12.Vulpel. conf.12.num.11. Item repellitur, etiam quod inimicitia processerit, & ortum habuerit à causa minus probabili, quoniam ad contrahendam inimicitiam nō attenditur, an iustè, vel iniustè processerint
10 causæ; sed an ex eis quis se ad odium commouerit,c. non est crudelis.23. q. 5. El ini-
11 micitia oritur non solum ex facto inhonesto, sed etiam honesto.l.1.cum ibi not. ff. de his, quib.vt indig.Glos. in l. sororem.C. eo Fa-
12 rinac.d.q.53.num.20. Item inimicus non solum verus,& suspectus, sed etiam præsumptus à testimonio repellitur. Alb. de Malet. Bal. & Innoc. in locis per eos relatis tract. de test. par.1.c.2.num. 7. vers. subdit tamen Bart.in l.3. sub littera D.incip. item aduerte. ff.de test. Alex.conf.99.n.3. lib.1.Mascard. de probat.lib.2.conclus. 899. nu.3.Farinac. in prax.crim.tit.de opposit.d.q.53. num.24. Glos.notab.in c.Adrianus.63.distin. Crott.
13 tract. de test. num. 99. in fin. Et verum est, quod inimicus præsumptus, & ignotus in quibuscunq; exceptis repellitur; dummodo adsit causa inimicitiæ. Grām.conf.17.& 45. num.17 conf.3 num. 15. Alex.conf.126.in
14 fin.lib.4. Item inimicus occultus à testimonio repellitur. Fœlyn. c. quoties. num. 3.de test. & fol.101.col.1.Farinac.d.q.53.nu.26.
15 Item inimicus reconciliatus non antiquitus, sed de recenti, & quod post reconciliationē orta sit noua causa inimicitiæ, & quod non probetur reconciliatio, quia necesse est vt probetur à testificando repellitur.Farinac.d.
16 q.53. num. 60. seq: Ceterum in omni casu etiam quod antiquitus fuerit reconciliatus, etiam quod non fuerit noua inimicitia, vel quod non probetur reconciliatio, non potest dici omni exceptione maior. Farinac. d.q. 53. nu. 63. Deniq; inimicus capitalis etiam in notorijs est repellendus. Eymeric.in l.testium.ff.de test.& Rom.conf.323. Et si ple-
17 nè in casu cognitum fuerit de inimicitia capitali omnium, vel aliquorum, qui consilio plurium reputentur inimici capitales, repelli debent. Director. Inquisit.par. 3.schol.73. lib.3.Rom.conf.324.incip. in proposita cōsultatione. in fin.in 4. Per Text. singularem. in c.nonnulli Episcoporum.in fin.3.q.5.Vbi idem tenet, Vgo Card. Hieron. ad Angel. in verb. Et ad querelam.num.37.

Inimicitiæ quæ sint capitales, quæ non, vt melius cognoscātur, ad faciliorem Reorum defensam infrascripta ipsarum capita à pluribus præstantissimis DD. percepta ponuntur. Cap. I.

1 Inimicitia capitalis oritur, quando quis v.g. occidit meum consanguineum. Ità Barr. in l 4 §.fin.de adimen. legat. Hyppol. & Marf. in l.§.præterea.ff.de.quæst. Per Text. in l.lex Cornelia.ff.de iureiur.addit. Soc.in c. repellantur.de accusat. num. 14. non solum esse effectum mihi inimicum capitalem; qui consanguineum meum interfecit; sed etiamsi tantum dedit operam, vt interficeretur.
2 Inimicitia capitalis oritur, quoties quis conatus est occidere eum, contra quem vult testificari.Eymeric.3.par.num.118.
3 Inimicitia capitalis oritur ex solis minis de occidendo. Glos.in l.licet.ff.de recepr.arbitr. verb.capitalis.Alex.con.14.num.3.lib.3 Riminal. Iun.conf.211.nu.22. Gram conf.57. nu.8. Abb.in c.repellantur num.4 de accusatio. Marf.conf.2.num.12.Rolan.conf.24. n.28.Vbi quod tales testes repelluntur.Idem tenet Ias.in l.procurator. in fin.C. de procurat.Vbi Ioan. Anan.num.7.optimè dicit hoc totum procedere secundum Bal.in l. metum. C.de eo,quod met.caus. quando is, qui minatur,est potens ad id faciendum, quod minatur, aut est solitus minas suas executioni mandare. Vt in l.1.C.vnde vi.& l.vt vim.ff. de iust.& iur.quod refert, & sequitur Marf. in d.l.1 §.præterea ff.de quæst.
4 Inimicitia capitalis oritur ex insidijs paratis vitæ eius,contra quem is, qui parauit, vult testificari.Glos.in §.inimicitiæ. verb.si capitales.Instit.de accusat.tuto. Eymeric.3.par.nu. 118.

118.vers.repellit igitur, ibi seù ea, quæ sunt ad mortem inductiua, atq; via, tales enim sunt insidiæ.

5 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod quis accusauit aliquem de causa capitali, Vt v.g. de homicidio, crimine læsæ maiestatis, rapina, crimine nefando veneris præposteræ, adulterio, seù quolibet alio delicto, ex quo nascitur infamia, quod si fuisset probatum, imposita fuisset poena mortis, abscissionis membri, aut publicationis omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, & exilij. Bart. in l. 4 §. fin. ff. de adimen. legat. Glos. in l. 3. verb. capitales. ff. de recept. arbitr. Glos. mulier, & aptior. in §. inimicitiæ. verb. si capitales. Instit. de accusat. tuto. Abb. in c. accedens. & lit. non constet. & in c. repellantur. nu. 4. de accusat. Zabar. in c. cum opporteat. nu. 12. de accusat. Ratio est, quia accusans aliquem de crimine capitali efficitur inimicus capitalis accusati. Glos. in l. licet autem. in verb. capitalis. ff. de recept. arbitr. Bart. in l. non solum. num. 3. & in l. filio. §. feia. n. 1. ff. de adimen. legat. Gram. decis. 33. num. 5. l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus indign. Angel. in tract. malef. in verb. & ad querelam. n. 71. & Augustin. ibidem.

6 Inimicitia capitalis oritur, quoties, licet non accusauerit aliquem de crimine capitali, tamen sponte deposuit in causa criminali contra eum. Abb. Ioan. Anan. Soc. & alij in c. cũ P. Manconella. de accusatio. faciunt tradita per Glos. Bart. & DD. in l. 3. de test. & per spec. tit. de teit. §. 1. in princ. Adde omninò Gram. cons. 46. num. 4 seq. Et maximè quãdo ex dicto ipsius testis quis capturatur. d. c. cum P. & Blanc. de indit. nu. 155.

7 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod aliquis eum, qui modo cõtra se testificatur, detinuit in vinculis. Foelyn. in c. repellantur. de accusatio. num. 5 vers. Adde, quod si tenuit te. Gram. cõs. 46. incip. in causa magni Tristani. num. 1. seq quæ tunc magis crescit, quando carceratus torturæ est suppositus. Et hæc inimicitia semper durare præsumitur, nisi contrarium probetur. Bal. in l. non ignorabit. ad exhiben.

8 Inimicitia capitalis oritur inter Inquisitum, & Instigatorem, quãdo Instigator procurat criminaliter contra Inquisitum, vel vadit cum berroarijs ad effectum, vt capturetur; quia efficitur Inquisiti inimicus capitalis. l. 3. vers. at si ei inimicus fit. ff. de test. Aufrer. de reprobat. test. num. 89. Gabriel tit. de test. conclus. 12. num. 4. vers. contrarium. Mandos. ad Roman. cons. 420. littera A. vers. sed contrariũ tenet. Mascard. de probat. lib. 3. cõclus. 1317. num. 11. seq. Et is, qui iuuat inimicum meũ, dicitur inimicus meus. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 898. num. 28. Quod procedit etiam in delictis, & factis occultis, & difficilis probationis, vel vbi aliter veritas haberi non potest. Bertaz. cons. 528. num. 6. lib. 2.

9 Inimicitia capitalis oritur ex sola iniuriarum prolatione. Bal. in c. veniens. circa fin. de iureiur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus. C. de procurat. Mars. in l. 1. §. præterea. ff. de quest. Vbi itaq; quandoq; fuisse iudicatum testatur. Idem Mars. cons. 2. & 3. Gram. vot. 6. num. 4. seq. Rolan. cons. 24. num. 38. lib. 1. Exempla talia esse possunt, appellare virum coniugatum cornutum; siue eius vxorem meretricem; Virum honestum, ebrium; Monachum, apostatam à sua religione; præsbiterum simoniacum; Aduocatum, impostorẽ; procuratorem, cauillatorem; Iudicẽ, acceptatorem personarum; Tabellionem, Falsarium; mercatorem, monetarium, seù pecunias tondentem; & his similia. Et vt vno verbo dicam verbum iniuriosum dicitur; cum siue in genere, siue in specie delictum aliquod commissum, licet commissum non sit, alicui improperatur. Vt not. Bart. Bal. & communiter DD. in l. 3 ff. de lib. & posthum. Faber. Aret. Ioan. de Platea, & alij in §. 2. Instit. de iniurijs.

10 Inimicitia capitalis oritur, quando dicitur alicui, mentitis. Tradit Bart. in l. quis extraneus. ff. de acquir. hæredit. Idem dicẽdũ est, quãdo alicui dicitur, tu es spurius, quanuis re vera spurius non sit. Gram. decis. 37. quæ tamen si quis effuggere velit, postquã probata sũt, obseruet cautelam 39. quam tradit Thom. Ferrarius.

11 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod quis alterius vxorem tenet inuito marito reclamante, & repugnante. Anton. de Butr. Bal. & alij in c. accedens. el. secundò vel lit. non constet. quos sequitur Mars. in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. num. 23. & idem est intelligendum de eo, qui terram alicuius tenet, quod intellige etiã per vim; Vt Villas, agros, prata, domos, & similia, ex quarum fructibus commodum suscipiat.

12 Inimicitia capitalis oritur, quando Iudex in aliqua causa fuit allegatus suspectus ob eius denegatam iustitiam, ac etiam alijs de causis, & ideò nõ potest amplius d. causam cognoscere; quia appellans à sententia Iudicis, seù à dene-

30 titatis ratio, quæ quandoq; extat l. fin. C. de interdict. matrim. Calcan. cons. 21. col. fin. Et ideò in materia exorbitanti non fit extensio ex identitate rationis, nisi ratio sit expressa. Dec. in l. qui se patris. C. vnde lib. quo-
31 niam ex ista extentione seruaretur inæqualitas in puniendis delictis. Et cum delicta sint
32 inæqualia, inæqualis debet esse pœna; cum extensio fiat ratione æqualitatis seruandæ,
33 quando id fieri potest. §. illud. Instit. tit. pro Soc. Et ideo in pœnalibus durum est legem extendere extra casum in iure expressum. latè Gram. decis. 27. nu. 8. Qui autem monetā
34 falsauit, eam v.g. cum sit argentea, auro pingendo, vel è contra, delictum leuè commisit; quando ideò moneta non ascendit ad scuta tria. Alex. d. cons. 104. n. 7. lib. 1. Ratio est, quia (vt dictum est) non potest afferre magnum præiudicium his, ad quorum manus peruenit. Idem Alex. d. cons. 121. nu. 5. lib. 7. Oldrad. cons. 74. Vbi quod isto casu imponitur pœna parua, & ideo non potest deueniri ad torturam, cum imponatur pœna stellio-
35 natus. Et tunc solum tenetur pœna falsi, quā est tota falsa. Ita Curt. Iun. d. cons. 237. At quando non est tota falsa, puta quando est
36 munita argento bono, ipsum tingens auro tenetur pœna pecuniaria. Bart. in d. l. Cornelia. in princ. ff. de fals. Veronen. cons. 77. n. 5.
37 Idq; eo magis dici debet, quando moneta non fuit expensa. Qui vero d. monetam tonsurauit, quando est modici valoris, videlicet, quod percipitur modicum lucrum v.g. scutorū trium, & non fuit effecta inexpendibilis, leuissima pœna tenetur. Mars. in d. l. qui falsam monetā. ff. de fals. Iul. Scarlatt. cons. 116. per totum. lib. 1. diuers. loquens in fortioribus terminis de eo, qui tonsurauit monetam auream, fuit ei imposita leuissima pœna. Et post Bal. tradit Natt. cons. 269. in fin. cum monetæ tonsuratæ vitia non possint cognosci nisi cum magna experientia, & diligentia. Vt scribit Cœpoll. in l. 1. §. labeo scribit. 5. q. ff. de Edilit. edict. præsumitur enim ignoran-
38 tia vitiorum latentium. l. queritur. §. si nominatū, & ibi Cœpoll. ff. de Edilit. edict. Immo quando adest modicus valor, seu lucrū, operatur, quod tonsurans nulla pœna puniri debeat. Ratio est, quia talis moneta (vt dictum est) non potest magnum præiudicium afferre, his, ad quorū manus peruenit. Alex. d. cōs. 121. sub n. 5. lib. 7. nec dissentit Mars. d. cōs. 71. n. 1. Idem Alex. d. cons. 104. nu. 7. lib. 1. Boss. tit. de fals. monet. n. 4. prout dicitur de vulnusculo, & febricula, quæ omnia non sunt in consideratione. Et an res sit magna, vel parua, aut minima, debet considerari qualitas loci attenta multitudine populi, & amplitudine Vrbis. Vt in indiuiduo scripserunt Mars. d. cons. 71. n. 9. Alex. d. cons. 104. n. 7. lib. 1. & in Addit. ad Bart. in d. l. eleganter. §. qui reprobos. in Apostilla magna circa fin. ff. de pignorat. act. Et hoc est arbitrarium Iudicis, quæ dicatur magna, vel parua causa.
39 Abb. in c. 1. n. 7. de dilat. Et semper in huiusmodi casu habetur in consideratione Reus, quando est honesta persona, & semel tantū deliquit Gand. tract. de malef. Rubr. Vtrum pœna possit augeri. Per Text. in l. seuerior. C. de infam. Idem tenet Paris. de put. in tract.
40 de Scindic. in verb. composito. col. 2. Vbi q obnoxium est, Reum saltem pro vno deli-
41 cto punire; quia magis est expectandus, & corripiendus, quam puniendus. c. licet. distin. 45. Et sub cos. 5. ait punire Reum, qui & lau-
42 dabilis vitæ pro vno delicto commisso est scandalū. Per text. in c. rursus. 11. q. 3. refert, & sequitur Natt. cons. 458. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Offensi, insultati, percussi, iniuriati vel damnificati dictum nullum ad torturam facit inditium.*

2 *Offensus percussus, vel iniuriatus nullum facit probationis gradum.*

3 *Offensi, seu damnificati dictū nec in articulo mortis probationem facit.*

4 *Offensi seu iniuriati dictum, quāuis per duos testes probatum, nullum facit inditium.*

5 *Offensi, vel percussi dictum sufficit tantum ad Inquisitionem formandam.*

6 *Offensi dictum non inducit præsumptionem, quæ sit species probationis, sed quandam aliam vilem præsumptionem.*

7 *Præsumptio vilis excusat accusantem à calumnia ex necessitate, nō autē ex volūtate.*

8 *Offensus nullum facit inditium, quia esset testis in causa propria.*

9 *Offensus simul ac se dicit offensū, statim etiā se offendentis profitetur inimicum.*

10 *Ex offensione, & atroci iniuria grauis, & atrox oritur inimicitia.*

11 *Tortura requirit testem omni exceptione maiorem.*

12 *Offenso non creditur etiā in articulo mortis.*

13 *Offensi assertio leuem facit suspicionem ad inquirendum tantum.*

14 *Offensi*

14 *Offensi seù iniuriati dictum non sufficit ad torturam nisi alia concurrant inditia.*
15 *Offensus percussus, vel damnificatus, aut iniuriatus examinandus est ad instrutionem tantum.*
16 *Sententia lata ex dicto offensi, quia inimici, non exequitur.*
17 *Sententia lata ex dicto offensi etiam confirmato in tortura non exequitur.*
18 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
19 *Accusatio seù querela offensa facta alicui data per tertiam personam non attenditur.*
20 *Accusatio seù querela data per tertiam personam non sufficit ad capturam, quamuis examinaretur vt testis.*
21 *Offensus quãdo plures habet inimicos, oritur præsumptio ad fauorem offensoris.*
22 *Temporis diuersitas arguit diuersitatem facti, & delicti.*
23 *Accusatio seù querela data diù post offensionem, seù iniuriam calumniosa præsumitur*
24 *Dolus ex tarditate præsumitur.*

DISCEPTATIO XXX.

De Offenso, insultato, percusso seù iniuriato.

1 OFfensi, percussi, insultati, iniuriati, seù damnificati dictum non sufficit ad torturam; quoniam ipsius assertio, non solũ non sufficit ad torturam. Aret. in l. 1. §. si quis filiũ. ff. de carbo. in l. seya. in prin. ad Velle. & videtur casus in simili in c. sicut, de test. Facit quod not. Cyn. in l. 1. C. quæ accus. non poss.
2 Sed nec etiam ad inquirendum. Clar. q. 7. vers. habes. Natt. cons. 47. & cons. 407. n. 6. Farinac. q. 46. num. 96. nec ad capturã. Farinac. q. 43. num. 5. & d. q. 46. num. 93. Immo
3 nec vllum facit probationis gradum. Casus est apertus in l. si quis in graui. ff ad Sill. §. si quis moriens. Quod procedit, quamuis esset in articulo mortis. Vt d. §. si quis moriens, nisi tamen vltra dictum offensi concurrant alia adminicula; vt puta fama, inimicitia, fuga, &c. Vt dicunt omnes DD. relati per
4 Gratt. cons. 57. num. 15. Et d. iniuriati, seù offensio assertio non facit inditium, quamuis
5 probaretur per duos testes. Ità vidi egregiè cõsultum per quosdam: Credo tamen quod benè sufficiat ad formandam Inquisitionem. Per ea, quæ not. Bal. & Dyn. in d. §. si quis moriens. Et per ea, quæ not. Glos. & Bal. in
6 l. 2. C. de calum. Vbi notabiliter dicit, quod licet in articulo mortis cõstitutus dicat, quod aliquis fecit occidi eum: tamen ista verba nõ inducunt præsumptionem, quæ sit species
7 probationis, quoniam excusat à calumnia accusantem ex necessitate, non autem ex voluntate. Pro hoc facit l. nostris. in ratione sui. & in l. quoniam probasse. & in l. fin. eo. tit. de calum. Nec mirum videri debet, si dicatur, quod offensi, vel iniuriati viuentis dictum
8 non facit inditium ad torturam; tum quia esset testis in causa propria contra Text. in l. nullus. ff. de test. & in l. omnibus. C. eo tit.
9 Tum eti... quia eo ipso quod dicit se offensum ab altero, statim quoq; se eiusdem inimicum profitetur. Franc. Calon. de indit. & tortu. tract. 8 c. 1. Rubr. de dicto offensi, & querelantis. num. 5. vers. limitando tamen. Paris. cons. 152. num. 41. vol. 4. Rolan. cons. 24. n. 25. seq. vol. 1. Ioan. Turnus inter cons. crim. diuers. cons. 81. nu. 26. seq. n. 2. Bertaz. cons. 3. num. 2. seq. & n. 33. & cons. 8 nu. 42. seq. Vbi latè, & pluribus hanc probat conclusionem. & cons. 167. nu. 8. & cons. 235. num. 2. lib. 1. Hieron. Magon. decis. lucen. 89. num. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1129. num. 1. & pluribus seqq. Vbi & iuribus & rationibus, & DD. authoritatibus hãc exornat conclusionem, eamq; communem,
10 ac etiam vsu receptam esse testatur: Ratio est, quia ex atroci offensione, & iniuria oritur pariter atrox, & grauis inimicitia. Bart. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. Farinac. tit. de in-
11 dit. & tortu. q. 46. num. 12. Et ideò nullum ad torturam facit inditium; cvm ad torturã requiratur testis omni exceptione maior. Farinac. q. 37. num. 58. & q. 56. num. 151. l. qui
12 vltimò. ff. de pœn. Et verum dicit Mascard. Si enim non creditur offenso existenti in articulo mortis, quo casu minus præsumitur mentiri, multo minus credendum est ei, qui alium inculpat de iniuria, & offensione sibi, vel bonis illata non existens in articulo mor-
13 tis. Quaquidem ex re omninò dicitur, quod d. iniuriati, seù offensi assertio facit leuem suspicionem ad inquirendum tantum, & non sufficit ad torturam, nisi alijs concurrentibus
14 adminiculis. Dec. cõs. 362. Bal. in tit. de pace Cõstantiæ. in verb. Vassalli. Nouell. in pract.
15 crim. car. 39. num. 14. Immo ob d. assertionẽ iniuriatus, aut offensus ad instrutionem tantum est examinandus, & non ad vllam probationem. d. l. nullus. ff. de test. d. l. omnibus. C. eo. Vulpell. cons. 99. num. 16. Ratio est, quia (vt dictum est) esset testis in causa propria, quod nullo modo esse potest. Et id procedit

cedit (vt pariter dictum est) etiamsi depo-
neret in articulo mortis.latè Gram. conf.70.
16 n.2.seq.Marf.§.diligenter.nu.123.in fin.Im-
mo etiam dato quod sententia lata esset ex
dicto offensi contra offendentem,quia inimi-
ci,non exequitur.Plot.conf.57.n. 10. & cōs.
72.diuerf.lib.2.Cartar.capto bannito. c. fin.
17 n.75.Id quod etiam habet locum, etiamsi d.
offensus confirmasset eius dictum in tortura.
l.1.Vbi latè Marf.ff.de quest.Alex.cōs. 174.
col.5.vol.7.Vulpell.conf.30.n.5.seqq. Ber-
taz.conf.8.nu.44.lib.1. quoniam inimicitia
18 non purgatur per torturam. Boss. tit. de in-
quisit.nu.2.Farinac.d.q.46.nu.100.nec non
etiam quod fecisset, vt tertia persona dedisset
19 accusationem,seu querelam suæ offensionis.
Bertaz.d.conf.8.n.43. Natt.d. conf.407.n.6.
20 Nanq; talis accusatio, seu querela nec etiam
sufficit ad capturam, etiam quod examina-
21 retur vt testis.Farinac.d.q.46.n.96.Et maxi-
mè quando plures haber inimicos,quia tunc
oritur præsumptio ad fauorem pāsi offenso-
ris, quod ipse non deliquerit. Anton. Ga-
leaz.conf.110.n.28.lib.1.Foller.in sua prax.
crim.in verb.Recepiantur defensiones Reo-
rum.n.2.in fin.Cason.de indit.tract.7.c. 1.n.
12.in fin. Immo non oritur inditium ad tor-
turam,& ad inquirendum, quādo est varius
circa tempus,quia periurus. Crauett.conf 6.
num.16. Dec.conf.189.col.6. vers.non ob-
stat.Boss.tit.de Inquisit.num. 46. in fin. cum
22 alijs adductis per Bertaz.conf.157.n.14. Et
temporis diuersitas arguit diuersitatē facti,
& delicti. Vt per plura iura ostendit Natt.
conf.135.n.2. Vltra quod offenso, quando
querelat multo minus creditur, si diù post
23 offensionem factam,& iniuriam illatam que
relam aut accusationē porrexerit; tuncenim
valdè calumniosa præsumitur; cum ex tar-
24 ditate dolus presumatur.Bal.conf.37. quidā
Tabellio.in fin.lib.1.Cason. de indit. & tor-
tu.tract.8.n.1.Rubr.de dicto offensi, & que-
relantis.nu.9. Boer. decif.42.num.20. Aym.
conf.75.Marf.in pract.§.diligenter.nu. 201.
Foller.in pract.crim.in verb.Item quod com
misit falsitatem.n.18.Igne.in l.si quis in gra-
ui.§.si quis moriens.nu.3.ff.ad sillan.Plot.de
in lit.iuran.§.si.nu.11.Corrad.in pract.tit. de
accus.nu.13.vers.Vt accusator morosus.fol.
30.col.2.Bar. Teguer. in suo tract.crim.par.
13.seq.lib.2.Vulpell.conf.49.nu.5.Cæphal.
cōs.187.n.13.lib.2.Mascard.de probat.lib.1.
conclus.531.n.59.Farinac.d.q.46.n.103.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati dictum ad torturam non sufficit.*
2 *Vulnerati dictum etiam in tortura emanatū contra vulnerantem ad torturam nullum facit inditium.*
3 *Testis de auditu à Vulnerato facit tantum inditium ad inquirendum,& carcerandū.*
4 *Vulnerati dictum habetur loco denunciationis, & querela.*
5 *Vulnerati dicto non creditur ad transmittendam Inquisitionem.*
6 *Vulnerati exculpatio facit, vt incusatus ex inditijs torqueri non possit.*
7 *Vulnerati exculpatio non excusat in mortiferè vulnerato, & inditia sunt plusquam sufficientia sed solū quando vix sufficiunt.*
8 *Vulneratus ad mortem non præsumitur dicere mendacium, nec immemor esse propriæ salutis.*

DISCEPTATIO XXXI.

De Vulnerato.

1 VVlnerati dictum non sufficit ad tortu-
ram contra vulnerantem. Vt post Ni-
co.Neapol.in l.si quis in graui.§.si quis mo-
riens. ff. ad sillan. Per Text. ibi Angel. in l.
maior.C.de calum.Scripsit. Alex.conf. 14.
num.3.Ias.lib.1.num.8. de eo, per quem fa-
ctum erit.Marf.conf.20.nu. 14. Gram. conf.
22.num.7.Blanc.l.fin.num.390.ff. de quæst.
Alciat.tract.de præf.reg.3. præf.44. Vulpell.
2 conf.72.num.1. Immo nec etiam in tortura
emanata. Vulpell.conf.30.nu.5.seq. Bertaz.
conf.8.num.44.lib.1.Brun.de indit.& tortu.
in 3.q. primæ par num.26. Sed tantùm ad
detinendum Boss.tit.de tortu.accusat. sub n.
3 4. Quod procedit etiam in dicto testis de
auditu à vulnerato; sed benè facit inditium
4 ad inquirendum,& carcerandum. Idē Brun.
Vbi supra: Ratio est,quia Vulnerati dictum
habetur loco denūciationis,& querelę.Clar.
in pract.q.21.vers.assertio.vulnerati, & super
5 eo non potest de iure procedi ad tranmitten-
dam Inquisitionem. Mascard. de probat.lib.
3.conclus.1129 num. 17. Menoch. de præ-
sumpt.q.88.nu.15.Farinac.q.1.nu.45.seqq.
6 Et maximè quādo ad est d. Vulnerati excul-
patio, quæ efficit, vt incusatus ex inditijs tor
queri minimè possit.Bal.& Ias.l.1.C.de legat.
7 Verum non excusat, cū inditia sunt adeò vr-
gentia, vt cōtraria præsūptione ex ipsius Vul
nerati attestatione oriēte, nō obstāte ad huc

sufficientia remaneat. Alcia. tract. de præsũpt. reg. 3. præsu. 4. num. 8. Procedit quoq; dictũ Bal. quando inditia vix sufficiunt, non autem quando sunt plusquam sufficientia, & non in mortiferè tantum vulnerato, qui cum vtrunq; pedem in sepulcro habeat, mendaciũ dicere, & propriæ salutis immemor non præsumitur. l. fin. cum vulg. C. ad l. Iul. repetund. Vulpell. cons. 125. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Defensio, seù inditiorũ copia Reo nõ potest denegari.*

2 *Defensio, & inditiorum copia etiam in atrocissimis delictis, & difficilis probationis Reo necessario est concedenda.*

3 *Defensiones si Iudices denegent Reis, malè faciunt.*

4 *Defensio Reo non est deneganda quamuis ad torturam præcesserint inditia.*

5 *Defensio Reo concedi debet non obstante confessione emanata per torturam.*

6 *Defensio Reo nõ potest denegari, quamuis de delicti corpore constet.*

7 *Defensionibus denegatis quicquid contra Reũ sequutũ est, et sequi potest cẽsetur reuocatũ*

8 *Inditiorum copia si Reo denegata fuerit, processus est ipso iure nullus.*

9 *Defensionibus denegatis à Iudice sub prætextu facultatum ipsi concessarum Reus torqueri non potest.*

10 *Inditiorum copia est danda Reo antequam subijciatur torturæ.*

11 *Defensio quod possit denegari Reo nulla est Constitutio.*

12 *Decretũ irritans operatur, quod quicquid fit contra pro infecto habeatur, & nullum ipso iure.*

13 *Defensione etiam in causa hæresis pluribus modis iustè potest se tueri Reus.*

14 *Defensiones legitimæ Inquisitis de hæresi nõ sunt deneganda.*

15 *Defensio iusta est de iure naturæ.*

16 *Defensio etiam non petita est Reo per Iudicẽ decernenda.*

17 *Defensio Rei etiam non petita per Iudicem inquirenda est.*

18 *Inditium non est edeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*

19 *Defensiones sunt dandæ; etiamsi Reus esset malæ famæ.*

20 *Defensio Reo quantumcunq; crimininoso non potest denegari.*

21 *Defensio regulariter Reis debet queri à Iudice non solum ante publicationem processus, sed post, & post conclusum in causa.*

22 *Defensio semper, & quandocunq; à Reo fieri potest.*

23 *Defensio de iure naturali nè dum competit hominibus sed etiam brutis animalibus.*

24 *Defensio est permissa omni iure, naturali, gẽtium, & ciuili.*

25 *Defensio naturalis nõ tollitur, nec tolli potest.*

26 *Defẽsionibus Reus nullo modo renũciare potest*

27 *Defensio nec etiam est deneganda Reo spontè confesso*

28 *Defensio non potest denegari à Iudice, quamuis habeat arbitrium ex forma Statuti.*

29 *Defensio nemini est deneganda ante impositionem pœnæ*

30 *Defensio, & probatio potest fieri vsq; ad sententiam*

31 *Defensiones et post sententiam fieri possunt.*

32 *Defẽsionibus datis Reus ad largã poni debet.*

DISCEPTATIO. XXXII.

De defensione Rei.

1 DEfensiones, & inditiorum copiæ nisi prius fuerint date, Inquisito nõ potest infligi Tortura. Grã. vot 30 n. 2 & 31. Vbi loquitur de crimine veneni, et parricidij; quoniã d. tortura de iure nõ infligitur inaudito Reo. Clem. pastoralis. de re iudic. c. 1. de caus. possessio. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. Simanc. de torment. tit. 52. n. 9 & idẽ. Simanc. in ad notat in Zanchinũ. c. 3. dixit. q quidam Iurisperitissimus non imperiè dixit, quod defensionis facultas nec etiam Diabolo esset deneganda. Et id procedit etiã in oc-
2 cultis, & difficilis probationis. Hieron. laurẽt decis. Auinionen. 15. n. 3. Et Iudices contrariũ
3 fauentes malè faciunt. Rolan. cons. 12. num. 61. seq. lib. 3. quia non debent esse seueriores lege. Id quod habet etiam locum in crimine læsæ maiestatis. Dixit Gigas de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læs. maiest. procedatur. q. 19. num. 30. Etiam in crimine Assasinij. Tradit. Carrer. tract. de indit. & tortu. §. quintum. nu. 16. Quamuis ad torturam
4 legitima præcesserint inditia. Hyppol. cons. 95. num. 7. & 10 Hieron. laurent. d decis. per totam, Vbi attestatur non obstante confessione emanata per Reum in tortura illata denegatis defensionibus fuisse absolutũ cõfessatis criminalibus, et quod de illorũ corpore constaret; & quod talis confessio adminiculata confessione duorum aliorum Socciorum criminis vrgeret. Vnde dicitur, confessionem

sionem prædictam cum omnibus inde secutis non valere.d.Clem.pastoralis. de sent. & re iudic. Ibi ipsosq; Iudices nihilominus quatenus processerunt de facto ; & quicquid ex
7 eis sequutum, vel in posterum sequi irritum reuocamus &c. Angel. in verb. quod fama
8 publica præcedente.num.37. Vbi ait, quod si inditiorum copia Reo denegata fuerit,
9 processus est ipso iure nullus. Nec sub prætextu facultatum alicui Iudici concessarum Reus torqueri potest denegatis defensionibus ; quoniam nulla Constitutio id dicit, & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Quinimò contrarium apparet per Constitutionem Pauli Tertij, quæ est in ordine Con-
10 stitutio.58.vers.Captum verò.Vbi habetur, quod antequã Reus captus subijciatur torturæ,debet dari inditiorum copia, & audiri in suis defensionibus. l.2. ff. de appellat.non recip.Et post d. Constitutionem nulla apparet facultas concessa alicui Iudici, nec Vrbis
11 Gubernatori, quod possint eius locumtenentes criminales torquere denegatis defensio-
12 nibus. Et Decretum irritans appositum in d.Constitutione Pauli Tertij operatur,quod quicquid fit contra,pro infecto habeatur, & dicitur nullum ipso iure. c. pen de preben. in sexto. Ratio est, quia defensione etiam in
13 crimine hæresis iuste se Reus tuetur,si pluribus, & melioribus testibus probare potuerit, se id eo loco, quod obijcitur,& eo tempore non dixisse, vel non eo modo,aut eisdem verbis, aut eiusmodi circumstantijs; sed alijs,quibus crimen ex toto diluatur;aut certè magna ex parte minuatur.Fœlyn.in c. tertio loco.de probat.Ruyn.cons.145.lib.5. Dec.cõs.94.& in l.1.C.de bono.possess.secũdæ Tabulæ.Rip.in l.in illa. ff. de verb. obligat.Simanc Enchirid.tit.47. De defens.n.6.
14 Immo defensiones legitimæ Inquisitis de hæresi sunt concedendæ,nec sunt pretermittendæ. Director. Inquisit.3. par.pag. mihi 583.
15 q.55. quoniam iusta defensio est de iure naturæ; & ideò nullo modo potest, & debet denegari.l. vt vim. Et ibi communiter DD. ff.de iust & iur.l.quoties.C.de præcib.Imperat.offerendis.d.Clem.pastoralis §.Cæterum defectus. De sent. & re iudic. Imol.in Clem. sæpè.de verb.signif.super Glos.in verb. Defensiones.& Bernard. Comes.in lucer. verb. Defensio.§.2.Director.Inquisit.3. par. pag.
16 mihi 447.comm. 28. col. 1. Quinimò Defensio etiam non petita, seù allegata per Iudicem non solum decernenda, sed etiam in-
17 quirenda est.l.si non defendantur.ff. de pœn. Ratio est, quia nullum inditium est adeò indubitatum,quin aduersus illud possit proba-
18 ri contrarium.Boer decis.165.num.1. quarè defensiones sunt dandæ,etiamsi Reus sit ma-
19 læ famæ.Boss.tit.de indit.n.75.vers.nec ẽt & vers.sic ẽt.Vbi reddit rationẽ; quoniã posset quis probare contrarium. Rolan. cons.17.n. 55. Vnde quantumcunq; criminoso non est
20 deneganda defensio. Hieron. laurent. decis. Auinionem.15.num.5. vers. Etiamsi agere-
21 tur contra homines malæ famæ. Immo Defensio regulariter quæri Reis à Iudice;& suppleri potest in facto non solum ante publicationem processus;sed etiam post,& post con clusum in causa. Boss.tit.de confess.num.12.
22 Immo semper, & quandocunq; fieri potest.
23 Quinimò de iure naturali ne dum competit hominibus,sed etiam brutis animalibus. Vt habetur in l.1.§. cum arietes. ff. si quadrup. paup.fecisse dicatur.Bart.in l.Defensionis facultas.C.de iur.fisci.lib.10. Oldrad.cons.43. vers.quæritur vtrum citatio. Aym.cons.177. in facto proponitur.Plac.c.28. nu. 20. Dec. d.l.vt vim.num.17.d.Clem. pastoralis. vers. Cæterum. de sent.& re iudic. latè Natt. cons.
24 348.n 4.Vbi quod instrumentum debet ostẽ
25 ni parti intimatæ cum dimissione copiæ. Itẽ defensio est permissa omnĩ iure,naturali,gẽtium,& ciuili.d.l.vt vim de iust.& iur.Et defensio naturalis non tollitur,nec tolli potest. Boss.tit.de indit.& considerat. ante tortu.n.
26 78. Et illud optimè ab omnibus est sciẽdũ; quod Reus defensionibus renunciare nullo modo potest.Glos. singul. in l. pactum inter heredem.ff.de pact.Itaq; Defensio nec ẽt est
27 denẽganda spontè cõfesso.l.1.§ si quis vltrò ff.de quæst. Vbi Text. disponit,non esse fidẽ adhibendam ẽt Confessioni vltrò factæ, seù spontè aut coactè emanatæ. Et plus dicitur, quod etiam spontè confesso non est denegãda Defensio ad probandum de iure suo, & innocẽtia sua Alex.in l.1.§.si quis vltro. ff.de
28 quæst.Quinimò plus dicitur,quod quamuis Iudex haberet arbitrium ex forma statuti, in talibus non potest denegari defensio; & idẽ voluit Gãdin.in suo tr. cr.malef.in verb. Itẽ quæro,nunquid Potestas,qui habet arbitriũ. Idem voluit Alex.cons.66. in 1. & 2.col in 1.vol.Incip.si pcedẽtibus inditijs. Vbi tamẽ limitat multũ singulariter,nisi Reus simpliciter peteret copiam inditiorum cum termino ad probandum, & non diceret qualem defensionem haberet;sed solũ diceret, indi-

tia illa non esse vera, sed falsa: nam secundum eum ad hoc vt concedatur Defensio, & differatur Tortura; opus est quod allegetur talis defensio, qua probata, tortura cessaret. Sed in casu proposito, si testes deposuissent, & affirmassent inditia non esse vera, sed falsa non releuarent, tanquam deponentes super mera Negatiua, ergo &c. Idem videtur fuisse de mente Pauli, Eliaza in c. graues. in verb. Quid sit torquendus querit in vult. col. Secundò limitat Alex. in cons. alleg. alio modo multum singulariter, quando Potestas denegaret defensionem cum consilio Iudicis maleficiorum, non potest, & non tenetur in Scindicatu per doctrinam Bal. in Rubr. C. de pœna Iudic. in verb. quero nunquid Potestas &c. Salyc. in l. fin. eo. tit. quod est notandum ab illo, qui vadit per officia, & si non intelligit, semper faciat de consilio Iudicum qui tamen sunt Doctores habentes instrumentū suæ approbationis in studijs generalibus, vel quod talis Iudex sit ipsi datus per superiorē; nam erit excusatus faciendo cum tali consilio secundum Salyc. in d. l. fin. & Alex. in d. cons. 66. in 2. col. quod consilium secundum Brun. est repertum in 2. vol. de verbo ad ver-
29 bum. Alex. in ordine ibi quarti incip. Vt supra dixi. Cæterum defensionis facultas nemini est deneganda ante impositionem pœnæ. Alle. l. vnius. §. fin. in verb. quocunq; tempore postulante ergo. de quæst. & l. facultas. C. de iur. fisci. l. x. & in l. fin. in verb. data copia. C. de bon. vac. Deniq; dicitur, quod defensio, & probatio possunt fieri vsq; ad sentētiā. l. si quis iureiur. C. de re. ci. edil. inditia. C. de proba. Anchar. cōs. 22. in 3. col. in-
30 cip. Verū cōfessio cōtra iniustū &c. Vbi dicit, se de facto obtinuisse, ꝙ quis potest reuocare cōfessionē suā, licet secundū eum Iudices se in hoc difficiles, & rigorosos exhibeāt credētes vilescere in cōspectu hominū per absolutionē. contra l. absentem. ff. de pœn. Immò
31 defensiones pro Reo sēper, & quandocunq; fieri possunt etiam post sententiam. per ea, quæ not. Bal. in l. à præcedente. C. de delat. c. cum dilecti. Vbi Butr. & Abb. de accusa. Vnde dicit spec. tit. de confess. §. fin. vers. Cæterum. quod si fui confessus me occidisse hominem, nunc probo eum viuere admittitur ad reuocandam illam confessionem. l. Inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. & ibi in Addit. dicit. Ioan. Andr. quod si quis vulnerauit aliquem, quem fortè credidit occidisse, & captus sic confessus est; etiam amici debent admitti ad probandum eum viuere Aret. c. cū dilecti. in vlt. verbis de accus. Bos. in tit. de confess. nu. 6. & in tit. de defens. Reorum. n. 4. Et multa, quæ contra confessionem deduci possunt, ponit Clar. in §. fin. q. 55. Consil.
32 March. Glos. G. n. 1. fol. 196. Quibus omnibus additur, & Iudex menti tenere debet, quod defensionibus datis Reus ad largam poni potest, & debet, aliter eius confessio corruit. c. pastoralis. in fin. de sent. & re iudic. Marl. cons. 95. n. 7. & 10. Vbi ait, id procedere, etiamsi inditia legitima precesserint. Hieron. laurent. decis. Auinionem. 15. per totam. Vbi non obstante confessione emanata per Reum in tortura non datis defensionibus testatur illum fuisse absolutum.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus à testificando repellitur.*
2 *Inimico non creditur ēt in mortis articulo.*
3 *Inimico non creditur, quamuis cum tortura deposuerit.*
4 *Inimicus nec in casibus priuilegiatis, occultis & difficilis probationis admittitur.*
5 *Inimicitia causa non creditur illi qui se dicit inimicum.*
6 *Odioso, & maleuolo non creditur.*
7 *Odium priuatum est familiare, & carnale.*

DISCEPTATIO XXXIII.

De Inimico.

1 INimici dictum, seù depositio contra Inquisitum non sufficit ad torturam; quia Inimicus à testificando repellitur, nec vllum quoq; ad inquirendum parit inditium. l. 1. §. præterea. Vbi Glos. Bart. & alij. ff. de quæst.
2 Immò nec ei creditur in mortis articulo. Bal. in tit. de pace Constan. in verb. Vassalli vestri in fin. sic in terminis argumentatur Alex. cōs. 14. n. 3. vol. 3. Natt. cons. 354. n. 1. seq. vol. 2. Gram. cons. 70. lib. 3. Rolan. cons. 37. n. 10. seq. lib. 3. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de tortu. reorū. n. 16. Franc. Becc.
3 cōs. 85. n. 4. seq. Vbi benè ad fin. vers. Itē quia reputatur inimicus capitalis. Farinac. q. 46.
4 n. 12. Nec etiam quamuis in tortura deposuerit; quia Inimicitia non purgatur per torturā Bos. tit. de Inquisit. n. 2. Farina. in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 46. n. 100. Prout nec in casibus priuilegiatis, vt in delictis occultis. & difficilis ꝓbationis, vel vbi aliàs veritas haberi nō potest. Vt per Text. in l. consensu. C. de repud. in l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milit. Anton. Gomez. c. 12. de probat. delictorum.

num.12.vers.Item adde.Farinac.q,53.num.
5 3.& seq. Quinimo nec illi pariter creditur, qui se dicit inimicum alicui. Boss. tit. de op-
6 posit.contra test.num.64. Sed nec illi, qui se dicit odiosum, & maleuolum; quia v.g. non recepit eum in socium in molendino. §. si quis vltro dicat odiosum. Auth. de test. Natt.cons.412.num.24.Osasc.cons. 66. nu. 12.& 26.Mascard.de probat. lib.3. conclus. 1127.nu.6.seq.Gig.de crim. læs. maiest. lib. 2.Rubr. Quomodo, & per quos. crim. læs. maiast.prob.q.2.num.30.§ si quis verò dicat
7 odiosum. in Auth.de Test. Nec facit, si dicatur, quod odium est priuatum. c. quoties. vers.priuato odio. de test. nanq; odium priuatum dicitur familiare, & carnale Abb. d. c.quoties. D. Campegg. de test.reg.23.in 9. Fallent.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia sola capitalis nō sufficit ad torturā*
2 *Inimicitia noua præsumptio quando vrget contra aliquem non sufficit ad formādam, Inquisitionem.*
3 *Inimicitia est inditium remotum à maleficio, & ex ea non oritur inditium ad torturam, nisi sit adminiculatum.*
4 *Inimicus quamuis in tortura deponat contra aliquem, nec ad torturam, nec ad inquirendum facit inditium.*
5 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
6 *Inimicus omninò à testimonio repellitur.*
7 *Inimicus repellitur ēt in casibus priuilegiatis*
8 *Inimicus repellitur in criminibus exceptis.*
9 *Inimicus repellitur.quamuis inimicitia processerit à causa minus probabili.*
10 *Inimicitia vt contrahatur, non attenditur an iustè, vel iniustè processerit causa.*
11 *Inimicitia oritur non solum ex facto inhonesto, sed etiam honesto.*
12 *Inimicus non solum verus, & suspectus; sed etiam præsumptus à testimonio repellitur.*
13 *Inimicus præsumptus, & ignotus etiam in quibuscumq; exceptis repellitur,*
14 *Inimicus occultus à testificando repellitur.*
15 *Inimicus reconciliatus, non antiquitus, sed de recenti à testificando repellitur.*
16 *Inimicus etiam antiquitus reconciliatus; etiam quod non fuerit noua inimicitia, à testimonio reijcitur.*
17 *Inimicus capitalis ēt in notorijs est repellēdus*
18 *Inimicitiæ capitalis, & non capitalis plura capita.*

DISCEPTATIO. XXXIV.

De Inimicitia.

1 OB inimicitiam capitalem, nisi alia concurrant adminicula, Inquisito nō potest infligi tortura.Clar.q.21.vers. inimicitia
2 vrgens.Boss.tit.de indit.num.47.in fin. Vbi quod Inquisitio formari non debet contra eum, contra quem vrget noua inimicitiæ præsumptio.Imol.in l.fin.ff. de hered. instit. Gram.vot.30.nu.20. Vbi quod DD. communiter tenent.Angel. tract. malef. in verb. fama publica. Vbi quod ista opinio tanq̃ communis, & æquior seruari debet in pra-
3 ctica.Mars.cons.72.num.11.seq. Vbi quod inimicitia est inditium remotum à maleficio, & ex ea non oritur inditium ad torturam, nisi sit adminiculatum: Alioquin posset tertius committere v.g.homicidium, postmodū Curia capturare inimicum, & ex confessione ob tormenta extorta condemnare ipsum innocentem, contra Text. in l. sancimus. C.de pœn.Hyppol. §.diligenter.num. 70. Carrer. in pract.in 2.tract. de indit.§. quartum inditium.nu.4. Vbi de communi. & secundum
4 Boss.vbi supra ità practicatur. Quod procedit, quamuis inimicus deponat in tortura contra alium suum inimicum; quia etiam tunc nec ad torturam, nec ad inquirendum
5 facit inditium; quoniam inimicitia non purgatur per torturam. Boss. tit. de Inquisitio. num.2.& Farinac.in prax.crim.tit. de indit.
6 & tortu.q.46.num.100. Et illud præcipuè est sciendum, quod inimicus à testimonio semper est repellendus. Vt probant plura iura tam ciuilia, quam canonica. Vt in l.3. Vbi vel an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert, & ibi Glos. Odofred. Bal. Salyc. Fulgos. Iacobin. de Sancto Georgeo, & communiter DD. omnes. ff. de test. l. 1. §. præterea. ff. de quæst. §. si verò quis dicat. in Auth. de test.collat. 7. Auth. si testis productus. C.de test. l. si quis testibus. C. eo. c. repellantur. extra de accusat. c. cum P. Manconella. meminimus. & c. cum oporteat. lib. 2. Mars. per illum Text. in l. 1 §. preterea. in princ.ff. de quæst. Gram. cons. 38. nu. 11. seq. & cons. 54. num. 17. per totum. Bertaz. cons. 8. num. 44. Farinac. q.53. num. 10. Item inimicus repellitur etiam in casibus priuilegiatis verbi gratia in delictis, & factis occultis, & difficilis probationis,

vel vbi alias veritas haberi non potest. Vt per Text. in l. consensu. C. de repud. in l. nō omnes. § a barbaris. ff. de re milit. Anton. Gomez. c. 12. de probat. delict. num. 21. vers. Item adde. Aufrer. in tract. de reprobat. test. nu. 56. vers. Item verum est. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de reprobat. delict. num. 21. in fin vers. aduertendum tamen. Bertaz. cons. 528. num. 6. lib. 2. & est communis opinio. Farinac. q. 53. nu.
8 3. 5. & 7. Item repellitur in criminibus exceptis vt v. g. in crimine læsæ maistatis: Vt per Text. in c. per tuas. vbi Ioan. de Anan. & communiter alij ext. de Simon. spec. in tit. de accusa. §. 1. in fin. Bart. in l. in questionibus. ff. eo Gram. cons. 46. nu. 8. Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. Item quero. Mars. cons. 65. nu. 20. Rolan. cons. 24. nu. 30. lib. 1. & cons. 95. num. 28. lib. 1. Alciat. lib. 1. de verb. signi-
9 ficat. fol. 12. Vulpel. cons. 12. num. 11. Item repellitur, etiam quod inimicitia processerit, & ortum habuerit à causa minus probabili, quoniam ad contrahendam inimicitiam nō attenditur, an iustè, vel iniustè processerint
10 causæ; sed an ex eis quis se ad odium commouerit, c. non est crudelis. 23. q. 5. Et ini-
11 micitia oritur non solum ex facto inhonesto, sed etiam honesto, l. 1. cum ibi not. ff. de his, quib. vt indig. Glos. in l. sororem. C. eo Fa-
12 rinac. d. q. 53. num. 20. Item inimicus non solum verus, & suspectus; sed etiam præsumptus à testimonio repellitur. Alb. de Malet. Bal. & Innoc. in locis per eos relatis tract. de test. par. 1. c. 2. num. 7. vers. subdit tamen Bart. in l. 3. sub littera D. incip. item aduerte. ff. de test. Alex. cons. 99. n. 3. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 899. nu. 3. Farinac. in prax. crim. tit. de opposit. d. q. 53. num. 24. Glos. notab. in c. Adrianus. 63. distin. Crott.
13 tract. de test. num. 99. in fin. Et verum est, quod inimicus præsumptus, & ignotus in quibuscunq; exceptis repellitur; dumodo adsit causa inimicitiæ. Gram. cons. 17. & 45. num. 17. cons. 3. num. 15. Alex. cons. 126. in
14 fin. lib. 4. Item inimicus occultus à testimonio repellitur. Fœlyn. c. quoties. num. 3. de test. & fol. 101. col. 1. Farinac. d. q. 53. nu. 26.
15 Item inimicus reconciliatus non antiquitus, sed de recenti, & quod post reconciliationē orta sit noua causa inimicitiæ, & quod non probetur reconciliatio, quia necesse est vt probetur à testificando repellitur. Farinac. d.
16 q. 53. num. 60. seq: Ceterum in omni casu etiam quod antiquitus fuerit reconciliatus, etiam quod non fuerit noua inimicitia, vel quod non probetur reconciliatio, non potest dici omni exceptipne maior. Farinac. d. q. 53. nu. 63. Deniq; inimicus capitalis etiam in notorijs est repellendus. Eymeric. in l. testium. ff. de test. & Rom. cons. 323. Et si ple-
17 nè in casu cognitum fuerit de inimicitia capitali omnium, vel aliquorum, qui consilio plurium reputantur inimici capitales, repelli debent. Director. Inquisit. par. 3. schol. 73. lib. 3. Rom. cons. 324. incip. in proposita cōsultatione. in fin. in 4. Per Text. singularem. in c. nonnulli Episcoporum. in fin. 3. q. 5. Vbi idem tenet. Vgo Card. Hieron. ad Angel. in verb. Et ad querelam. num. 37.

Inimicitiæ quæ sint capitales, quæ non, vt melius cognoscãtur, ad faciliorem Reorum defensam infrascripta ipsarum capita à pluribus prestantissimis DD. percepta ponuntur. Cap. I.

1 Inimicitia capitalis oritur, quando quis v. g. occidit meum consanguineum. Ità Bart. in l. 4. §. fin. de adimen. legat. Hyppol. & Mars. in l. §. præterea. ff. de. quæst. Per Text. in l. lex Cornelia. ff. de iureiur. addit. Soc. in c. repellantur. de accusat. num. 14. non solum esse effectum mihi inimicum capitalem; qui consanguineum meum interfecit; sed etiamsi tantum dedit operam, vt interficeretur.

2 Inimicitia capitalis oritur, quoties quis conatus est occidere eum, contra quem vult testificari. Eymeric. 3. par. num. 118.

3 Inimicitia capitalis oritur ex solis minis de occidendo. Glos. in l. licet. ff. de recept. arbitr. verb. capitalis. Alex. con. 14. num. 3. lib. 3 Riminal. Iun. cons. 211. nu. 22. Gram cons. 57. nu. 8. Abb. in c. repellantur num. 4. de accusatio. Mars. cons. 2. num. 12. Rolan. cons. 24. n. 28. Vbi quod tales testes repelluntur. Idem tenet Ias. in l. procurator. in fin. C. de procurat. Vbi Ioan. Anan. num. 7. optimè dicit hoc totum procedere secundum Bal. in l. metum. C. de eo, quod met. caus. quando is, qui minatur, est potens ad id faciendum, quod minatur. aut est solitus minas suas executioni mandare. Vt in l. 1. C. vnde vi. & l. vt vim. ff. de iust. & iur. quod refert, & sequitur Mars. in d. l. 1. §. præterea ff. de quæst.

4 Inimicitia capitalis oritur ex insidijs paratis vitæ eius, contra quem is, qui parauit, vult testificari. Glos. in §. inimicitiæ. verb. si capitales. Instit. de accusat. tuto. Eymeric. 3. par. nu. 118.

118.vers.repellit igitur, ibi seù ea, quæ sunt ad mortem inductiua, atq; via, tales enim sunt insidiæ.

5 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod quis accusauit aliquem de causa capitali, Vt v.g. de homicidio, crimine læsę maiestatis, rapina, crimine nefando veneris præposteræ, adulterio, seù quolibet alio delicto, ex quo nascitur infamia, quod si fuisset probatum, imposita fuisset pœna mortis, abscissionis membri, aut publicationis omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, & exilij. Bart. in l. 4 §. fin. ff. de adimen. legat. Glos. in l. 3. verb. capitales. ff. de recept. arbitr. Glos. mulier, & aptior. in §. inimicitiæ. verb. si capitales. Instit. de accusat. tuto. Abb. in c. accedens. & lit. non constet. & in c. repellantur. nu. 4. de accusat. Zabar. in c. cum opporteat. nu. 12. de accusat. Ratio est, quia accusans aliquem de crimine capitali efficitur inimicus capitalis accusati. Glos. in l. licet autem. in verb. capitalis. ff. de recept. arbitr. Bart. in l. non solum. num. 3. & in l. filio. §. feia. n. 1. ff. de adimen. legat. Gram. decis. 33. num. 5. l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus indign. Angel. in tract. malef. in verb. & ad querelam. n. 71. & Augustin. ibidem.

6 Inimicitia capitalis oritur, quoties, licet non accusauerit aliquem de crimine capitali, tamen sponte deposuit in causa criminali contra eum. Abb. Ioan. Anan. Soc. & alij in c. cũ P. Manconella. de accusatio. faciunt tradita per Glos. Bart. & DD. in l. 3. de test. & per spec. tit. de test. §. 1. in princ. Adde omninò. Gram. cons. 46. num. 4. seq. Et maximè quãdo ex dicto ipsius testis quis capturatur. d. c. cum P. & Blanc. de indit. nu. 155.

7 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod aliquis eum, qui modo cõtra se testificatur, detinuit in vinculis. Fœlyn. in c. repellantur. de accusatio. num. 5 vers. Adde, quod si tenuit te. Gram. cõs. 46. incip. in causa magni Tristani. num. 1. seq quæ tunc magis crescit, quando carceratus torturæ est suppositus. Et hæc inimicitia semper durare præsumitur, nisi contrarium probetur. Bal. in l. non ignorabit. ad exhiben.

8 Inimicitia capitalis oritur inter Inquisitum, & Instigatorem, quãdo Instigator procurat criminaliter contra Inquisitum, vel vadit cum berroarijs ad effectum, vt capturetur; quia efficitur Inquisiti inimicus capitalis. l. 3. vers. an ei inimicus sit. ff. de test. Aufrer. de reprobat. test. num. 89. Gabriel tit. de test. conclus. 12. num. 4. vers. contrarium. Mandos. ad Roman. cons. 420. littera A. vers. sed contrariũ tenet. Mascard. de probat. lib. 3. cõclus. 1317. num. 11. seq. Et is, qui iuuat inimicum meũ, dicitur inimicus meus. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 898. num. 28. Quod procedit etiam in delictis, & factis occultis, & difficilis probationis, vel vbi aliter veritas haberi non potest. Bertaz. cons. 528. num. 6. lib 2.

9 Inimicitia capitalis oritur ex sola iniuriarum prolatione. Bal. in c. veniens. circa fin. de iureiur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus. C. de procurat. Mars. in l. 1. §. præterea. ff. de quest. Vbi itaq; quandoq; fuisse iudicatum testatur. Idem Mars. cons. 2. & 3. Gram. vot. 6. num. 4. seq. Rolan. cons. 24. num. 38. lib. 1. Exempla talia esse possunt, appellare virum coniungatum cornutum; siue eius vxorem meretricem; Virum honestum, ebrium; Monachum, apostatam à sua religione; præsbiterum simoniacum; Aduocatum, impostorẽ; procuratorem, cauillatorem; Iudicẽ, acceptatorem personarum; Tabellionem, Falsarium; mercatorem, monetarium, seù pecunias tondentem; & his similia. Et vt vno verbo dicam verbum iniuriosum dicitur; cum siue in genere, siue in specie delictum aliquod commissum, licet commissum non sit, alicui improperatur. Vt not. Bart. Bal. & communiter DD. in l. 3 ff. de lib. & posthum. Faber. Aret. Ioan. de Platea, & alij in §. 2. Instit. de iniurijs.

10 Inimicitia capitalis oritur, quando dicitur alicui, mentiris. Tradit Bart. in l. quis extraneus. ff. de acquir. hæredit. Idem dicẽdũ est, quãdo alicui dicitur, tu es spurius, quamuis re vera spurius non sit. Gram. decis. 37. quæ tamen si quis effuggere velit, postquã probata sũt, obseruet cautelam 39. quam tradit Thom. Ferrarius.

11 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod quis alterius vxorem tenet inuito marito reclamante, & repugnante. Anton. de Butr. Bal. & alij in c. accedens. el. secundò vt lit. non constet. quos sequitur Mars. in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. num. 23. & idem est intelligendum de eo, qui terram alicuius tenet, quod intellige etiã per vim; Vt Villas, agros, prata, domos, & similia, ex quarum fructibus commodum suscipiat.

12 Inimicitia capitalis oritur, qundo Iudex in aliqua causa fuit allegatus suspectus ob eius denegatam iustitiam, ac etiam alijs de causis, & ideò nõ potest amplius d. causam cognoscere; quia appellans à sententia Iudicis, seù à dene-

à denegata iustitia apertè demonstrat, se grauatum à d. Iudice; & è contra d. Iudici fit iniuria, cum eius imperitia arguatur: Et ex hac causa d. Iudex potest vti inimicus allegari suspectus. Vt per Imol. & Dec. in c. Ad hæc de appellat. Et benè declarat Decian. in suis tract. criminalibus par. prima lib. 3. c. 25. nu. 61. vers. Quod si Reus condemnatus appellauerit. Et quando d. Iudex fuit appellatus suspectus, apertè fuit etiam appellatus & inimicus per d. iniuriam ipsi factam. Abb. in d. c. accedens. vt lit. non constet. Et d. suspicio est adeò fauorabilis pro appellante, seù allegante, quod non cessat, etiamsi Iudex esset notoriè vir timoratus, & honestæ vitæ; quia vbi agitur de præiudicio tertij, cessat illa præsumptio, quod quis præsumitur bonus. Vt post Abb. quem allegat, tradit Natt. cons. 174. num. 9.

13 Inimicitia capitalis oritur ex eo, quod quis inuitis parētibus, reclamātibus, atq; repugnantibus tenet sorores, & alias fœminas ipsis cōiunctas, quorum honor, vel infamia illos plurimū potest afficere, quarum pudicitia si attentata solum fuerit, ipsis infertur iniuria. Per Text. in §. 2. Instit. de Iniur. Concordat Text. in l. Item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. quoniam ex his factis inhonestis, & impudicis infamia generatur, & iniuria infertur; & inde inimicitia inter viros honestos, & probos nascitur. l. 1. cum ibi not. ff. quib. vt indign. Glos. in l. sororem. C. eo. tit. Ioan. Anan. in c. cum oporteat. num. 6. ext. de accusatio.

14 Inimicitia capitalis oritur, si quis alteri mouet questionem status, asserens videlicet eum esse libertum, non ingenuum natum, aut esse seruum. Iuxta Text. in §. item is. Instit. de accusa. tuto. Glos. ibidem. verb. Pupillorum. Item Accursius in §. inimicitiæ. verb. si capitales. Instit. de accusat. tuto. Argum. Text. in c. frequens. de institutio. spoliat. Glos. in Auth. de test. §. si quis verò. verb. questionis. Bal. in l. Athletæ §. dat remissionem. ff. de acusa. tuto

15 Inimicitia capitalis oritur per offensionem corporis non solum propriæ personæ sed etiam alterius. Bart. & alij l. 1. §. preterea. ff. de quest.

16 Inimicitia capitalis oritur, quando quæstio est de magna quantitate pecuniarū, seù quādo quis boña temporalia eripere conatur. Vt voluit Bart. in l. 3. ff. de test. ad quod facit Bal. in l. parentes. C. de test. Vbi causam ciuilem magnam æquiparant causæ criminali, quos sequitur Mars. in l. 1. §. præterea, nu. 23. ff. de quæst. Sed d. Inimicitia capitalis non potest dici orta, quando agitur solum de bonis modici valoris. Mascard. de probat. conclus. 898. num. 26. Vbi post multos cōcordantes ait isto casu non oriri inimicitiam capitalem. Quod idem affirmat Vulpell. cons. 5. num. 3. Cæterum quoniam vulgò bona appellant secundum hominis sanguinem. Vulpell. cōs. 1. num. 24. Immo bona temporalia vita hominis dicuntur. Vt not. in l. Aduocati. C. de Aduocat. diuers. Iud. & ideò qui ea eripere conantur alicui, siue super ipsis quæstionem mouent, inimici capitales euadunt.

17 Inimicitia capitalis oritur, quādo per aliquem causatur spoliatio, vel perditio vnius magnę rei tantum. c. Item cum quis. de restit. spoliat. facit c. accedens. el secundo vt lit. non cōstet. tenet nominatim Ioan. Anan. in c. cum oporteat. num. 6. de accusat.

18 Inimicitia capitalis oritur, cum quis alium offendit in persona, vel in rebus. De rebus proximè dictum est. De persona asserit Bal. in l. in his. ff. solut. matrim. quem sequitur Mars. in l. 1. § preterea. ff. de quest. Quod docuit etiam elegāter oppositis exemplis Eymeric. 3. par. num. 118. Ibi vel vulnera grauia, vel læthalia; quæ tunc in primis procedunt, cum inhonesto modo aliquis corporalem pertulit iniuriam; vt si cui pugnus, seù alapha sit inflicta, aut fustibus sit pulsatus, seù canna. Quod genus iniuriæ magnā hominum opinione affert infamiam, & dedecus Per Text. singularem in §. 2. Instit. de iniur. & docet copiosè Anton. Gomez. tom. 3. varia. resolut. c. 6. num. 1. seq.

19 Inimicitia capitalis oritur, quando quis alterū in facie vulnerauit, præsertim si turpis in vultu remaneat cicatrix. Alex. cons. 99. quem sequitur Mars. in l. 1. § pręterea. ff. de quæst.

20 Inimicitia capitalis contrahitur ex accusatione criminali. c. meminimus. de accusat. iuncto c. de his. eo. tit. & contrahitur inimicitia capitalis tam respectu eius, cui mouetur lis criminalis, quam respectu mouentis. Mars. in l. 1. num. 56. ff. de quæst. Gram. cons. 46. num. 4. Et accusatio, quando ortum habuit ab inimico, non est attēdenda. c. qualiter, & quando. de accusat. Foller. in terminis, in verb. Dentur capitula. num. 36. Eugen. cons. 27. num. 44. Vbi de cōmuni alioquin plus crederetur copiæ, quam originali; quod non est dicendum. Crauett. cons. 6. num. 67. Abb. in c. de his. de accusat. Vbi adducit concordantes. Ideò accusator omninò à testimonio repellitur.

pellitur. l. 3. in princ. ff. de test. cum alijs adductis per Crott. tract. de test. num. 97. Blanc. de indit. num. 115. Inimicus verò nec cum tortura admittitur. Aret. communem dicens in c. cum oporteat num. 19. de accusat. Clar. q. 24. vers. Item quæro.

21 Inimicitia capitalis est inter descendentes ab inimico capitali, quoniam ipsi etiam præsumuntur inimici; & ideò à testimonio repelluntur. l. Athletæ. §. dat remissionem. ff. de accusat. tuto. Vbi id notant Bal. & communiter DD. quos seqqitur Anton. Gomez. loco proximè citato. Eadem pariter ratione Collaterales vsq; ad quartum gradum reputantur inimici. Argumento Text. in l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur. & ità tenet Bal. in §. præterea num 103. ff. de quæst. Huc spectant quæ docet Fœlyn. in c. repellantur. de accusatio. num. 4. vers. Item Adde dum ait, Si ego contraxi inimicitiam cum vno de vna familia, præsumitur, quod omnes de familia sua sint mihi inimici vsq; ad quartum gradũ inclusiuè. Et voluit Bal. in l. si Vassallus. el primo in tit. si de fœud. tue. contro. Hæc Fœlyn. tenet quoq; Angel. cons. 248. Alex. cõs. 24. lib. 2. Gram. cons. 13.

22 Inimicitia capitalis oritur inter expulsum, & expulsorem de Domo, quando fuit per vim, & cum armis. Argum. l. Lutius Titius, & ibi not. Bal. de legat. secundo Mars. l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Decian. in suis tractat. criminalibus lib. 3. c. 25. num. 41. Blanc. de indit. num. 100. post alios, quos allegat. Secus verò est, quando quis est expulsus via iuris. scripserunt Hyppol. d. §. præterea. num. 56. Mascard. de probat. conclus. 898. num. 38.

23 Inimicitiæ capitales etiam indistinctè à testimonio testes repellunt. Vt dicit Glos. in verb. Capitales. c. per tuas. de Simon. & facit l. 3. de quæst. & d. Glos. in verb. inimicos. c. cum oporteat. de accusat. c. cum dilectus. de accusat.

24 Inimicitia capitalis repellit testẽ à testimonio, à quocunq; processerit, siue à testibus, siue à partibus. Abb. & alij in c. cum dilectus. de appellat. Per Text. in c. quia diuersitatem. de excess. Prælat. Glos. in l. Athletæ. §. dat remissionem. in verb. facta. ff. de accusat. tuto. latè Mars. l. 1. §. cum quis latrones. ff. de quæst. quia satis est, quod adsit inimicitia. scripsit. Mars. l. 1. §. cum quis latrones. num. 11. ff. de quæst. Innoc. in c. cũ I. & A. in fin. de re iudic.

25 Inimicitia capitalis omninò repellit quem à testimonio etiam in quibuscunq; exceptis, quamuis sit causata ex causa minus probabili, & iniusta. Alex. cons. 99. num. 3. lib. 1. Gram. cons. 12. Rolan. cons. 24. nu. 46. lib. 1.

26 Inimicitia capitalis oritur inter me, & illum, qui iuuat inimicum meum, quia is, qui iuuat inimicum meũ, dicitur inimicus meus. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 898. num. 28. Quod procedit etiam in delictis & factis occultis, & difficilis probationis, & vbi aliter veritas haberi non potest. Bertaz. cons. 528. num. 6. lib. 2.

27 Inimicitia capitalis contrahitur, quando quis altercatus fuit cum aliquo, & ideò à testificando repellitur, quia effectus est eius inimicus. c. cum P. Manconella. de accusat. Hyppol. l. 1. §. præterea. ff. de quæst.

28 Inimicitia capitalis habet etiam locum, si contracta esset culpa eius, contra quẽ deponitur. Vt communiter DD. in c. repellantur. de accusatio. Glos. singul. in l. Athletæ. §. dat remissionem. ff. de accusat. tuto. quam sequitur Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 12. num. 14. Gram. vot. 24. num. 1.

29 Inimicitiæ capitales, conspirationes, & subornationes, & aliæ generis huiusmodi etiam in causa hæresis omninò testium fidem refellunt. c. per tuas. 1. de Simon. c. repellantur. c. cum oporteat. c. cum dilectus. de accusat. c. conspirationes. 3. q. 4. Simanc. Enchirid. tit. 35. num. 23. de test.

30 Inimicitia capitalis oritur ex testimonio prolato in aliquem in aliquo iudicio. c. cum P. Manconella. de accusat. Vbi not. omnes. Idq; eo magis, quando ex dicto testis quis grauatur. Blanc. de indit. num. 155.

31 Inimicitia capitalis causatur, quando aliquis capturã alicuius facit, effectuat, vel procurat, & ideò non dicitur omni exceptione maior, & similia faciens à testimonio repellitur. l. testium. in princ. ff. de test. l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 24. vers. Item quæro. Vbi de communi. Immo

32 Inimicitia capitalis habet locum, etiamsi esset causata culpa illius, cõtra quem producitur. Mars. dicit hanc opinionem veriorem in l. 1. §. cum quis latrones. num. 27. ff. de quæst. Rolan. cons. 24. num. 46. Mascard. de probat. conclus. 857. num. 2. Quæ conclusio etiam procedit non solum in inimico, sed etiam in odioso, & maleuolo. Alex. cons. 99. sub. nu. 2. Facit quod not. vol. 1. cũ Add. per Mascard. de probat. conclus. 1127. num. 6.

33 Inimicitia capitalis contrahitur per carceratio nem causatam alicui. Bal. per illum Text. in

l. ip-

Lipfius, in fecundo notab. C. famil. hercifc. Fœlyn. in c. repellantur. num. 3. de accufat. cum alijs adductis per Marf. in l. 1. §. præterea. num. 55. ff. de quæft.

34 Inimicitia contrahitur, quando quis bis depofuit contra aliquem; quia ex fecunda depofitione contrahitur inimicitia capitalis inter Inquifitum, & teftem. c. 2. §. in criminali. 4. q. 3. Blanc. de indit. num. 156. Vbi adducit concordantes.

35 Inimicitia fiue capitalis, fiue non etiam leuis in criminalibus repellit teftem; cum teftes debeant effe omni exceptione maiores. Frãc. Curt. de teft. n. 101. in fin. ver. præmiffa clarè præcedunt. & num. 102. Abb. c. Inquifitionis. §. tertij. num. 11. ext. de accufat. Gram. decif. 34. num. 28. Et quamuis leuis inimicitia non repellat aliquem à teftificãdo, tamen admiffus non dicitur fide dignus. Farinac. q. 53. num. 54.

36 Inimicitia fola non eft inditium fufficiens ad torturam, fed coadiuuat alia debilia inditia à Bofs. tit. de indit. & confiderat. ante tortu. num. 47.

37 Inimicitia non eft inditium generale ad omnia delicta; fed tantum ad ea, quæ fiunt ad alterius iniuriã. Bofs. tit. de indit. ante tortu. n. 48.

38 Inimicitia fatis dicitur probata, fi fubdit caufa, & fufpicio in genere. Bofs. tit. de mandato ad homicid. num. 38.

39 Inimicitiæ quando funt grauiffimæ, & prouenniunt à grauiffimis offenfionibus, illæ attendi debent. Franc. Marc. decif. 423. num. 27. Foller. in pract. in verb. Recipiãtur defenfiones.

40 Inimicitia contrahitur ex fola hominum opinione. Blanc. in l. fin. num. 139. in fin. ff. de quæft. cum fimil. & Bal. in l. ex perfona. C. de probat. cum alijs.

41 Inimicitia ex contumelijs mutuis nulla oritur; quia non probat hoc effe, quod contingit abeffe. l. neq; natales. C. de probat. Io. Turrius conf. 81. num. 36. inter conf. crim. diuerf. lib. 2. loquens in proprijs terminis.

42 Inimicitia femper præfumitur durare. fecundum Petr. Surd. conf. 40. num. 3. cum feqq. Vbi num. 4. dicit procedere etiam in inimico reconciliato. Crauett. conf. 9. nu. 6. ad relat. per Brunor. à fole in fuo conf. num. 22, cum feqq. plur.

43 Inimicitia non præfumitur, nifi expreffe probetur. Bal. l. fi quis teftibus. col. fin. C. de teft.

44 Inimicitia nè dum eft probanda, fed etiã qualitas ipfius, & caufa in fpecie, Gram. poft alios decif. 34. num. 21. feq. Bal. l. fi quis teftibus. col. fin. C. de teft. & l. 1. col. 3. C. de feru. fugit. Farinac. de indit. & tortu. q. 49. n. 127.

45 Inimicitia oritur, quando quis non falutat, nec alloquitur eum, quem prius falutare, & alloqui folebat, quia tunc præfumitur inimicus. Nor. in c. cum fuper. de offic. delegat.

46 Inimicitia fola non fufficit ad præfumendũm tractatum, fed alia requiruntur. Dixit Glof. c. cum ad fedem. verb. interdictum. de reftit. fpoliat. Bofs. tit. de mandat. ad homic. nu. 52.

47 Inimicitia eft inditium remotum; & turpe eft dicere, quod ex vno inditio remoto oriatur inditium fufficiens ad torquendum. Ità in terminis tradit Marf. conf. 72. num. 11. feqq. Clar. q. 21. verf. Inimicitia. Gram. vot. 20 & ità practicari teftatur Bofs. tit. de indit nu. 47.

48 Inimicitia ex lite fimplici, quæ non fit omniũ, vel maioris partis bonorum, non oritur. Scripfit Hyppol. l. 1. §. præterea. nu. 55. verf. Item inimici dicuntur. ff. de quæft. Et ideò ex fimplici inimicitia ratione bonorum non poteft præfumi delictum fuiffe commiffum. Scripfit Vulpell. conf. 5 num. 3. Immo

49 Inimicitia caufa litis non eft attendenda, quãdo agitur de parua quantitate pecuniarum: nam regulare eft, quemlibet modicum damnum perferre. c. terrulas. 12 q. 2. nec lex paruam offenfionem confiderat. Blanc. de indit. num. 130. feqq.

50 Inimicitia quælibet etiam leuis repellit teftem à teftificando. Franc. Curt. tract. de teft. n. 101.

51 Inimicitiæ caufam fubeffe fufficit, licet ignoretur, & licet non conftet de odio, & inimicitia, fed tantum de caufa. Bart. l. 1. nu. 5. ff. de his, quibus vt indign. Marf. fingul. 178. Gram. vot. 24. num. 1. Crott. tract. de teft. par. 3. num. 190. Crefcen. de teft. decif. 3.

52 Inimicitia, ex qua delictum præfumatur, debet effe capitalis, vel faltem grauis, & non leuis, & talis, quæ in fimplicem indignationẽ tranfeat. Bal. Auth. n. 2. Vulpell. conf. 5. n. 2.

53 Inimicitia non confideratur ratione bonorum tantum. Alciat. conf. 19. n. 9. lib. 7. n. no. Vulpell. conf. 5. n. 2.

54 Inimicitia etiam quãtumcunq; grauis fola ad torturam non fufficit. Iaf. in l. 2. C. de feru. fugit. Marf. §. diligenter. n. 70. in prax. Blanc. l. fin. n. 44. de quæft. Vulpell. conf. 5. n. 4.

55 Inimicitiæ caufa ad repellendum quempiam à teftimonio fatis eft. Alex. conf. 99. in 1 cõf. 127. in 4. Ita vt fi aliquis diceret, fe aliquem actum ad iniuriam nõ reuocare, ipfi non creditur. Alex. d. conf. 99. Marf. fingul. 178. & conf. 2. & 43. Vulpell. conf. 33. num. 4. feq.

Abb.

Abb.Fœlyn.c.repellantur.num. 5.& c. cum oporteat.de accusa. Iasl.l. apertis. C.de iudic. Gram.decis.33. Blanc. l.fin. num. 160.ff. de quæst. Etiamsi testis diceret eum inimicum non habere. Alex. d. consl. 99. in princ. & d. consl.127. in 4.d. Blanc.d. l. fin.d.num. Vulpell.consl.14.num.10.

56 Inimicitiæ causa si subest, testi non creditur, etiã quod palam se inimicum quis non profiteatur. Alex.d.consl.99. Marsl.sing. 178.& consl. 2.& consl.43. Vulpell.d.consl.33.num.5.

57 Inimicitiæ causam habens non est idoneus testis. Abb.Fœlyn.c.cum oporteat, & c.repellantur.de accusl. Vulpell.consl.106.nu.2.

58 Inimicitia quando est probata in genere, & non in specie, nec ipsius qualitas demonstratur; plenè, & perfectè non dicitur probata, prout requiritur. Ità Bal. in l. si quis. C. de test. Iasl. in l. 1. C. de testam. Quod eo magis dici debet, quando non apparet in processu, quod processerit offensa; quia tunc non potest præsumi inimicitia. Ita in terminis scribit Anton. Galeat. Maluatice. consl.110.nu. 26. diuersl. criminal.

59 Inimicitia capitalis non oritur ex contumelijs, sed quidem leuis inimicitia; vnde ex ea sola non potest oriri inditium ad torturam etiam in delicto occulto, & difficilis probationis. Clar.q. 21.versl.inimicitia vrgens. in fin. refert, & sequitur Riminal.consl. 302. num. 8. seq. lib. 3.

60 Inimicitia capitalis non oritur inter viles, & infames personas, si se ad inuicem iniuria afficiunt. Vt in terminis scribit Mascard. de probat. conclusl. 898. num.25.

61 Inimicitijs multum animaduertendum est, & considerandum circa personarum qualitatem: sepè enim contingit, vt illa causa, quę sufficiens est ad producendam inimicitiam capitalem inter aliquos, in alijs non sufficiat. Contra verò sunt multi suaptè natura, & ingenio iniqui, & maleuoli; vt ex leui causa ingentes cõcipiãt inimicitias aduersus alios, quos cum non possint, aut non audeant palã offendere, clam moliuntur aduersus eos omnia iniquitatum genera. Et tales imprimis reperiuntur in Curijs magnorum Principum, quos interdum alterius fœlicitas absq; vlla alia causa in inimicitiam excitent. Et ideò à Iudicante diligẽtissimè est animaduertẽdum. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 608. comm. 116. col. 5.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus in crimine hæresis, necesse est, vt sit de visu, vel scientia, & omni exceptione maior, quando nulla alia concurrunt inditia.*

2 *Exceptio qualibet, quilibet defectus, & macula etiam minima impedit torturæ effectum.*

3 *Testis vnicus in causa hæresis non sufficit ad torturam.*

4 *Testis vnicus de visu, & scientia in crimine hæresis non sufficit ad torturam.*

5 *Testis vnius fidelis dictum in crimine hæresis, quando Reus est eius qualitatis, & probitatis, vt facilè delictum non possit præsumi, potest Iudex à tortura abstinere.*

6 *Inditium vnum tantum in crimine hæresis non sufficit ad torturam.*

7 *Inditium vnum tantum in crimine hæresis non sufficit ad torturam, quamuis Reus torqueatur cum protestatione.*

8 *Tortura in crimine hæresis non infligitur propter solam variationem, & vacillationem Rei.*

9 *Inditia in crimine hæresis debent esse propinqua, probabilia, certa, & clara.*

10 *Hæresis crimen quamuis sit tam priuilegiatum, non est priuilegiatum quoad torturã.*

11 *Inditia qualia requiruntur in alijs criminibus, talia esse debent in crimine hæresis.*

12 *Hæresis crimen quia grauissimum est, ideo cautius in eius probatione agendum est.*

13 *Hæresis crimine cum facultas defensionum manca quodamodo Reo concedi soleat, ideo probationes luce meridiana clariores necessaria sunt.*

14 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia grauiora, & vrgentiora esse debent.*

DISCEPTATIO XXXV.

De Teste in crimine hæresis.

1 IN causa hæresis, vt Inquisito possit infligi tortura ad depositionem vnius testis tantum, requiritur (vt nonnulli DD. dicunt) vt d.testis sit de visu, vel scientia, nec non sit omni exceptione maior, cui nihil prorsus possit opponi, ac nullam patiatur exceptionem. Farinac.q.37.num.58.seq.& consl.39.nu.4. Franc.Becc.consl.67.num.15.& consl.85.nu. 3.Ber-

3. Bertaz. conf. 332. num. 5. c. licet. de test. Dec. conf. 429. Placius Rubius in allegat. de hæresi. §. 1. Franc. Curt. de test. num. 101. in fin. vers. præmissa clarè præcedunt. nu. 102. Abb. in c. Inquisitionis §. tertij. num. 11. ext. de accusat. Gram. decis. 34. num. 28. Bart. l. maritus. ff. de quæst. Gram. vot. 30. num. 31. Per Text. in l. maritus. ff. de quæst. Bal. in l. fin. C. famil. hæresc. & l. admonendi. C. eo Brun. de indit. & tortu. num. 6. & 9. q. 3. n. 3.
12 Bal. l. fin. col. 2. C. de probat. Ratio est, quia (vt aliàs dictum est) omnis macula, omnis defectus, & qualibet exceptio etiam minima siue in dicto, siue in persona testis impedit torturæ effectum. Vt post multos ostendit Clar. q. 21. vers. vnus testis. Rolan. conf. 7. num. 3. & 10. vol. 1. & conf. 24. nu. 2. vol. 1. Bal. conf. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 2. d. Clar. q. 22. vers. vnum tamen. post alios, quos allegat l. 1. §. Idem Cornelio.
13 l. maritus. Vbi Glos. in verb. Illicitè. in fin. ff. de quæst. Immo d. vnicus testis non sufficit ad torturam. Bart. & alij in l. fin. ff. de quæst.
4 Clar. in pract. §. fin. q. 22. vers. breuiter. Quãuis de visu, & scientia. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 592. nisi tamen alia concurrãt adminicula, seù inditia. Rolan. conf. 451. incip. quædam mulier. num. 4. Clar. in pract. crim. d. q. 21. vers. vnus testis. & hanc sententiam vocat communẽ Anton. Gomez. tom. 3 var. resolut. c. 13. num. 7. Carrer. in pract. crim. num. 110. vers. primo maius inditium; quibus omninò subscribendum duxi: non
5 dubito tamen, posse aliquando Iudices à tortura abstinere; etiamsi adsit vnius testis fidelis dictum; quando tamen Reus est eius qualitatis, & probitatis, vt facile delicti præsumi non possit. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi
6 596. comm. 110. col. 2. Verum illud quoq; est sciendum, quod tortura in crimine hæresis nullo modo potest infligi, quando adest solumodo vnũ inditium. Director. Inquisit.
7 3. par. pag. mihi 594. seq. comm. 110. Quinimo non potest quis torqueri super vno inditio, etiamsi torqueretur cum protestatione; quoniam tortus censetur tortus super omnibus inditijs, quamuis Iudex haberet liberũ arbitrium. Bertaz. post multos cõs. 145. vol. 1. quem refert, & sequitur Baiard. ad Clar. q.
8 64. num. 100. Nec etiam potest Reus torqueri ob solam eius variationem, seù vacillationem, & hanc sententiam vocat communem Carrer. in pract. crim. num. 119. vers. quintum inditium est. Vbi asserit solam variationem, seù mendacium, aut pallorem, titubationem, trepidationẽ, & alia huiusmodi, quæ coram Iudice fiunt, non facere inditium ad torturam, sed quãdam suspicionem; cum hoc sit inditium remotum: Idem tenet Mars. in pract. crim. §. diligenter. Idem conf. 51. Gram. decis. 34. incip. In præsenti. Ioan. de Amic. conf. 134. & alij, quos ibi Carrer. Et
9 optima ratione quidẽ, quia in hoc crimine requiruntur inditia propinqua, probabilia, certa, clara, &c. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torment. c. 1. nu. 8. nanq; ob inditia
10 leuia, remota, obliqua, & æquiuoca non potest, quis torqueri: Ratio est, quia hæresis crimen quamuis sit tam priuilegiatum; tamen
11 non est priuilegiatum quoad torturam inferendam: nam qualia inditia requiruntur in alijs criminibus, talia etiam in crimine hæresis, et quod saltim probentur per testes omni exceptione maiores. Muscatell. in pract.
12 crim. pag. mihi 33. num. 39. Nec mirum videri debet, quoniam hæresis crimen, quia grauissimum est, ideò cautius in eius probatione agẽdum est, quã in cæteris criminibus; præsertim cum facultas defensionem mancæ
13 quodamodo Reo concedi soleat, quo fit, vt probationes luce meridiana clariores necessariæ sint. l. vlt. C. de probat. Oldrad. conf. 210. Anchar. in c. accusatus in princ. de hæret. lib. 6. Simanc. Enchirid. tit. 34. de probat. n.
14 1. Nec ab re quia crimen quanto est grauius, & atrocius, tãto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora. c. Vbi periculum. de elect. in sexto Rolan. conf. 361. nu. 32. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Leno testis nullum facit inditium.*
2 *Leno dicitur particeps criminis.*
3 *Leno tanquã infamis à testificãdo repellitur.*
4 *Leno est adeo detestabilis, & infamis, vt sit peior Diabolo.*
5 *Lenoni maxima est constituta pœna.*
6 *Lenocinij pœna ex consuetudine nõ est mortis naturalis.*
7 *Pœna certa consuetudinaria quando est constituta, ab ea non est recedendum.*
8 *Pœnæ impositione non debet Iudex venire contra consuetudinem.*
9 *Pœnam imponens vltra consuetam dicitur modum excedere.*
10 *Delictum de sui natura non capitale ob aliquam qualitatem adiectam non fit capitale.*

11 *Pœna*

11 *Pœna ordinaria ob reiterationẽ delictorum non augetur.*

12 *Lenocinij delictum cùm de sui natura non sit atrocissimum ratione loci, non potest imponi pœna mortis naturalis.*

13 *Locus nō sanctificat habitantes, sed habitãtes benè viuentes sanctificant locum.*

14 *Lenocinij pœna secundum Constitutionem Sixti V. est mortis naturalis in Vrbe tantum.*

15 *Lenocinij pœna secũdum Constitutionẽ Sixti V. intelligitur quando leno est publicus.*

16 *Lex quæ nō dicit, nec nos dicere debemus.*

17 *Constitutio quando est pœnalis, extensio fieri non debet.*

18 *Lenocinij pœna non potest imponi, nisi concurrat lucrum.*

19 *Lenocinium non dicitur commissum, nisi leno recipiat pecuniam.*

20 *Qualitas quando in aliquo delicto est apposita, illa probari debet.*

21 *Mulieris suppositio, quando non fit causa lucri, non dicitur dolosa.*

22 *Dolus non committitur sine animo lucrandi.*

23 Lenoni, *quando non reiterauit delictum, nec aliquid recepit non imponitur pœna mortis naturalis.*

24 *Qualitates aggrauantes delictũ quando non sunt probatæ pro parte Fisci, cessat dispositio § preconizamus.*

25 *Verba legis cui non conueniunt, nec etiam cōuenit ipsa lex.*

26 *Consuetudo attenditur, & valet, quando est rationabilis.*

27 *A consuetudine, quæ interpretata fuere, non sunt immutanda.*

28 *Auxiliator, vel Consulens nō punitur, eadẽ pœna, vt delictum committens.*

29 *Auxiliator non debet eadem pœna puniri.*

30 *Auxilium præstans homicidio non punitur eadem pœna, sicut committens homicidium.*

31 *Leno, quando causa lenocinij lucratus est aliquam paruam quantitatem pecuniæ, non habetur in consideratione.*

32 *Lucrum modicum non est in consideratione.*

DISCEPTATIO. XXXVI.

De Lenone.

1 LEnonis, seù lenæ dictum non sufficit ad torturam contra Inquisitum, quoniam
leno, siue lena testis nullum facit inditium. l.
1. in princ. l. athletas. § ait Prætor ff. de his,
qui not. infam. Mascard. de probat. lib. 3.
conclus. 1356 num. 12. Farinac. cons. 38. nu.
2 13. Bal. d. l. Athletas. §. 1. Ratio est, quia est
particeps criminis. Ioan. Andr. in Nouellis. c.
præterea. col. 1. in princ. vers. dicit Hostiens.
3 de test. Et ideò tanquam infamis à testificando repellitur. Clos. l. Athletas. §. 1. ff. de
infam. Iacob. Butrigar. tract. de test. num. 3.
Et optima ratione quidem, quia est adeò
detestabilis, & infamis, vt sit peior Diabolo.
4 Ioan. Neuiz. in silua Nuptial. num. 42. Ob
5 eamq; rem iure est ei maxima constituta pœna; nempè quod mitratus fustigetur, vel alia
pœna citra mortẽ. Vt scribit Iodoc. in pract.
c. 91. num. 8. nec dissentiunt Clar. q. 68. vers.
lenones. Peguer. decis. 15. num. 13. Caball.
casu 171. num. 6. & d. Iodoc. in sua prax. c.
89. num. 43. dicit, quod lenocinij pœna ex
6 consuetudine non est mortis naturalis. Suarez. in suis commun. opin. in verb. lenones.
7 num. 133. Et quando imposita est certa pœna consuetudinaria, non licet ab ea recedere;
nec est locus arbitrio Iudicis. l. si quis Reum
ff. de custo. Reor. Butr. & alij c. de causis. de
8 offic. delegat. Abb. in c. inter cæteros. col.
vlt. de rescript. Vbi dicit, quod in impositione
pœnæ Iudex non debet venire contra consue
9 tudinem; & ideò imponens aliam, quam cōsuetam dicitur modum excedere. Butr. c. 1.
col. pen. de cōstit. Nec facit, si dicatur, ratione
loci esse augendam ad pœnam mortis natu-
10 ralis; quia delictum, quod de sui natura non
est capitale, nunquam ob aliquam qualitatem adiunctam fit capitale; prout in fortioribus terminis loquuntur DD. in solito delinquente, si delicta de eorum natura non
11 sunt capitalia ob reiterationem pœna ordinaria non augetur. Gram. decis. 161. num. 7.
Clar. post alios, quos allegat q. 84. vers. Sed
hoc incidenter quero. Vbi quod Iudex vel
quod torturam acrius inferat, vel extraordinariè eius arbitrium acrius extendat. Alia
quoq; adest ratio, quia lenocinij delictum
12 de sui natura non est atrocissimum ratione
loci, nec d. de causa potest imponi pœna
mortis naturalis; quia locus non sanctificat
13 habitantes; sed habitantes benè viuentes
sanctificant locum. c. multi. 40. distin. Et quãuis lenocinij causa Constitutio edita à Sixto Quinto contra lenones loquatur de pœna mortis naturalis; tamen loquitur tantum de delictis lenocinij commissis in

Vrbe Roma, vt expressè cantant verba d.
Constitutionis, ibi in hac Vrbe nostra dum-
taxat, quæ dictio limitat, & restringit ad ca-
sum expressum tantum Bart. & alij. l. 1. ff. si
15 quis ius dicet. Insuper loquitur de publico
16 lenone, non autem occulto: Ideò intrat con-
clusio, quod quæ lex non dicit, nec nos dice-
re debemus. l. si seruum. vers. non dixit Præ-
tor. ff. de acquir. hæredit. Vbi etiam Glos. l.
17 illam. C. de Collat. Et cum sit Constitutio
pœnalis, nemini dubium est, quod extensio
fieri non potest. Alex. l. sororem. C. de his.
quib. vt indign. Rip. Rubr. in Iud. n. 21. post
Bart. & alios Auth. Quas actiones. C. de sacro
18 sanct. Eccles. Verum lenocinij pœna nō po-
test imponi mulieri conducenti alias mulie-
res, seù viros, nisi concurrat lucrum. Ità Iusti-
nian. in Auth. de leno. ibi nephandorum in-
19 uenire lucrorum. Quod idem scribit Ludou.
Peguer. decis. 15. nu. 3. Nam lenocinium non
dicitur commissum nisi à muliere, quæ aliam
alicui supponēs recipiat pecunias: Ratio est,
quia agens tendit ad finem, & finis lenocinij
est recipere pecunias, ergò non recipiens &c.
20 Ideò cum non recipiat, cessat dolus, & cessā-
te dolo quis non punitur; eo quia quando
qualitas est opposita in aliquo delicto, illa
per Curiam probari debet. Angel. in l. 1. §. si
quis neget. ff. queādm. testam. aper. Veronē.
cons. 59. Alex. cons. 11 lib. 1. & alibi sæpè cō
21 gerit. Marſ. cons. 54. & seqq. Et quando mulie-
rum suppositio non fit causa lucri, nō potest
dici dolosa; quia sine animo lucrandi non
22 committitur dolus. Ità Corn cons. 63. vol. 3.
circa fin. vers. Ex quo autem fuit lib. 3.
quem refert, & sequitur Crauett. cons. 75. n.
13. Insuper dicitur, quod lenocinium quā-
muis sit pessimum crimen, non tamen puniri
debet pœna mortis naturalis; sed cum mitra
leno flagellari debet, & ità consuetudine tra-
ditum fuit. Vt attestatur Nonius Xelos Cor-
regidores, fol. mihi 204. Iodoc. d. c. Et in ter-
ris Hispaniæ ità practicatur, & post multos
testatur d. Ludou. Peguer. d. decis. Ità in facti
contingentia seruari vidit, sequitur Clar. d. q.
68. Idem Suarez. vt supra. Et id eo magis di-
ci debet, quando leno non reiterauit (vt di-
23 ctum est) nec minus aliquid recepit. Quibus
concurrentibus imponitur ipsi pœna mortis
naturalis. Ad Text. in §. præconizamus. in
24 Auth. de lenonibus. Sed quando qualitates
prædictæ aggrauantes delictum non sunt
probatæ pro parte Fisci, vtiq; cessat dispo-
sitio d. §. Præconizamus. l. Prætor. §. hæc au-
tem ratio. ff. de vi bon. rapt. Dec. cons. 392.
25 vers. præterea: Tritum est enim, quod cui
non conueniunt verba legis, nec cōuenit ip-
sa lex. l. 4. §. quoties. ff. de damn. infect. Qui-
nimo etiamsi prædicta cessarent, immutanda
26 non sunt, quæ à consuetudine interpretata
27 fuere. l. maximè. ff. de legib. Quod procedit,
etiamsi consuetudo sit contra ius. c. 1. de
constit. in sexto. Vbi quod attenditur, & va-
let, quando est rationabilis: non enim debet
28 puniri eadem pœna persuadens, & consulens
ad delictum committendum, sicut commit-
tens, maximè in casu, vbi agitur de strage
plurium; quando aliqui principales delin-
quentes veniunt puniendi pœna mortis na-
turalis; vtiq; nemini dubium est, quod seue-
29 ritati detrahi debet. Auxiliator non debet
eadē pœna puniri. Angel. in l. his, qui opem.
ff. de furt. per Text. quem allegat in l. pen. ff.
de sicar. Nec dissentiunt Glos. in l. aut facta. ff.
30 de pœn. Salyc. in l. 1. C. de rapt. virg. Et ideò
præstans auxilium homicidio non punitur
eadem pœna, qua punitur homicida, sed me-
dia pœna. Gand. Rubr. de homic. col. 2. vers.
Item pone, quod Titius. Et ideò dixit Bal. in
l. ob hæc verba. nu. 2. ff. de infam. & in l. data
opera. col. 13. C. qui accus. nō poss. Vbi quod
multo minus est persuadere, consulere, opem
ferre ad delictum committendum, quam ip-
31 sum delictum committere. Nec obstat, si di-
catur, quod leno causa lenocinij lucratus est
aliquam paruam quantitatem pecuniæ v. g.
32 testonum, vel quid simile; quoniā modicum
lucrum non est in consideratione. Bal. in l. si.
prædium. C. de edict. Afflict. decis. 129. in fin.
l. quamuis. ff. de condit. & demonstrat.

SVMMARIVM.

1 *Pauper nō est testis idoneus, integer, & omni exceptione maior.*
2 *Paupertas testi de fide detrahit.*
3 *Ob Paupertatem dictum testis debilitatur.*
4 *Testis idoneus non est, qui egestate laborat.*
5 *Paupertas satis dicitur probata, quando ipse testis dicit.*
6 *Paupertas dicitur probata etiam per famam, & publicam vocem ortam in vicinia inter cognoscentes.*
7 *Testis, qui extrema inedia laborat, à testimonio repellitur.*
8 *Ex paupertate oritur in teste præsumptio mēdacij & corruptionis.*
9 *Pauper est omninò inhabilis, & in testem nō admittendus.*
10 *Pauper ī causa criminali nō admittitur ī teste*

11 Pau-

11 *Pauper si sit legalis, & fide dignus, à testificando non repellitur.*
12 *Paupertas non est de genere malorum.*
13 *Vitæ integritas, & legalitas non ex diuitijs sed ex morum honestate inducitur.*
14 *Testibus pauperibus bonis plena est adhibenda fides.*
15 *Testis quod sit vir honestus, & bonæ vitæ probari debet per Fiscum, quando agitur contra Reum.*
16 *Pauper quando non constat de honestate, & legalitate vitæ non admittitur in testem.*
17 *Testis quando admittitur cum aliqua qualitate de illa qualitate constare debet.*
18 *Pauper tunc maximè à testificando repellitur, quando est vilis.*
19 *Pauper, & vilis à testificando pœnitus repellitur.*
20 *Pauper, & vilis, quando deponit de delicto commisso in via publica, & de die, à testimonio repellitur.*
21 *Testis pauper, & vilis nullum parit inditiũ.*
22 *Paupertas, & vilitas simul iunctæ omninò testes à testificando repellunt.*
23 *Testis pauper, & vilis à testificando repellitur, etiam in casu, in quo non requiruntur testes omni exceptione maiores.*
24 *Pauper & vilis tũc maximè repellitur, quãdo est inhonestæ vitæ, & famæ.*
25 *Paupertas cum inhonestate vitæ coniuncta in totum testem repellit.*

DISCEPTATIO. XXXVII.

De Teste paupere.

1 TEstis pauperis dictũ non sufficit ad torturam contra Inquisitum, quia pauper non est testis idoneus, integer, & omni exceptione maior; cum paupertas multum ei de
2 fide detrahat. Sic enim per Text. in l. 3. in princ. ff. de test. canonizata in c. si testes. §. testium fides. 4. q. 3. Ibi an locuplex, vel egens sit. & in c. in primis. 2. q. 1. Ibi an inopes sint.
3 Roman. l. 2. n. 3. ff. qui satis dar. cogant. Vbi quod ob paupertatem dictum testis debilitatur. Alex. cons. 237. num. 4. lib. 6. Natt. cons. 315. nu. 7. Marsi. cons. 25. nu. 20. & cons. 28. num. 2. Hanc regulam firmauerunt Bal. in c. si qui testium. num. 5. in princ. iuncto vers. si autem nullius est famæ ext. de test. Vbi
4 notabiliter dixit, non est idoneus testis, qui egestate laborat. l. qui satis dare. ff. de fideiussor. l. si creditores. ff. de priuileg. credit.
5 l. si verò. §. 1. ff. qui satisdar. cogant. Et paupertas satis dicitur probata, quando ipse pauper dicit. Brunor. tract. de cession. bono. q. 25.
6 n. 4. Immò dicitur etiã probata per famam, & publicam vocẽ ortam in vicinia inter cognoscentes. Glos. & Cyn. in l. Vbi adhuc. C. de iur. dot. Bart. & alij in l. si constante. ff. solut. matrim. & ita seruatur in practica. Vt ibidem
7 testatur Brunor. nu. 9. in fin. Et quando quis extrema inedia laborat, à testimonio repellitur. d. Glos. §. si verò absint. verb. substantiã. Auth. de hered. & falcid. pro qua Rom. d. l. 2. Alex. cons. 15. in 3. Angel. §. hinc nobis in d. Auth. Crott. l. si constante. n. 16. qui de cõmuni testatur. Hæc regula est comuniter recepta: Ratio benè exprimitur in d. l. 3. in
8 princ. Vbi vt lucri causa quid facilè admittat. ff. de test. Per quem Text. passim, & vbiq; comuniter DD. exclamant ex paupertate oriri in teste præsumptionem mendacij, & corruptionis. Vt videre est apud Glos. in C. d. l. 3. in verb. egens. Glos. in c. testes. §. testiũ fides. verb. locuplex. 4. q. 3. Vbi refert dictum Salamonis dicentis, Paupertates nè dederis mihi, ne periurem nomen Domini. Farinac.
9 q. 57. num. 1. & 3. Itaq; dicitur, quod pauper est omninò inhabilis, & non admittendus in testem. Probat Tex. in l. nonnulli. C. de accusat. Farinac. d. q. nu. 16. quamuis nu. 20. dicat, quod cum tortura purgat illam suspicionẽ,
10 quod lucri causa sit falsum dicturus. Et maximè non admittitur in testem in causa criminali ardua, & graui. d. l. 3. in princ. ff. de test. Bal. in c. si qui testium. nu. 5. de test. Vbi quod non est idoneus testis, qui egestate laborat. Alex. cons. 237. n. 4. vol. 6. Nat. d. cõs. 315. nu. 7. Autred. tract. de test. num. 7. & 9. Spec. tit. de test. vers. Item quod est pauper. Nell. tract. de test. num. 30. Alex. d. cons. 15. vol. 3. Crott. tract. de test. nu. 23. in 3 par. Et
11 licet ea crebrior sit sententia, quod quando pauper sit legalis, & fide dignus non repellatur, quam probat Guigliel. in Spec. tit. de test. vers. Item quod est pauper. Clar. q. 14. vers. sed hic etiam quero & comuniter DD. d. c. si qui testium de test. Dicentes, quod pauper-
12 tas non est de genere malorum. c. illa in fin. 15. q. 1. illis. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 182. num. 1. Alber. de Malet. tract. de
13 test. c. 5. num. 25. Et hac ratione quia vitæ integritas, & legalitas non ex diuitijs; sed ex morum honestate inducitur. l. sine oportet. §. cum quis. ff. de tuto. & curato. dat ab his. cum alijs adductis per Crott.

14 tract.de test.par.4.nu.133.vers.præterea. Et ideò testibus pauperibus plena est adhibenda fides. Marf.post. Aret.quem allegat cons. 13.vol.2.sequitur Mascard.in addit.ad Crott. de test.n. 24. littera. C.in verb.plenè probatū: Tamen ex mea sententia semper intelligitur, quando testis est vir honestus, & bonæ
15 vitæ. Et quod sit talis, quando agitur cōtra Reum, necessariò debet à Fisco, seù producēte capitulari. Alex.cons.65.in 1.cons.82.in 1. cons.237.Ias.vulg.l.admonendi.n.297.Vulpell.cons.99.n.18.Dec.cons.37.incip.in causa rigorosæ accusationis. Vulpell.cons.26.n.
16 3.seq. Et quando non constat de d.honestate, & legalitate vitæ, non admittitur in testē.
17 Ratio est, quia quando permittitur aliquid admitti cum aliqua qualitate, de illa qualitate, cōstare debet.l.si fortè. Vbi Bart.ff.de Castrens.pecul. Verum illud est omninò sciēdū,
18 quod pauper, tunc maximè est à testificādo repellendus, quando etiam est vilis. §. Sancimus.& ibi Glos. in verb.ignobiles. ponit exēplum in Carpentarijs. Spec. in tit. de test. §. 1.n.66.vers.Item quod est artifex. Aym.cōs. 249.nu.12.vers.Accedit etiam vilitas. Rolā. cōs.63.n.34. Paris.cōs.54.n.57. Farinac.cōs. 78.n.9.in fin Rot.decis.679.lib.3.nu.3.Dec. cons.310.nu 5. Ioan.de Amic.cons.78.n.9.
19 cons. 87. num. 8. seq. Vbi quod talis testis pœnitus repellitur. Vt in indiuiduo Rolan. cons.24.num.64.sequ. Alex.cons.136.num. 4.vol.5. Marf.cons.28. num.20. Natt.cons. 315.num.7. Corrad.in pract.tit.de test.verb. pauper. Virc.commun. opin.in verb. Testis. propter solā paupertatem. Bonacoss.in commun. opin. crim par. 1. vers. testes viles, & pauperes. qui omnes testantur de communi
20 opinione: Et præcipuè quando deponit de delicto commisso in via publica, & de die, & sic poterant actu, & habitu haberi testes
21 idonei. Immò testis vilis, & pauper nullum parit inditium; quia testes debent esse omni
22 exceptione maiores. Vt post multos ostendit Cuman.cons.131. Ratio est, quia paupertas, & vilitas simul iunctæ repellunt omninò testes. Ruyn. cons. 130. num. 10. lib.4. Rolan.cons.63.num 4. Vbi testatur.de communi opinione. Menoch. de arbitrar. lib. 2.
23 casu.96. num. 6. seq. Vbi ait, id procedere etiam in casu, in quo non requiruntur testes omni exceptione maiores: nam quando testis patitur aliquam exceptionem, seù defectum vltra paupertatem, non admittitur.
24 Rom.cons. 382. num. 5. Bertaz. cons.170. num. 23. lib.1. Et præcipuè quando est inhonestæ vitæ, & malæ famæ. Farinac.de opposit.cōtra person.test.q.58.n.19 post alios ibi adductos. Gram.cons.26. num. 23. Vbi ad id allegat plura iura canonica, & ciuilia,
25 concludit etiam extra statum Ecclesiæ. Ratio est, quia paupertas cū inhonestate vitæ iuncta in totum testem repellit, c.fin.de for. compet.c. testimonium de test. latè Gram. cons.38.num.8.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui dicit se subornatum, nec contra ipsum subornatorem, nec contra alios probationem facit, quamuis in tortura deponat, nisi multa concurrant.*

2 *Testis qui prima vice se subornatum dicit secūda vice facilius in subornationē incidet.*

3 *Testis subornatus nec ad inquirendum facit inditium, quamuis arctatus sit.*

4 *Testis subornatus nec ad formandam Inquisitionem sufficit.*

5 *Testis subornatus est periurus, & facit se socium criminis, ideò eius dictum non nocet.*

6 *Testis subornatus, seductus, aut instructus dicitur quādo subornari & instrui passus est*

7 *Testis subornatus non dicitur, quando ab ipso subornare volenti fuit denegatus assensus.*

8 *Testis subornatus dicitur, quamuis effectus non fuerit subsecutus.*

9 *Subornationes, conspirationes, & inimicitiæ capitales etiam in causa hæresis testes à testimonio repellunt.*

10 *Subornatio testiū nō est de casibus exceptis, de quibus possit quis interogari de consocijs.*

11 *Subornatio testium non est de casibus, de quibus ob penuriam probationum Socius criminis admittitur.*

12 *Subornatio testium est crimen simile crimini falsi.*

13 *Subornatio testium tria coppulatiuè requirit, idest mutationē veritatis, dolum malū verum, nō præsumptum, & nocumentum.*

14 *Subornationis crimen cessat in teste, quando ex sua depositione nullum reportauit commodum.*

15 *Subornationis crimen cessat in persona nobili quia habet præsumptionem pro se.*

16 *Testis subornatus non dicitur, qui fuit rogatus ab aliquo de veritate dicenda.*

DISCEPTATIO XXXVIII.

De Teste Subornato.

TEstis, qui dicit se subornatum, seductũ,
aut instructum Inquisito nõ parit tor-
turam; quoniam d. testis nec contra pñsum
1 Subornatorem, nec contra alios probationẽ
vllam facit. c. sicut. de test. ponderantur per
DD. illa verba Aliquant. admitten. Vt Foe-
lyn. ibi in vlt. notab. Ruyn. cons. 146. nu. 5.
vol. 5. Anchar. cons. 24. incip. Visa inquisitio
ne; nisi multa concurrant, quæ Iudicis ani-
mum mouere possunt; etiamsi in tortura de-
poneret. Dec. cons. 189. n. 8. Ruyn. cons. 147.
num. 5. Rolan. cons. 16. nu. 1. Boss. tit. de In-
quisit. num. 48. Clar. in prax. crim. §. falsum.
2 nu. 4. Et qui primà vice se subornatum di-
cit, magis à testificando repellitur; nam veri-
simile est, quod sicut prima vice subornari
passus est; ita quod secunda vice ad suborna
tionem facilior fuerit. Vulg. Regula semel
malus &c. Vt probauerunt Dec. d. cons. 189.
3 nu. 8. Vulpell. cons. 76. nu. 10. Immo nec etiã
ad inquirendum est ei adhibenda fides. d. c.
sicut. & est communis opinio. Ità Boer. decis.
319. n. 5. Dec. cons. 254. col. fin. Ruyn. d. cõs.
146. & d. cons. 147. Martha. cons. 298. vol. 2.
Rolan. qui de cõi testatur, d. cons. 16. n. 7. vol.
4 1. Vbi subdit nu. 9. Idem esse, etiamsi sit arcta
tus: Quinimò nec etiam facit inditium ad for
mandam Inquisitionem. Rolan. d. cons. 16. vi
5 detur. Additur etiam, quod est periurus, &
facit se socium criminis, & ideò eius dictũ
nõ nocet. l. fin. & ibi cõiter õnes DD. C. de ac
cusat. Bursatt. cons. 34. nu. 2. Guigliel. in spec.
tit. de test. vers. Item quod est Socius. Bero.
6 q. 58. in princ. Vulpell. cons. 10. n. 1. Et testis
subornatus, seductus, et instructus dicitur, qñ
7 subornari, & instrui passus est; quamuis effe-
ctus subsecutus non fuerit: non autem quan-
8 do subornare volenti ab ipso fuit denegatus
assensus. Vt apud Quintil. lib. 2. c. 5. ibi Ora-
tionum lectione suspectos à se discipulos in-
struxerit; & apud Cic. pro Roscio ibi falsum
subornauit testẽ Cluuium: Non enim ex cõi
loquendi vsu testes qui subornasse dicitur,
nisi & ipsi subornari passi fuerint. Et in hoc
sensu eiusmodi verba maiores nostri in praxi
consueuere. Vt apud Ias. multos referentem
in l. seruum fugitiuum. C. de seru. fugit. de In
stigatore, Inflammatore, Consulente, & solli
citatore ad delicta perpetrãda videre est. Vul
9 pell. cons. 21. nu. 1. Cæterum vt ab omnibus
huiusmodi subornationis, vitium, seù crimen
euitetur quã diligenter, dicitur, quod subor-
nationes, Conspiratione, & inimicitiæ capi-
tales etiam in exceptis, etiam in causa hæresis
testes pœnitus à testificãdo repellunt, & fidẽ
testiũ omninò refellũt. Director. Inquisit. 3.
par. pag. mihi 448. cõm. 28. c. per tuas. 1. de
Simõ. c. repellãtur. c. cum oporteat. c. cũ dile-
ctus. de accusatio. c. Cõspirationes. 3. q. 4. Si-
10 manc. Enchirid. de test. tit. 35. nu. 23. Et quã-
uis subornatio testium non sit de casibus
exceptis, de quibus quis possit interogari de
consocijs. Fulgos. cons. 173. in causa In-
quisitionis Dec. cons. 189. col. 4. vers. simili-
ter non obstat. Ruyn. cõs. 146. n. 8. Rolã. cõs.
16. n. 5. cũ. seq. Nec ẽt sit de casibus, de quibus
11 ob penuriã probationũ socius criminis ad-
mittatur. Dec. d. cõs. 189. vers. similiter nõ ob-
stat: Tamẽ est crimẽ simile crimini falsi. Boer.
12 decis. 58. nu. 1. Quod vt falsum puniatur tria
13 coppulatiuè requirit, nẽpè mutationẽ verita
tis; dolũ malũ verũ, & nõ præsũptũ; & No-
cumẽtũ. Gabriel. cõs. 169. n. 14. Verũtamen
14 huiusmodi crimẽ cessat in teste, qñ ex sua de-
positione nullũ reportauit cõmodũ. Ad tra-
15 dita per Mars. cõs. 77. col. 2. Crauett. cõs 75.
n. 17. Immo ẽt cessat in psona nobili, quia ha
ber prçsũptionẽ pro se. Gabriel. cõs. 69. n. 8.
Paseth. cons. 7. n. 8. Riminal. Iun. cõs. 18. n. 34.
16 diuers. vol. 1. Sed subornatus nõ dicitur, qui
fuit rogatus ab aliquo de veritate dicẽda; nã
id fieri potest. Abb. c. 1. num. 1. de test. Alex.
cons. 69. col. 4. in fin. vol 2.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus quis dicatur.*
2 *Criminosus vt faciat inditium ad torturam contra consocium plura concurrere debent.*
3 *Criminosus de consocijs debet interogari in casu, in quo de iure interogari potest.*
4 *Criminosus nõ põt in specie de cõsocijs iterogari nisi in specie adsit aliqua legitima psũptio*
5 *Interogatio facta Reo in specie est potius suggestio, quam exquisitio veritatis.*
6 *Interogatio debet fieri generaliter absq; nomine, nisi inditia sint cõtra certam, & specialem personam.*
7 *Interogatio potest fieri in specie, qñ inditia sũt contra aliquã certam, & specialẽ personã.*
8 *Interogatio si fiat alicui de se confesso contra eius consocium, contra quem nulla esset legitima præsumptio, & ille confiteatur, non potest deueniri ad torturam.*
9 *Interogatio si fiat alicui de se confesso de aliquo consocio, contra quem nulla esset legitima præsumptio, & ille confiteatur, faciet inditium ad inquirendum tantum.*

10 *Criminosus non admittitur sine tortura.*
11 *Interogatio debet fieri generaliter non descendendo ad speciem, & ad nominationẽ certæ personæ.*
12 *Interogatione si descendatur ad speciem non est querere, sed potius suggerere.*
13 *Reus quãdo sua spontè, & nõ interogatus aliũ nominat, d. nominatio suspecta habetur.*
14 *Testis spontè se offerens examini suspectus à iure habetur.*

DISCEPTATIO: XXXIX.

De Criminoso.

CRiminosi de socijs confessi dictum non est sufficiens ad torquendum Inquisitum nominatum, qui criminosus dicitur homicida, maleficus, fur, sacrilegus, raptor,
1 falsarius, sortilegus, concubinarius, adulter, incestum committens, veneficus, periurus,
2 leno, & similis. Et id nisi pluribus concurrentibus; nempè quod d. criminosus confessus interogatus fuerint in casu, in quo de
3 iure potuerit interogari. Item quod fuerit interogatus in specie contra consocium, &
4 non in genere. Item quod contra consocium esset in specie aliqua legitima præsumptio; Verum quod debeat interogari in specie cõtra consocium, ad hoc vt faciat inditium ad
5 torturam, non est credendum: Immo ex doctrina Glos. Cyn. & Bart. illa interogatio in specie contra consociũ est potius suggestio, quam exquisitio veritatis; quæ non est tali-
6 ter facienda (vt dictum est) & ideò puto, Interogatio debet fieri generaliter absq; alicuius nominatione, nisi aliqua inditia sint contra certam, & specialem personam; quia tunc etiam specialiter poterit de aliquo inte-
7 rogari, & faciet inditium sua confessio, si cũ ea concurrat alia legitima præsumptio. Et ità potest intelligi etiam Glos. in l. fin. ff. ad ex
8 hiben. Vbi autem de se confessus interogetur de alijs socijs, & ille confiteatur contra aliquem, contra quem nulla esset legitima præsumptio, vel interogetur in casu à iure nõ permisso; sic licet nõ faciat inditiũ ad tor
9 turãã facit inditiũ ad inquirẽdũ cõtra nominatũ: & ità intelligendũ dictũ Oldradi, quẽ Bal. refert, & sequitur in l. si certum. in princ. ad Sillan. Vbi etiam per Angel. & creditur quantum ad inquirendum, sed non quantũ ad puniendum secundum eos ibi; & ità etiã dicit Domin. de Sancto Gemin. quem ibi sequitur Capra. c. clericos. de sent. excomm. in texto. Sed quero quomodo opponitur contra testem, qui est Socius criminis, ne ex illa oppositione videatur oppones fateri crimen. Vide spec. tit. de accus. in 4. col. in verb. caue
10 tamen. Verumtamen d. criminosus non admittitur sine tortura. Bal. in l. præsbiteri. nu. 1. vers. licet ergò. C. de Episc. & Cler. Prepos. in c. 3. Item si res. ante numerum primum vers. Item nota, quod testi criminoso. 4. q. 3. Archid. in d. c. præsbiteri. n. 1. post. med. vers. in Glos. cõtra. 5. q. 6. Mõticell. in Repert. test. Rubr. An, & quando examin. test. sinè tortu. fol. 160. col. 1. vers. 5. Farinac. q. 79. n. 28. Verum vltra supradicta Interogãdi modus qua
11 lis esse debeat. not. Glos. in l. si prius. ad Sillã. & Cyn. in l. fin de accus. quæ debet fieri generaliter, non descendendo ad speciem, & ad nominationẽ certæ personæ; quia si ad speciem descenderetur, non esset quærere (vt di-
12 ctum est) sed potius suggerere, quod fieri nõ debet. l. 1. §. qui questione. ff. de quæst. quod intellexit, nisi contra aliquem (vt pariter dictum est) in specie sit legitima præsumptio. Vt sentit Glos. in d. l. fin. & facit l. 1. C. de
13 quæst. secundũ Bart. in d. l. fin. Vbi plus subdit, quod quando sua sponte non interogatus alium nominat, nominatio suspecta habetur à lege rationibus allegatis, ibi in Text. sicut aliàs diximus in teste se offerente spõtè,
14 quia est suspectus. Vt not. Glos. & Bart. in l. post legatũ. §. his ver. ff. de his, qui vt indign.

SVMMARIVM.

1 *Testis inuerisimilia deponens non probat.*
2 *Minori inuerisimilia deponenti nõ creditur, & maximè qñ in pluribus est suspectus.*
3 *Testis inuerisimilia deponens non probat, nisi etiam non interogatus assignet rationem.*
4 *Inuerisimile non est credibile.*
5 *Inuerisimile dicitur falsitatis imago.*
6 *Inuerisimile pro falso reputatur.*
7 *Verisimile in iudicijs multum est attendendum à Iudice.*
8 *Verisimilius præferri debet.*
9 *Verisimilibus Iudex fidem præstare debet.*
10 *Verisimile quod est, magis inspici debet, quã quod est possibile.*
11 *Præsumptio non potest fundari super inuerisimili.*
12 *Inuerisimile est quando aliquis dicit, alium commisisse delictum in loco publico.*
13 *Inuerisimile est aliquẽ voluisse aggredi alium associa-*

associatum cum duobus alijs armatis.

14 *Inuerisimile est, quod quis voluerit confiteri alicui delictum nulla existente coniunctione sanguinis, vel stricta amicitia.*

15 *Inuerisimile est, quod puer sit aptus ad coeundum.*

16 *Inuerisimile est, quod deuiat à iure cõmuni.*

17 *Inuerisimile est, quod quis voluerit communicare delictum mulieri.*

18 *Inuerisimile est, quando filia dicit se à patre stupratam.*

19 *Inuerisimile est, quod quis voluerit in eodem cubili ad faciem aliorum dormire cum sua Amasia, animo postea negandi coitum.*

20 *Inuerisimile est, quod testes dicant vidisse aliquem ostio Thalami aperto coire cum muliere.*

21 *Actus carnales ex natura instinctu secretè, & occultè fieri solent.*

DISCEPTATIO XXXV.

De Testibus inuerisimilia deponentibus.

TEstis inuerisimilia deponens contra Inquisitum nõ sufficit ad torturam; quia
1 d. testis non probat. Gabriel cons. 159. n. 14. Rolan. cons. 7. num. 17. vol. 1. Burlatt. cons. 346. num. 12. vol. 4. Mascard. de probat. lib. 4. conclus. 1358. num. 1. seq. Caputaq. decis. 267. num. 7. par. 3. Farinac. q. 65. num. 147. & cons. 39. num. 13. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. Anchar. cõs. 277. c. præterea. c. in litteris.
2 de test. c. quia verisimile. de præsumpt. Et maximè testis minor, & in pluribus suspectus. Vulpell. cons. 95. num. 12. Mars. cons. 74. num. 13. Gram. cons. 35. num. 49. licet non conuincatur de falso. Mand. à Baltea post alios, quos allegat cons. 70. num. 8. Non
3 probat (inquam) inuerisimilia deponens, nisi assignet rationem, etiam nõ interogatus. Boss. tit. de plur. violent. num. 94. Ratio est, quia est suspectus de falso, & ei non est credendum. Vt per plura iura ostendit Mars. Rubr. de probat. num. 108. cum pluribus seqq. Natt. cons. 310. num. 10. 14. & 663. Mand. cons. 224. num. 10. qui in d. cons. loquitur in puncto, & in indiuiduo in testibus
4 deponentibus super negatiua; nam inuerisimile non est credibile. l. hac consultissima. in
5 fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75. n. 19. Et inuerisimile quod est, dicitur falsitatis imago. Bal. l. 1. col. 4. C. de seru. fugit. Mars. l. 1. §. ad questionem. num. 32. ff. de quæst. Vulpell. cons. 12. num. 13. & ideò præsumi non debet. not. in d. c. quia verisimile. de præ-
6 sumpt. Vulpell. d. cons. 12. n. 14. Nec mirum videri debet, quia inuerisimile pro falso reputatur. Franc. Curt. in tract. de test. conclus. 16 num. 39. vers. illud enim, quod non est verisimile, & conclus. 23. nu 69. Boss. tit. de opposit. contra test. nu. 94. Crauett. cons. crim. diuers. 116. n. 16. seq. lib. 2. Ob eamq;
7 rem in iudicijs multum à Iudice attendendũ est verisimile. Aret. cons. 9. col. 2. Crauett. cons. 61. nu. 9. Riminal. Iun. cons. 309. lib. 3.
8 & alibi passim per DD. Immo verisimilius præferri debet. Soc. cons. 253. col. 2. vol. 2. Bal. in l. scripturæ. C. de fid. instrum. cum mille similibus, quæ congerit Tiraquell. l. si vnquam in princ. vers. sed etiam ni fallor. n. 37. C. de reuocat. donat. Vulpell. cons 6. num. 8.
9 Vnde Iudex verisimilibus fidem præstare debet, & his quæ nature rei, quæ geritur, apta videntur. d. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. An-
10 char. cons. 25. nec non quod est verisimile, magis inspicere debet, quam quod est possibile. Bal. in l. scriptura. C. de fid. instrũ. Vul-
11 pell. d. cons. 12. n. 13. Nec ab re videri debet, quia super inuerisimili non potest fundari præsumptio; cum ei non adaptetur. Ias. in l. si extraneus. col. 2. ff. de condit. ob caus. Bal. in l. fin. vlt. notab. C. de hæred. instit. Aym.
12 cons. 8. nu. 6. seq. Bal. in l. 1. col. 4. C. de seru. fugit. Verum vt istud verisimile benè intelligatur, dicitur, quod inuerisimile est, quando aliquis dicit, alium commisisse graue delictũ in loco publico, quod non, aut difficile com-
13 mittitur in loco secreto. Item inuerisimile est, aliquem solum voluisse alium aggredi associatum cum alijs duobus armatis. Item in-
14 uerisimile est, quod quis voluerit confiteri alicui delictum nulla existente coniunctione
15 sanguinis, vel saltim stricta amicitia. Item inuerisimile est, quod puer sit aptus ad coeun-
16 dum. Item inuerisimile est, quod deuiat à iure communi; vt quando quis deponit impuberem cum muliere habuisse rem carnalem.
17 Item inuerisimile est, quod quis voluerit cõmunicare delictum mulieri. Item inuerisimi-
18 le est, quando filia dicit, se à patre stupratã,
19 & similia. Item inuerisimile est, quod quis voluerit in eodem cubili ad faciem aliorum dormire cum sua Amasia, animo postea negandi coitum. d. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. d. cons. 75. n. 19.
20 Item inuerisimile est, quod testes deponant, voluisse aliquem ostio Thalami aperto coire

cum

cum muliere; cum huiusmodi delictum fieri soleat in abscondito; cum etiam id publicæ
21 meretrices non soleant facere. Bols. tit. de opposit. contra test. nu. 96. nam actus carnales, seù fornicationis ex naturæ instinctu secrete, & occultè fieri solēt. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 225. num. 1. Quibus omnibus, & alijs quampluribus, immo infinitis inueri similibus Iudex fidem præstare non debet. Aym. cons. 267.

SVMMARIVM.

DISCEPTATIO XXXXI.

De Tempore commissi delicti.

AD dictum testis, qui non deposuit de certo tempore commissi delicti, In-
1 quisito non potest infligi tortura; quoniam testes deponere tenētur de certo tempore. Glos. & ibi not. l. testium. ff. de test. & l. ob carmen. §. fin. ff. eo. tit. l. matrem. C. de probat. Ruyn. cons. 92. num. 8. lib. 3. Ob eamq; rem
2 qui dicit, aliquid fuisse factum vno tempore, illud præcisè probare tenetur, siue sit actor, siue Reus, siue testis, siue Iudex. Vt egregiè scribit Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. op. nunciat. per illum Text. Idem tenet Angel. in d. l. matrem. C. de probat. qui dicit, quod pūctualiter probare debet, esse factum illo tempore, super quo fundatur, & maxime in causa ardua criminali. Glos. in d. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. Bart. in l. Celsus.
3 ff. de Vsu ap. Butr. in c. cum causam. nu. 22. de test. Immo quando testis contra Reum non deponit de certo tempore commissi delicti, nullum prorsus parit inditium. Abb. c. ex tenore. num. 3. de test. cogen. Ias. l. 1. n. 48.
4 ff. de eden. Butr. in d. c. cum causam. num. 22. de test. quia est singularis, & ideò nō probat. Glos & notab. in d. l. ob carmen. & Bart. in d. l. Celsus ad fin. Crott. tract. de test. num. 324.
5 Et tanto magis tenetur, quando tempus est de substantia probationis. Glos. in d. l. ob
6 carmen. Imol. cons. 202. col. 2. Et quando contra testem ista temporis exceptio sumitur, illud probari debet. Soc. cons. 87. nu. 2.
7 vol. 4. quoniam tempus propriè est de substantia probationis. Glos. not. d. l. ob carmen. & d. l. Celsus. ad fin. maximè quando Reus
8 vult probare negatiuam. Innoc. in c. qualiter, & quando. el secundo de accusat. refert, & sequitur Baiard. ad Clar. q. 12. num. 9. Quinimò

9 nimò d. tempus necessariò, & præcisè probari debet ob magnitudinem præiudicij. Vt per Bal. cons. 420. lib. 4. & cons. 353. circa fin. lib. 5. & Crauett. cons. 9. num. 19. Nam
10 si testis prima vice dicat tres āni in circa sunt, & secunda vice duo anni in circa sunt: Vltra quod est varius, est etiā sibi contrarius circa tempus, quod in criminalibus præcisè exprimi debet; nam Clausula in circa nō designat
11 certum tempus. Alex. in l. Et si post tres. col. 2. ff. si quis caut. cum alijs adductis per DD. in d. l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de no. op.
12 nunciat. Nec valet, si per Fiscum dicatur, quod temporis variatio non debet esse in cōsideratione, dicens quod incertitudo excusat quem, & memoria est labilis; & hac eius quidem ratione; quia quando veritas habet ortum ab obliuione, nō nocet secundum Bart. in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damn. infect. Et ideò dicit d. Fiscus, quod testis in tali casu varius nō potest aliqua pœna puniri secundum Alex. l. duobus. § Pomponius. ff. de iureiur. Dec. cons. 62. num. 8.
13 Gram. decis. 60. num 3. nam quod dicit Fiscus, intelligitur, quando quis variat super circumstantijs; non autem super negocio principali. Butr. d. c. cū causam. in fin. de test.
14 quoniam super negocio principali mendaces oportet esse memores, & benè memores, & eo magis si suspicio subsit de testimonio falso Fœlyn. in c. cum in tua. de test. Boer. decis.
15 108. Vulpell. cons. 71. num. 4. Et qando testis deponit de certo tēpore, seù de certa die; quamuis post cursum quatuor annorum, cessat presumptio obliuionis. Glos. in l. furtum. ff. de Vsucapion. Innoc. in c. ex litteris. de iureiur. Crauett. cons. 134. num. 31. Vbi quod ista sine lege ipso rerum experimēto patent.
16 Et illud ab omnibus est omnino sciendum, quod quando tempus est fundamentum intentionis Fisci, illud probari debet pro eius parte. l. eum actum. cum ibi not. ff. de negat. gest. d. l. matrem. C. de probat. Ruyn. cons. 92. nu. 8. lib. 3. Mascard. de probat. conclus.
17 994. num. 2. Et quando testis d. Fisci non concludit de tempore, nihil probat. Fabian. de Monte tract. de empt. & vendit. q. 5. n. 21. Bertian. cons. 1. num. 21. par. 1. Monticell.
18 in Repet. test. fol. 271. col. 1. vers. 2. Ratio est, quia temporis diuersitas arguit diuersitatem facti, seù delicti. Vt per plura iura ostendit Natt. cons. 135. num. 2. & ideò d. tempus cōmissi delicti necessariò ostendi debet. Glos. l.
19 3. §. si duæ. in verb. non eadem. ff. de carbon. Vbi not. etiam Bart. in l. 1. §. si seruus. ff. de
20 quæst. Vltra quod testis non deponens de quo tempore, non admittitur ad probādum atiam confessionem extraiudicialem. Glos. not. d. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. Bart. d. l.
21 Celsus. ad fin. ff. de Vsucap. Cæterum illud quoq; est animaduertendum, quod d. testis nō solum deponere tenetur de certo tēpore; sed etiam de certo loco, de quibus in accusatione, siue Inquisitione, aliàs non probat. Boss. tit. de confess. nu. 44. & tit. de Inquisit. num. 102. Farinac. q. 66. num. 20. Bagarott. tract. de test. num. 63. Crott. tract. de test. nu.
22 324. Et quomodo probetur tempus, Vide Boss. tit. de opposit contra test. num. 40.
23 Et testes deponentes de diuerso loco, & tempore sūt singulares. latè Foller. in pract. crim. 2. par. 3. par. vers. Et si confitebuntur. nu. 1. Veronen. cons. crim. 32. n. 16. Gomez. varia. resolut. in tit. de tortu reorum. sub n. 18.
24 Vbi de communi. Et non sunt attendendi. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. §. septimum inditium. num. 8. Foller. in pract. in verb. Et si confitebuntur. par. 2. num. 2. Vui. opin. 138. num. 6. Bursatt. cons. 166. n.
25 20. seq. lib. 2. Vbi de communi Et non coniunguntur in causa criminali. Curt. Iun. l. admonendi. num. 62. ff. de iureiur. Paris. cons. 153. num. 29. post alios, quos allegat. Barth. Gritt. cons. 160. num. 13. inter cons. crim.
26 diuers. num. 1. Imò testis deponens de certo tempore, & non de certo loco non probat. Bal. cons. 399. lib. 1. & cons. 420. lib. 4. &
27 cons. 353. circa fin. lib. 5. Bart. cons. 172. col. 2. circa fin. in septimo dub. & cons. 177. Et non sufficit, quod dicat in genere super Inquisitione, contenta in ea esse vera; quia non videtur deponere de loco, & tempore; & quomodo hoc, & similia intelligantur. Vide Boss. tit. de opposit. contra test. num. 41.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens per verbū videtur nō probat; quia illud verbum ad iudicium, non ad assertionem facti verificatur.*

2 *Testi affirmanti quod verè scire non potest, non est credendum.*

3 *Testium munus non est iudicare sed per sensū corporeum est deponere.*

4 *Testis iudicare non debet suspicionis arbitrio.*

5 *Testis deponere debet de his quę certitudinaliter nouit.*

6 *Deus est scrutator cordium; ideò nemo noscit homi-*

hominis voluntatem Deo excepto.
7 *Testi deponenti per verbum uidetur, quia nimis animosè deponit, non est credendum.*
8 *Testis deponens de iudicio suo, quãuis rationem reddat, nihil probat.*
9 *Testis iudicare non debet.*
10 *Testi deponenti per verbũ Credo nõ creditur.*
11 *Testis deponens pre verbum Credo non potest vocari testis.*
12 *Testis de credulitate non valet, quia debet deponere de his, quæ certitudinaliter nouit.*
13 *Testis deponere potest per verbum videtur de tempore, & plenè probat.*

DISCEPTATIO: XXXXII.

De Testibus deponentibus per verbum Videtur.

1 INquisito non potest infligi tortura ad depositionem testis deponentis per verbum videtur; quoniam illud verbum ad iudiciũ, non ad assertionem facti verificatur, & ideò non probat. Argum. l. quod tamen. §. 1. ff. de arbitr. Nell. tract. de test. nu. 164. Alex. conf. 147. col. 5. vol. 2. loquens in proprijs terminis. Marf. conf. 20. n. 36. Curt. Iun. conf. 165. n. 17. Vbi cumulat concordantes. Dec. conf.
2 459. n. 10. & conf. 169. Crauett. conf. 249. n. 4. Vbi non esse credendum testi affirmanti quod vere scire non potest. Bofs. tit. de oppo sit. contra test. n. 43. Bart. in tract. de test. col. 4
3 vers. testis super hoc deposuit. Ratio est, quia testium munus non est iudicare, sed est deponere per sensum corporeum in materia, quæ sensu corporis percipi, & cognosci potest. Bart. & alij in d. l. quod tñ. Paris. conf. 104. n. 37. & idem Bart. l. 15, qui. §. fin. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. & l. qui testamento. ff. de
4 testam. Menoch cõs. 31. n. 27. seq. lib. 1. quoniam testis iudicare non debet suspicionis arbitrio. 2. q. 1. dic vt ibi. Director. Inqu. si. 2. par. pag. mihi 200. n. 2. quia non conuenit testi. Bart. d. l. quod tamen. & d. l. qui testamento. Et in indiuiduo scribit Alex. d. conf. 147. col. 5. vol. 2. quem refert, & sequitur Marf.
5 d. conf 20. nu. 36. Sed deponere debet, quæ certitudinaliter nouit. c. relatum. q. 2. c. testes. 3. q. 8. Corn. conf. 251. vol. 1. n. 3. Foelyn. c. quoties. n. 7. de test. Rot. Rom. decis. Paleotti 679. in princ. 3 par. nouiter impress. Nell. tract. de test. n. 164. Hippol. conf. 4. n. 9. vol.
6 1. Non autem per verbũ Iudico, vel de eius iudicio: Est enim eius depositio nimis animosa, & incogitata. Quis enim nouit voluntatem hominis, Deo excepto, qui est scrutator cordium? c. de occidendis. Vbi Glos. 23.
7 q. 5. Angel. in l. plagij. col. 1. C. de plagia. Et cum nimis animosè deponat, ipsi non est credendum. Idẽ scripsit Soc. Sen. conf. 220.
8 col. 4. in fin. lib. 2. Gram. conf. 12. n. 14. in criminali. Immo deponens de iudicio suo, quãuis rationem reddat, nihil prorsus probat.
9 Alex. conf. 132. n. 25. vers. nam testis iudicate non debet. col. 5. Biun. conf. crim. diuers. 115. num. 40. lib. 1. fol. 10. Olasc. decis. Pedamon. 122. num. 1. Mascard. de probat. cõclus. 458. num. 7. lib. 1. Ità pariter dicendum
10 est de testibus deponentibus per verbũ Credo, quibus nullo modo est credendum; quia pariter nimis animosè, & incogitatè deponunt. Crauett. conf. 249. nu. 4. Cyn. l. testium. C. de test. not. l. 2. §. Item labeo. ff. de aqua
11 plu. arcen. Marf. conf. 4. num. 9. Immo tales testes. non possunt vocari testes, ex quo de-
12 ponunt de credulitate. Butr. c. quoties. de test. Bal. in l. solã. de test. nam (vt dictũ est) debet deponere de his, quæ certitudinaliter nouit, & non de credulitate: Potest tamen d. testis per verbum videtur deponere de tempore, & plenè probat secundum Alex. conf. 54. col. pen. vol. 5. & conf. 249. col. 2. vol 1. refert, & sequitur Bofs. tit. de test. num. 40.

SVMMARIVM.

1 *Testis dubitatiuè, & titubãter deponens nullũ parit inditium.*
2 *Testis si non se firmat constanter in omnibus suis dictis non concludit.*
3 *Testis dubietas augetur in illis verbis se bene me ricordo, quia verè non recordatur.*
4 *Testis debet de necessitate præcisa concludere, aliàs non probat.*
5 *Testes dubitantes pro ignorantibus habentur.*
6 *Ignorantium, & dubitantium dicta æquiparantur.*

DISCEPTATIO XXXXIII.

De Testibus dubitatiuè deponentibus.

1 DVbitatiuè, & titubanter si testis deponat, Inquisito non potest infligi tortu-
2 ra; nam si testis non se firmat constanter in omnibus suis dictis, nihil concludit, nec vllum prorsus parit inditium; cum obscurè, & ambiguè deponat. Franc. Curt. tract. de iureiur. n. 7. Ruyn. conf. 33. nu. 3. vol. 4. Castrens. conf.

conf.25.n.3.lib.1. & conf.26.n.3.lib.1. Cæ-
phal.conf.77. n. 26. lib.1. Vbi adducit con-
3 cordantes. Iaf. in l. etsi per testes.col.3. verf.
pro limitatione. ff. si quis caut. Et testis du-
bietas augetur v.g. in illis verbis, se bene me
ricordo, quia ingenuè, & indubitanter non
recordatur, propterea eius dictum non atten
4 ditur tanquam non aptum; nam testis debet
de necessitate præcisa concludere, aliàs non
probat. Gram.conf.65. n.8. in ciuil. Poelyn.
5 in c.quoties n.7. de test. Ratio est, quia non
deponit, nec scit certitudinaliter. Bart. in l.
6 quid tamen §.si arbiter.ff.de arbitr.Alex.cōs.
109 col.1.loquenes in proprijs terminis de
test. deponentibus per verbum videtur. Alia
quoque adest ratio, quia dubitantes pro igno
rantibus habentur. l.fin.ff.de condit. indebit.
nec non quia dubitantium, & ignorantium
dicta æquiparantur. Crauett. conf.6. n.124.
Soc.Iun.conf.62.n.4.

SVMMARIVM.

1 *Berroarijs ob eorum infamiam & vilitatem nulla prorsus est adhibenda fides.*
2 *Berroarijs, quando v.g. dicunt homicidium fuisse commissum in eorum præsentia, non creditur. quia iniuria ipsis facta censetur.*
3 *Berroarijs non creditur, quia deponunt in causa propria.*
4 *Berroariorum dicta recipiuntur ad instructionem tantum, vt ex illis ad capturam, & ad inquirendum procedi possit.*
5 *Berroarijs non creditur, quamuis se dicant offensos, seu vulneratos in captura.*
6 *Berroarijs non creditur, quando dicunt se vulneratos. quia sunt principales, & accusatores, & deponunt in causa propria.*
7 *Berroarijs, qui se dicunt offensos, nec cum tortura creditur, etiamsi essens in mortis articulo.*
8 *Berroarij etiam in grauissimis delictis, & quando veritas aliter haberi non potest, à testimonio repelluntur.*
9 *Berroarij à testificando repelluntur, quando non fuerunt confrontati ad faciem inquisiti, quia non possunt vocari testes.*
10 *Berroarij stante eorum infamia, & vilitate non possunt testificari in causa capitali, nisi in tortura.*
11 *Berroariorum depositiones sufficiunt ad inquirendum tantum.*
12 *Berroarijs non tortis multo minus creditur.*

DISCEPTATIO XXXXIIII.

De Berroarijs.

AD Berroariorum dicta affirmantium
v.g. de resistentia, & exemptione ab
eorum manibus, aut dicentium homicidium
fuisse commissum in eorum præsentia, In-
1 quisito non est infligenda tortura; tum quia
ob eorum infamiam, & vilitatem nulla eis
adhibetur fides. Bal. l. fin. q. 8. C. de Edict. Diu.
Adriā. tollē. n.47. Clar. q.7. verf. habes igitur.
in fin. Plenè etiam ostendit Bofs. in tit. de de-
nunt. num. 12. seq. Vbi iure, & rationibus id
comprobat. Mascard. de probat. lib.2. cōclus.
2 8. tum etiam quia iniuria ipsis facta censetur;
ideò non probant. Glof. in l. apud labeonem.
§. tenetur. & ibi Angel. in §. comitem. ff. de in-
iur. Bofs. ibidem: Vbi quod apud ipsum nul-
lam hoc habet difficultatē. Mascard. de pro-
3 bat. conclus. 1115. lib. 2. num. 8. Ratio est,
quia videntur deponere in causa propria.
Veronen. conf. crim. 92. num. 7. Gram. decis.
4 25 num. 1. seq. Et eorum dicta recipiuntur ad
instructionem tātum, vt ex illis ad capturam,
& ad inquirendum procedi possit. Bofs. tit.
de denunciat. n. 12. Aliu. in pract. § 9. c. 3. n. 5.
in fin. Lugd. in pract. crim. c.15. tit. de citat.
reali. idest pœna capturæ. n.3. nec dissētit Cæ
phal. conf. 241. nu. 71. lib 2. Et id quamuis
etiā plures sint; quia nec vllum quoq; faciūt
inditium, nisi ad inquirendum generaliter, &
sic ad assummēdam informationem. Alciat.
de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. n.7. Bofs.
d. tit. Farinac. in tract. de test. nu. 56. & 376.
seq. & in tit. de carceribus, & carceratis, q.
5 33. nu. 80. seqq. Immo d. tortura Inquisito
non potest infligi, quamuis dd. Berroarij di-
cant se fuisse offensos, seù vulneratos in ca-
6 ptura, quoniam sunt principales, & accusa-
tores, & deponunt in causa propria. c. accu-
satores. 3. q. 5. c. forus. §. in omni. de verb. si-
gnificat. spec. in tit. de test. §. 1. num. 39. verf.
Item quia ipse est accusator, & testis. Gabriel
tit. de citat. lib. 2. conclus. 4 num. 3. Cæphal.
7 conf. 241. num. 69. lib. 7. Immo (inquam)
dd. Berroarijs dicentibus se offensos, cum
sint accusatores, testes, & inimici nec cum
tortura creditur, etiāsi essent in articulo mor-
tis constituti. Gram. conf. 38. num. 11. seq.
Bofs. tit. de inquisit. num. 52. seq. Marf. in l.
1. §. præterea. ff. de quæst. Baiard. q. 24 n. 18.
8 Item quia dd. Berroarij à testificando repel-
luntur etiam in grauissimis delictis, & etiam
quando

quando veritas aliter haberi nō potest. Boss. tit. de denunt. n. 10. propè fin. Vbi testatur de communi. Clar. q. 7. vers. habes igitur in fin. Bursatt. cons. 331. num. 44. loquens in capto cum paruo tormento, seù archibusio
9 berroarijs non esse credendum, & maximè quando non fuerunt confrontati ad faciem Inquisiti, & sic non possunt vocari testes,
10 & sunt nullius momenti. de test. Quinimo non possunt in causa capitali testificari nisi in tortura stante eorum infamia, & vilitate;
11 ideò eorum depositiones sufficiunt ad inquirendum tantum (vt dictum est) Boss. d. tit. de denunt. num. 12. Iodoc. in pract. crim. c. 15. Rubr. de citat. reali in captura. num. 31. Cæphal. cons. 24. nu. 71. lib. 2. Ias. post Bart. in l. cunctos populos. num. 47. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Farinac. de opposit. con-
12 tra test. q. 56. nu. 396. Vbi quod Bertoarijs non tortis multo minus creditur.

SVMMARIVM.

1 *Testis in repetitione non potest se referre ad priora eius examina.*

2 *Testis nō potest se referre ad priora eius examina, quādo militat præsumptio falsitatis.*

3 *Testis nō potest se referre ad priora eius examina, sed debet per Iudicem super negocio principali, & omnibus circumstantijs subtiliter interogari.*

4 *Testis nō potest se referre ad priora eius examina, quando ipsi lecta sunt prout sibi legi petere potest propter magnitudinem præiudicij.*

5 *Testis nō potest se referre ad priora eius examina sed interogatoria euacuare, & facti seriem narrare tenetur.*

6 *Testis in criminalibus debet specifice factum, vel eius substantiā narrare, & non se referre ad aliud examen.*

7 *Mendaces oportet esse memores.*

8 *Testis quia memoria est habilis, faciat vt sibi legantur priora sua dicta; & dicat, quod si in secundo examine dixit aliud, quod dixit in primo, tunc corrigit suum secundum dictum, & redigit ad primum.*

9 *Testes, quādo non fuerunt repetiti & si plenè probarent, à testificando repelluntur.*

DISCEPTATIO XXXXV.

De Testibus se referentibus ad priora eorum examina.

1 TEstes, si in repetitione se referāt ad priora eorū examina diffugientes substantiam facti narrare; quia non probant, & eorum dicta inconsideratibilia redduntur, Inquisito nō potest infligi tortura. Aret. in l. legata inutiliter. col. 1. de legat. primo Bal. in l. fin. in
2 fin. C. de test. Castrens. cons. 168. col. 1. in 2. dub. Quod maximè procedit, quando militat præsumptio falsitatis, & subornationis, attenta potentia Instigatoris, tum ob varietates, & contrarietates, tum etiam ob apertā inimicitiam, seù odium cum Inquisito; ob quam suspicionem non possunt se referre ad priora eorum examina. Bal. in d. l. fin. Alex.
3 cons. 91. vol. 4. num. 9. Dec. & Cagnol. l. ea est natura. ff. de reg. iur. Sed debent per Iudicem super negocio principali, & omnibus circumstantijs etiam à facto principali extraneis subtiliter interogari. Bal. d. l. fin. Dec.
4 & Cagnol. vbi supra. Additur quoq; quod non possunt in criminalibus ad priora eorū dicta se referre, quando ipsis lecta sunt ob
5 magnitudinem præiudicij; sed interogatoria euacuare, & iterū facti seriem, seù ad minus substantiam narrare tenētur; aliàs nihil probant, & eorum depositiones inualidæ, nullæ, & inconsiderabiles redduntur. Aret. in termi nis in d. l. legata inutiliter. col. 1. de legat. primo Bal. in d. l. fin. & in l. iusiurand. col. 1. C. de test. Castrens. cons. 168. Farinac. q. 66. n. 51. seq. Mars. in pract. §. secunda. Fœlyn. c. cum
6 in tua. col. 1. C. de test. Ratio est, quia testes in criminalibus debent clarè, & specificè factum narrare, & non per relationem ad aliud
7 examen. Castrens. d. cōs. 168. vol. 1. in secūdo dub. Et optima ratione quidem, quia mendaces oportet esse memores, & eo magis si suspicio subsit de testimonio falso. Fœlyn. in d. c. cum in tua. de test. Boer. decis. 108. Vulpell. cons. 71. n. 4. Verum vt testis cautius se gerat; cum (vt dictum est) memoria homi nis sit habilis, potest petere, antequā respon-
8 deat, vt sibi dictum suum legatur, & ad illud se referre. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 8. Et vtcunq; res se se habeat, debet apponere hæc verba; quod deponit, prout nunc sibi videtur, & si apparuerit, aliud dixisse in primo eius examine, ex nūc corrigit hoc suū secūdum dictum, & redigit ad primum, cum eo tem-

eo tempore melius recordaretur. Bart. in l.
eos. vers. quero pro declaratione. ff. de fals.
Alex. cons. 56. col. 2. sic euitat variationem.
9 Boss. tit. de examinibus Reorum. num. 3. Tamen illud omnibus est menti tenendum,
quod quando testes non fuerunt repetiti, &
si plenè probarent, à testimonio repelluntur.
Vt post Bal. quem allegat; ostendit Mars. in
pract. in d. §. secunda. n. 78.

SVMMARIVM.

1 *Testis incontinenti, non autem ex interuallo suum dictum corrigere potest.*
2 *Testis incontinenti dicitur corrigere suum dictum quando non dum exiuit è conspectu Iudicis, vel quando exiuit non dum erat partem allocutus, nec examen & publicatum, aut anteq̃ se subscribat examini.*
3 *Testis quando incontinenti se corrigit, debet probare causam erroris, alias vti varius punitur de falso.*
4 *Testis si incontinēti se corrigit, & allegat iustam causam erroris, nō dicitur varius.*
5 *Testis quando cum parte alloqui potuit, suum dictum corrigere non potest.*
6 *Testis quando cum parte alloqui potuit, subornatus præsumitur.*
7 *Testis potest ex interuallo corrigere suum dictum, vt euitet pœnam falsi, tamen in tormentis.*

DISCEPTATIO XLVI.

De Teste suum dictum corrigere volente.

TOrtura non potest infligi Inquisito ad
dictum testis, qui ex interuallo suum
dictum correxit; quoniam testis solummodo
incontinenti, non autem ex interuallo cor-
1 rigere potest c. præterea. de test. cogen. Glos.
in l. quando verò. in Glos. magna circa med.
2 in Auth. de test. Et testis incontinenti suum
dictum corrigere potest, quando non dum
exiuit è conspectu Iudicis; vel quando exiuit
non dum est partem allocutus, aut examen
non est publicatum. Bart. & Angel. l. si postulasti. §. sed etsi negauerit. ff. de adult. Tindar.
in tract. § 4. nu. 3, Capic. decis. 142. Glos. §.
quia verò in Auth. de test. Bal. Abb. Fœlyn.
d. c. præterea. de test. cogen. Bart. Angel. Albe.
in c. si postulauerit. §. sed si non negauerit. ff.
de adult. Brun. tract. de indit. q. 4. nu. 16. nisi
tamen aliud qualitas personæ suadeat, Boss.
tit. de tortu. test. n. 26. aut anteq̃ se subscribat
3 examini. Farinac. q. 66. nu. 229. & 231. Veruntamen quando incontinenti se corrigit,
debet probare causã erroris, alias vti varius
punitur de falso. Boss. tit. de publicat. process.
4 nu. 28. Et si incontinenti se corrigat, allegando iustam causam erroris, & ità Iudici videatur, non dicitur varius. Boss. tit. de tortu. test.
5 num. 23. Quando verò testis cum parte alloqui potuit, eius dictum corrigere non potest.
Bal. Abb. Fœlyn. d. c. præterea. de test. cogen.
Gram. cons. ciuil. 79. nu. 4. Capic. decis. 142.
6 quæ à facile subornatus præsumitur. Clar. §.
fin. q. 53. Vulpell. cons. 76. nu. 9. & cons. 79.
7 nu. 6. Potest etiam suum dictum ex interuallo corrigere, vt euitet pœnam falsi, tamen in
tormentis. Tradit Tyndar. tract. de test. c. 3. nu.
5. & c. 4. vers. est notandum.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui plures patitur defectus, nullũ parit inditium, nec vllam facit probationem.*
2 *Quãuis simus in delictis occultis, difficilis probationis & veritas p alios haberi nō possit.*
3 *Quamuis cum tortura deposuerit.*
4 *Testium plures defectus in totum prosternunt ipsorum fidem.*
5 *Testes plures patientes defectus nec in subsidium possunt admitti.*
6 *Testes plures patientes defectus repelluntur, quia non sunt idonei, nec vnus potest alium supplere.*
7 *Testis inhabilis alter alterum iuuare non potest.*
8 *Testis vnus, vt suppleat defectum alterius, debet esse benè idoneus.*
9 *Testes plures patientes defectus quãuis mille, vnus non potest supplere defectum alterius.*
10 *Testium inhabilium multitudo habet locum in ciuilibus, non in criminalibus.*

DISCEPTATIO XLVII.

De Testibus patientibus plures defectus.

TEstis dictum plures patientis defectus
non est sufficiens ad torquendum In-
1 quisitum; quoniam cum in totum à testimonio repellatur, nullum parit inditium, nec
vllam prorsus facit probationem. Gram.
cons. 45. num. 23. Ioan. Turr. cons. 81. n. 61.
Anton. Gabriel lib. 1. tit. de test. conclus. 7.
limit. 5. num. 10. Gratt. cons. 59. col. 2. vol. 2.
Mars. singul. 385. Crauett. cons. 6. num. 55.
& 57. Rolan. cons. 24. num. 61. lib. 1. Soc.

2 conſ. 118. Quamuis ſimus in delictis occultis, & difficilis probationis, vel aliàs in caſu, in quo per alios veritas haberi non poteſt.
3 Quamuis etiam cũ tortura depoſuerit, ſcripſerunt Aym. d. conſ. & conſ. 149. nu. 11. ſeq. Gram. d. conſ. nu. 22. in fin. Gratt. reſpon. 59. nu. 41. lib. 1. Burſatt. conſ. 135. nu. 2. Vbi de communi Pariſ. conſ. 2. n. 85. lib. 4. Cæphal. conſ. 65. nu. 27. ſeq. Marc. Anton. Eugen. conſ. 25. n. 66. Bertaz. conſ. 3. nu. 32. lib. 1. Vbi quod iſta concluſio ab omnibus approbata, & recepta eſt. Natt. conſ. 298. n. 6. Gabriel d. tit. de teſt. lib. 1. Marſ. conſ. 102. cum alijs infinitis adductis per Bertaz. d. conſ. n. 31. Rolan. conſ. 54. nu. 61. lib. 1. Menoch. conſ. 98. nu. 15. Vbi poſt Crauett. & Marſ. quos
4 allegat: Nam dd. defectus teſtium in totum proſternunt eorum fidem. Gram. d. conſ. 45.
5 Gratt. d. conſ. 59. Et faciunt etiam, quod nec in ſubſidiũ poſſint admitti. Barbat. conſ. 65. col. 4. lib. 4. Gram. d. conſ. 45. num. 24. Menoch. d. conſ. 98. quoniam nihil omninò
6 probant. Pariſ. conſ. 53. num. 36. Et quando teſtes plures patiuntur defectus, ſeù exceptiones, nec eorũ aliquis eſt integræ fidei, repelluntur, nec vnus aliũ ſupplere poteſt ſcripſerunt Bertaz. conſ. 41. num. 20. Dec. conſ. 133. col. pen. prope fin. Marſ. conſ. 288. n. 22. Natt. conſ. 394. nu. 18 & conſ 166. num. 12. Siluan. conſ. 91. nu. 32. Cæphal. conſ. 107. n. 11. lib. 2. Alex. conſ. 93. col. 3. verſ. nec poteſt
7 dici, lib. 6. Ratio eſt, quia (vt dictum eſt) teſtis, inhabilis alter alterum iuuare non poteſt; nanq; nemo dat, quod non habet Et te-
8 ſtis vnus, vt ſuppleat defectũ alterius, requiritur, vt ſit benè idoneus, integer, valdè dignus, nec non præſtantiſſimæ fidei, & omni exceptione maior. Alex. d. cõſ. 93. nec diſſentit Corn. conſ. 172. col. pen. n. 20. lib. 2. Aym. d. conſ. nu. 10. Gabriel d. tit. concluſ. 5. nu. 7. lib. 1. quoniam teſtes, quamuis mille quando plures patiuntur defectus, vnus non poteſt ſupplere defectum alterius nam multitudo teſtium inhabilium habet locum in ciuilibus, non autem in criminalibus. Ità Bal. in c. ad noſtrã de probat. not. in c. fraternitatis de teſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes infraſcripti nullum ad torturã faciunt inditium.*
2 *Teſtes examinati parte nõ citata, nõ repetiti, non confrõtati nec habiti pro rectè, & ritè examinatis nullum pariunt inditium, nihil probant, fumum non faciunt, nec teſtiũ nomen mœrentur.*
3 *Nec etiam coram Iudicibus habentibus poteſtatem procedendi non ſeruato iuris ordine.*
4 *Nec in cauſis, vbi omittitur ſollemnitas iuris.*
5 *Nec vbi proceditur per Informationes.*
6 *Teſtium huiuſmodi defectus in totum proſternunt eorum fidem.*

DISCEPTATIO XLVIII.

De Teſtibus examinatis parte non citata, non confrontatis, non repetitis, nec pro rectè, & ritè examinatis habitis

AD teſtium depoſitiones, qui fuerunt examinati parte non citata, nec poſtea repetiti, nec cum Reo negante obiecta crimi-
1 na confrontati, nec ab eodem Reo habiti pro rectè, & ritè examinatis Inquiſito non poteſt infligi tortura. Bart. l. fin. in fin. poſt numerũ octauum ff. de quæſt. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 2. nu. 8. ſeq. quoniam ſecundũ verã,
2 & communem opinionẽ nullum de iure pariunt inditium, nihil probant, nec nomen teſtium mœrentur. c. 2. verſ. nullius momenti. Vbi not. omnes de teſt. l. ſi quando. §. & cum oporteat. in fin. C. eo Vulg. l. de vno quoq; de re iudic. Alex. conſ. 130. in princ. Vulpell. conſ. 95. nu. 2. Clar. q. 11. verſ. Item quæro. propè fin. Afflict. ſuper ſecunda par. Conſtit. Regni. Rubr. 2. nu. 20. Clar. poſt alios, quos citat. in pract. crim. §. fin. q. 45. n. 15 & dirponit Text. cum Gloſ. & ibi not. per DD. in d. l. ſi quando. C. de teſt. & docet Bart. in d. l. fin. in vult. q. & in l. ſi quis adulterij. C. de adult. & in l. Cuſtodias. ff. de publ. Iudic. & tradit Angel. de malef. in verb. fama publica. col. 4. & alij quos refert, & ſequitur Gram. deciſ. 11. ſub nu. 7. Et ità in pract. ſeruari teſtatur Boſs. tit. de Delinquente. num. 5. poſt. eum Clar. vbi ſupra. & d. q. 11. num. 2. Vbi dicit hanc eſſe communem opinionem omnium, & ità ſeuari in pract. poſt Blanc. Gomez. & alios, quos citat, & q. 50. ſub. n. 4. poſt Innoc. c. bone. de elect. Ità dicit practicari in toto mundo. Farinac. q. 72. tract. de teſt. tit. de oppoſit. contra examen teſt. num. 92. ſeq.
3 Etiam coram iudicibus habentibus poteſtatem procedendi nullo ſeruato iuris ordine, & citra, ac contra ius, cum quibuſcunque ampliſſimis facultatibus. Idem Farinac. ibi-

4 ibidem num. 98. Etiam in causis vbi emittitur sollemnitas iuris. Boss.tit.de opposit cō
5 trà test.num.34. Et etiam vbi proceditur per Informationes. Idem Boss.d.tit.num.36. Et adest Constitutio Pauli Tertij 58. in prima par. Bullarij. vers. captum verò. Immo dd. testes nec etiam adminiculum faciunt. c. 2. Vbi Abb.num. 14. Aret.num.1. in primo notab.de test. Bursatt.cons.20.num.65. Vbi attestatur de magis communi opinione, canonizata etiā à Rota Rom.viui.opin.931. Vbi
6 quod nec fumum faciunt. Et huiusmodi defectus in totum prosternunt eorum dicta. Menoch.d.cons.98.num.15.lib.1.post Mars. & Crauett.quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Testis in sua depositione non concludens non probat.*
2 *Testis dicens vidisse v g. Tamburrum in cubiculo & non dicens, quod intus vidit vestimenta, non concludit, nec inditium ad inquirendum facit.*
3 *De furto quando dicatur constare.*
4 *Testis concludit, quando dicit. aliquem fecisse v g homicidium ad sui defensionem.*

DISCEPTATIO. XLVIIII.

De Teste in sua depositione non concludente.

Tortura non potest infligi Inquisito ad dictum testis in sua depositione nō cōcludentis; nam testis in causa criminali, & maximè ardua debet bene, & de necessitate pręcisa, & non præsumptiuè concludere, aliàs
1 non probat, & omninò à testificando repellitur. l.neq; natales. C.de probat. c.in præsentia.eo tit. Vbi Dec.in decimò tertiò notab.n. 58.l.non hoc.C.vnde cognat.l.nullum.C.de test.l.testiū.l. solā.eo.tit. Abb.in d.c. in præsentia.& in c. auditis.col.4. de pscript. Bart. & alij in l.si quando.in fin.C. vnde vi.Mars. cons.65.num.33. Bertrand.cons.114.n.5.& cons.147.num.3.vol.2. Alber.tract. de test. par.1.num.3.Tyndar.tract.eo.par.1.c.12.n. 8.tom.13.Bois.de opposit. contra test. n.47. & 79.Gram.cons.54.n.5.vol.2. Bal. in d.l. solam.C.de test.Crauett.cons.2.n.4.Vbi adducit concordantes.Nell.de S.Geminiano in tract.de test.par.2.n.29.Bertran.cons.91.nu. 3.lib.2. Vbi quod testis debet necessariò vel
2 de necessitate precisa, & non præsumptiue concludere. Vt v.g. si dicat, quod quis conducebat frumentum extra statum Ecclesiæ versus statum Vrbini, & non dicit vidisse illud introductum in d.statum Vrbini, nō con
3 cludit. Vel v. g. si dicat vidisse Tamburrū in cubiculo, si nō dicat etiā, quod intus aderant vestimenta, seù alia bona, prout necessariò requiritur, ad hoc vt dicatur de furto constare, non probat, nec etiam ad inquirendū parit inditium.d.c.in præsentia. de probat.d.l.neq; natales.eo.tit.latè Bertrand.d.cons.114.n.5.
4 vol.2. Tamen d.testis concludit absq; alia ratione, si deponat aliquem v.g. fecisse homicidium ad sui defensionem. Bois.tit. de defens. Reorum.num.30.

SVMMARIVM.

1 *Testis non cognoscens, nec nominas Reum nomine, & cognomine non probat.*
2 *Probatio testium, non autem instrumentorum in delictis attenditur.*
3 *Testes fisci possunt petere, vt eis exhibeatur Reus accusatus ad effectū ipsū recognoscēdi*
4 *Testis de necessitate pracisa debet concludere, quod Inquisitus est ille met, designando effigiem, & personam per nomē, & cognomē*
5 *Testis quando non dat signa de effigie, & vestimētis ad recognoscēdū deliquētē, nō afficit.*
6 *Testis in designando personam delinquentis, quādo dicit. quod v g habet barbā nigrā, & tamē habet barbam rubeam reijcitur.*
7 *Testis debet designare idētitatem persona.*
8 *Testis non dans signa in specie, cuius v g effigiei sit delinquens, nihil probat.*
9 *Testis non cognoscens delinquentem debet per certa signa ipsum describere.*
10 *Testis obscurè deponens tenetur de falso.*
11 *Testium verba obscura possunt intelligi tā de vno, quam de alio, & ideò non probant.*
12 *Depositio testis, quando criminaliter agitur non debet esse obscura, & dubia.*
13 *Obscuritas depositionis facit testes suspectos de falso.*
14 *Identitas persona probari debet per nomen, & cognomen.*
15 *Identitas persona, non dicitur probata per solam nominationem nominis proprij.*
16 *Pro identitate personæ vltra nomen propriū alia requiruntur demonstrationes.*
17 *Testis à principio non nominans Inquisitū, sed in vltimis suis constitutis, eius dictum non attenditur.*
18 *Testis etiam in tormentis non nominans*

Inquisitum, prout requiritur ad tollendã maculam infamiæ, non probat.

19 *Testis quando non cognoscit Inquisitum nomine, & cognomine, debet fieri confrontatio cũ tribus, vel quatuor, quãtũ fieri potest similibus d. Inquisito, aliàs non probat.*

DISCEPTATIIO L.

De Teste Reum non cognoscente.

INquisitum non potest infligi tortura ad dictum testis ipsum non cognoscentis; quoniã testis, nisi cognoscat, & nominet Reũ
1 nomine, & cognomine, nõ probat. l. ita fidei & l. nõ intelligitur. ff. de iur. fisci. Crauett. cõs. 169. nu. 4. vbi cumulat concordantes. Boss. tit. de fals. in princ. nu. 3. & Bal. per plura iura ostendit in l. fin. §. cum igitur. num. 17. vers. in
2 maleficijs. C. de iur. deliberan. Vbi reddit rationem, quia in delictis attenditur probatio testium, non autem instrumentorum, & ista
3 est communis opinio. Vt testatur Alex. in d. l. fin. nu. 9. C. de iur. deliberan. Hinc est, quod testes Fisci possunt petere, vt exhibeatur eis Reus accusatus ad effectum ipsum recognoscendi. Ità Bart. in l. cum si exhibuissent. ff. de publican. & vectigal. Glos. in l. fin. Vbi per Bart. nu. 4. in verb. cognoscunt. C. de iur. deliberan. Vt est communis opinio. Ita Alex. ibi nu. 9. Laurent. ab Oua. cons. 60. nu. 16. diuers.
4 lib. 2. Ratio est, quia de necessitate præcisa testis debet concludere, quod Inquisitus est ille met, designando effigiem, ac etiam personã per nomen, & cognomen, ad hoc vt probet identitatem personæ. Vt per plura iura ostendit Bertrand. cons. 114. num. 5. lib. 2. c. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde cognat.
5 Verũ qñ nõ dat signa, put tenetur, de effigie, & vestimẽtis ad recognoscẽdũ delinquentẽ, eius dictũ non afficit. Foller. in pract. crim. in verb. Capias informatione. n. 46. Bart. l. 1. C.
6 de mẽdic. valid. lib. 11. Et quãdo in designando personam delinquentis dicit, quod v. g. habet barbam nigram, & tamen habet barbam rubeã, reijcitur. Dec. cons. 101. col. pen.
7 Abb. c. cũ Ioannes. de fid. instrũ. Vbi quod talis testis debet designare idẽtitatẽ psonę; sed
8 non dans signa in specie, cuius v. g. sit effigiei delinquens nihil probat; quoniam si testis
9 non cognoscat d. delinquentem, debet per certa signa ipsum describere. Vt tradit Clar. q. 45. vers. sed in proposito quero. propè fin. aliter obscurè deponẽs tenetur de falso. Bart.
10 l. ea, quæ ff. de cõtrahen. empt. Ratio est, quia
11 testium verba, seù dicta obscura possunt intelligi tam de vno, quam de alio; Et ideò nõ probant. l. ità fidei. & l. non intelligitur. ff. de iur. fisci. Alex. con. 238. num. 10. lib. 6. Natt. cons. 177. n. 4. lib. 1. Nec eorum depositiones vllo modo adaptari possunt in personam ali-
12 cuius. Vnde non solum nõ debet esse obscura, & dubia depositio testis; sed etiam de necessitate concludere debet, vbi præsertim criminaliter agitur. Boss. tit. de opposit. contra
13 test. nu. 45 Nanq; obscuritas deponendi facit testes suspectos de falso. Bal. l. data opera. nu. 31. C. qui accus. non poss. quoniam clarum est in iure, quod identitas personarum probari debet per nomina, & cognomina. l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. Dec. cõs. 36. col. 3. vers. nõ obstat, quod talis. Et d.
14 identitas personæ non dicitur probata ex sola nominatione nominis proprij. Clarè ostẽdit Corn. cons. 143. col. 2. post. med. vol. 2.
15 Vbi quod vltra nomen proprium pro identitate personæ requiruntur etiam aliæ demõ-
16 strationes. Immò quando testis in principio non nominauit Inquisitum, sed in vltimis
17 constitutis suis, eius dictum non attenditur. Natt. cõs. 298. n. 7. seq. in fin. Dec. cõs. 89. n. 8 Bertaz. cõs. 28. n. 4. & cõs. 39. n. 13. lib. 1. sed
18 huiusmodi casus potius cõuenit Reo. Quinimò dicitur, q testis ẽt in tormẽtis nõ nominas Inquisitum, prout requiritur ad tollendã infamiæ maculam, vtiq; nõ probat. l. ob carmen. ff. de test. Hyppol. §. diligenter. num. 83.
19 Clar. q. 25. in princ. Deniq; dicitur, q adeò est necessaria cognitio, & nominatio personę per nomen, & cognomen, quod quando d. testis non cognoscit nomine, & cognomine Inquisitum, ad subterfugiendam subornationem confrontari debet cum tribus, vel quatuor, quantum fieri potest similibus d. Inquisito, alias eius depositio nõ valet. Dixit Clar. loquens in terminis q. 45. vers. Sed inquisitio. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Testis examinatus sine iuramento nullum facit probationis gradum, quamuis probatissimus, & grauissimus foret.*

2 *Testis etiam in causa fidei sine iuramento nõ probat.*

3 *Testis iurare debet super scriptura, aut super euangelijs.*

4 *Testis non sufficit, quod iuret intra terminũ, nisi etiam deposuerit in termino.*

5 *Testis iurare debet parte præsente, quæ eum produxit.*
6 *Testis depositio nō debet præcedere iuramētū.*
7 *Princeps non potest concedere, vt credatur testi non iurato.*
8 *Testis depositio ex duobus constituitur, nempè ex ipsius dictis, & iuramento, nec vnum valet sine altero.*
9 *Iuramētū non potest præsumi fuisse præstitū.*
10 *Iuramentum est quedam sollemnitas, quę nō præsumitur, sed probari debet.*
11 *Iuramentum probari debet, & si procederetur sūmariè, & sine strepitu & figura iudicij.*
12 *Testes omnes iurare coguntur.*
13 *Testis dictum non probat, quando non fuit redactum per aliquem publicum Notariū.*

DISCEPTATIO. LI.

De Teste sine iuramento examinato.

1 TEstis dictum sine iuramento examinati contra Inquisitum non sufficit ad torturam; quia d. testis nullum facit probationis gradum. l. solam. & l. iusiurandi. C. de test. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 81. etiamsi grauissimus, & probatissimus foret. c. hortamur. 3. q. 9. c. nuper. & c. fraternitatis. Vbi
2 Glos. in verb. iuramentis. ext. de test. Id quod procedit etiam in causa fidei. Eymeric. 3. par.
3 num. 82. §. quelibet horum. Tamen iurare debet super scriptura, vel super euangelijs. Boss. d. tit. de opposit. contra test. num. 83. Et
4 non sufficit iurari facere intra terminum, nisi etiam deposuerit in termino. Bal. & alij in l.
5 Aufidius. in princ. ff. de acquir. hæredit. Immo. debet quoq; iurare parte presente; quæ cum produxit. Boss. tit. de opposit. contra
6 test. num. 37. Et depositio non debet pręcedere iuramentum, quia non valeret. Ideò in omnibus causis principaliter est attendendū iuramentum, quod est adeò de substantia in
7 probationibus testium, quod Princeps non potest concedere, vt credatur testi non iura-
8 to. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 82. Nam testis depositio ex duobus constituitur, idest ex ipsius dictis, & ex iuramento; nec vnum valet sine altero. c. fraternitatis. de test. l. iusiu
9 randi. Vbi not. omnes C. de test. Nec dici potest, præsumi fuisse præstitum; quia Iuramē-
10 tum est quædam sollemnitas extrinseca, quę non præsumitur, sed probari debet. Abb. in c.
11 tuis. in fin. de test. Et id habet locum, etiamsi procederetur summariè, & sine strepitu, &
12 figura iudicij, quoniam omnes testes coguntur iurare. Abb. & alij c. testimonium. de test.
13 Spec. eo. tit. §. 4. Et testis nullam probationē facit, quando eius dictum iuratum non fuit per aliquem publicum Notarium redactum, prout requiritur. Not. in c. quoniam contra. de probat. Foller. in pract. crim. in verb. Et si comparent ante contumac.

SVMMARIVM.

1 *Testis plenè, idest in specie factum non deponens nullam facit probationem.*
2 *Testis in criminalibus debet clarè, & specificè factum narrare.*
3 *Testis deponens super diuerso facto coniecturam inferente, debet etiā deponere ad quē effectum illud factum fuit executum.*
4 *Puella, quando dicitur, quod fuit euacuatus sanguis è pedibus, debet dici ad quē effectū.*
5 *Partus vt dicatur aspersus, testis dicere debet, quod puellæ fuit è pedibus extractus sanguis pro aspersione partus.*
6 *Testis non attenditur, quando dicit, quod factum Rei habet admixtum factum partis.*

DISCEPTATIO. LII.

De Teste plenè factum non deponente.

1 INquisitio ad dictum testis plenè factū non deponentis, idest in specie nullo modo potest infligi tortura; quoniam d. testis nullā prorsus facit probationē. Glos. in l. Iulius. in verb. debeant. ff. de infam. Natt. post Bal. quē
2 allegat cons. 177. n. 6. Ratio est, quia testis in criminalibus debet clarè, & specificè factum narrare, & non v.g. per relationem ad aliud examen ob magnitudinē præiudicij. Castrēs. cons. 168. vol. 1. in secundo dub. & eleganter
3 scribit Bal. in d. l. Iulius. nu. 5. ff. de infam. Et quando deponit super diuerso facto coniecturam inferente, debet etiam deponere ad quem effectum illud factum fuit executum alias non concludit: Ratio est, quia (vt aliàs
4 dictum est,) debet testis in criminalibus de necessitate præcisa concludere, aliàs nō probat. Bertrand. cons. 124. n. 5. par. 2. Gram. cōs. 65. nu. 8. in crim. Et ad maiorem intelligentiam huiusmodi datur casus; Quando testis dicit, quod puellæ fuit euacuatus sanguis è pedibus; vt concludat dicere etiā debet, quod san-
5 guis fuit extractus p aspersione partus, aliàs partus non dicitur aspersus. Immò etiam dicitur, quod quando testis dicit, q factum Rei

habet admixtum factum partis, d. testis non attenditur. Zuccard. post Ias. quem allegat in l.fin.in Glos.in verb.vitiatum.in fin.num. 293. de Edict. Diu. Adrian. tollen.

SVMMARIVM.

1 *Testis rationem, seù causam sui dicti non reddens, vt tenetur, non probat.*

2 *Ratio est illa, quæ dat esse testimonijs.*

3 *Testis debet reddere rationem quomodo v.g. scit, & cognoscit Titium esse vulnerantē.*

4 *Testis si in criminalibus non reddat rationē, quomodo v.g sciat, quod ille qui deliquit, sit Titius, non probat.*

5 *Testis si in ciuilibus tenetur reddere rationē cognitionis, ergo & in criminalibus, etiā non interogatus.*

6 *Testi debet esse notus ille, de quo deponit.*

7 *Testis non reddens rationem sui dicti, prout necessariò requiritur, vti suspectus de falso puniri potest.*

8 *Testis non interogatus de ratione sui dicti an probet.*

9 *Testis non tenetur reddere rationem in ijs, quæ sensu corporeo percipi possunt.*

10 *Testis debet deponere per sensum corporeum.*

11 *Testis non tenetur reddere rationem in ijs, quæ sunt facti sensibilis, quæ intuitiuè comprehenduntur.*

12 *Testis tenetur reddere rationem sui dicti in ijs, quæ sunt iuris, in quibus ratio debet esse coniuncta cum sensu de necessitate.*

13 *Testes reddentes rationem præualent testibus eam non reddentibus.*

14 *Redditio vna vera causæ præponderat causa præsumptiuè.*

15 *Ex teste in ijs, in quibus concluditur solum per viam iuris, & rationis, & non per sensum verum corporeum sine redditione causæ non resultat probatio.*

DISCEPTATIO LIII.

De Teste rationem sui dicti non reddente.

DEpositio testis non reddentis bonam rationem, seu causam sui dicti, prout ne-
1 cessariò tenetur, contra Inquisitum non est sufficiens ad torturam; quia non probat. Bart. l.cum hi. §. vltimo igitur. n.3. de transact. Salyc. in l. Solam. de test. C. de test. in 3. par. nu. 1. Muscatell. in pract. crim. pag.
2 mihi 110.n.26. Marant. tract. de test. n.9. in fin. Ratio est, quia d. ratio est illa, quæ dat
3 esse testimonijs. Bal.tract. de test. par.3.n.1. Et vt melius intelligatur, dicitur, quod testis debet reddere rationem, quomodo scit, & cognoscit v.g. Titium esse vulnerantē; quo-
4 niam in criminalibus nisi reddatur ratio, quomodo testis sciat, quod ille qui deliquit, sit d. Titius, licet dicat vidisse Titium tale deli-
5 ctum facere, non probat. Tradit Bart.tract. testimoniorum. in vers.rem aliquam. Etsi in ciuilibus tenetur testis reddere rationem cognitionis, ergò & in criminalibus etiam non interogatus. Hyppol.§. diligenter. n.81. tradit.Glos.l.3.§. ideò. ff.de test. Salyc.l.fin. C. de probat.propterea à testimonio repellitur. Bart.d.l.cum hi §.vltimo igitur.n.3. de tran-
6 sact. Afflict.decis.361.n.34. Et ideo testi debet esse notus ille, de quo deponit. Et non
7 reddens rationem sui dicti, prout necessariò requiritur, vti suspectus de falso repellitur, & puniri potest. Bal.in l.Arethusa.col.1.vers. & nota. ff.de stat. homin. cum alijs adductis per Brun.cons.115.n.2.diuers.lib.2. Et quā-
8 uis per aliquos DD. dicatur, quod testis, vbi potest, debet reddere rationem, & causam sui dicti, si sit interogatus, aliàs eius depositio valet sine redditione causæ. Vt Glos. 4. q.3.§.Itē solam. & l.de pupillo.§.qui opus, ibi idcirco non exigitur.ff.de no.op.nunciat.
9 & Bart.in Auth.de test. §. & licet.n.5. Tamē hoc ex mea sententia verum in his, quæ sensu corporeo percipi possunt; puta si testis dicat, Titium dominum talis rei, tunc nō pro-
10 bat, nisi reddat causam dicti sui, posito, quod de causa non interogetur: Ratio est, quia testis debet deponere per sensum corporeum. Vt Bart.in d.Auth.de test. § & licet.nu 6. alleg.l.qui in te, in fin.de testam. col.1.2. responsō. ff.de his, quæ in testam. del. facit quod not. in l. testi. C. de test. & ibi per DD. Sed cum testis dicit, talis est Dominus, non percipit id sensu corporeo, sed per intellectum, & tūc testificetur de eo, quod est ius non de eo, q consistit in facto. Vt Bart. in d. §. & licet. in d.Auth. de test. Ità determinauit Innoc. in c. cum causam.ext. de test.& spec.in tit.de test. §. nunc tractandum.vers. vt autem pleniusq; ad vers. porrò testimonium, seu probato-
14 rium non requirit causam, si testis non interogetur de causa in his, quæ sensu facti sen-
12 sibilis, quæ intuitiuè comprehenduntur. Nō dico in his, quæ sensu iuris, in quibus ratio debet esse coniuncta cū sensu de necessitate,
13 aliàs non fit probatio. Vt d. Innoc. in d. c. causam

cauſam. Hic tamen notandũ eſt, quod duo teſtes reddẽtes legitimam rationẽ prævalent, & præponderant totidem teſtibus dicentibus vera eſſe, tamen non interogatis de cauſa.
14 Vna vera redditio cauſæ præponderat cauſæ preſumptiuæ. In ijs autẽ in quibus concluditur ſolum per viam iuris, & rationis, & nõ per ſenſũ verũ corporeũ, eſt certũ, quod ſine redditione cauſæ nõ reſultat teſtiũ probatio. Vt Innoc. in d.c. cauſã. Ioann. Mille. in pract. crim. in verb. quartus teſtis. num. 23. vſq; ad numerũ vigeſimũ octauum pag. mihi 35.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis allegans, detegens, ſeu deponens turpitudinem ſuum non eſt audiendus.*
2 *Teſtis non tenetur reſpondere interogatorijs turpitudinem ſuam continentibus.*
3 *Teſtis tenetur reſpondere interogarijs eius inhabilitatẽ ad teſtimoniũ cõtinentibus.*
4 *Teſtis non tenetur reſpõdere ſi ſit peccata ſua confeſſus, vel non.*
5 *Teſtis ſi confiteatur crimen credetur ipſi.*
6 *Teſtis non tenetur reſpondere interogatorijs impertinentibus, incongruis, ſuperfluis, & extra articulos.*
7 *Interogatoria in dubio ſunt iudicanda non impertinentia.*
8 *Teſtis ſi ſit ſuſpectus poteſt interogari etiam de circumſtantijs non ſubſtantialibus.*
9 *Iudex vtcunq; modis poteſt inquirere veritatem, vt teſtem mẽdacijs, & contrarietatibus intercipiat.*
10 *Teſtis, qui ſit ſuſpectus, Iudicis arbitrio remittitur.*
11 *Interogatoria an ſint impertinentia, ante omnia diſcuti debet.*
12 *Interogatoria non poſſunt remitti ſaluo iure impertinentium.*
13 *Interogatoria in aliquibus Tribunalibus, antequam præſententur, per Aduocatum Fiſcalem reuidentur.*

DISCEPTATIO LIIII.

De Teſte ſuam turpitudinem detegente.

Tortura non poteſt infligi Inquiſito ad dictum teſtis allegantis, ſeu detegentis
1 turpitudinem ſuam; quia talis teſtis non eſt audiendus. l. cum profiteatis. C. de reuocat. donat. l. ſi creditoribus. de ſeruo pigno. dat. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 37. nu. 5. verſ. hoc autem. Rot. Rom. Veneta donationis coram R. P. D. Burſatto die Veneris 7. Nouembris 1614. c. inter dilectos. de dona. & ibi Gloſ.
2 adducit alia iura concordantia. Et ideò dicitur, quod teſtis, quando examinatur, non tenetur reſpõdere interogatorijs eandem turpitudinem continentibus, vt eſt crimen, infamia, excommunicatio, & ſimilia; Sed ſi con-
3 tineãt eius inhabilitatem ad teſtimonium, tenetur reſpondere; vt eſt paupertas, conſanguinitas, ſeruilis conditio, & ſimilia; Et hæc
4 communis opinio DD. Nec etiam tenetur reſpondere, ſi ſit cõfeſſus peccata ſua, vel nõ.
5 Farinac. de teſt. q. 13. nu. 54. Si tamen teſtis confiteatur crimen, credetur ipſi. Fœlyn. in c. cũ cauſã. de teſt. Præterea nõ tenetur teſtis
6 reſpondere interogatorijs impertinentibus, incongruis, ſuperfluis, & extra articulos; & ſi dicat, ſe neſcire, talis depoſitio non vitiatur Spec. tit. de teſt. §. Iam de interogatorijs.
7 Farinac. vbi ſupra latè num. 84. In dubio autem Interogatoria iudicanda ſunt non impertinentia. Franc. in c. præſentium. §. 1. de
8 teſt. in ſexto. Si tamen teſtis eſſet ſuſpectus poteſt interogari de circumſtantijs non ſub-
9 ſtantialibus, & quibuſcunq; modis inquirenda eſt veritas per Iudicẽ, qui laborare debet, vt teſtem mendacijs, & contrarietatibus in-
10 tercipiat. Gloſ. in d. c. cum cauſam. Et Iudicis arbitrio remittitur, qui teſtis ſit ſuſpectus
11 ſecundum Bal. ibi Farinac. num. 52. Et interogatoria an ſint impertinentia ante omnia
12 diſcuti debet, & non poſſunt remitti ſaluo iure impertinentium. Fœlyn. in c. per tuas de
13 teſt. Et in Curia Archiepiſcopali Neapol. antequam præſententur reuidentur per Aduocatum Fiſcalem, nec fiunt ſuper articulis repulſæ, & qui illa dat, tenetur ſoluere mercedem Notario. Vt patet ex ritu d. Curiæ Archiepiſcopalis Pract. Archiepiſcopale Neapol. c. 27. pag. mihi 31. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non deponens directè ſuper maleficio, ſed ſuper indicio ad maleficium nõ ſufficit ad torturam.*
2 *Teſtis deponens ſuper circumſtantijs delicti, & non ſuper delicto non facit inditium ad torturam.*
3 *Teſtis vnicus etiam in tortura immediatè deponens ſuper delicto non facit inditium ad torturam, ſi aliquam etiam minimam patiatur exceptionem.*

DISCEPTATIO LV.

De Teste non deponente directè super maleficio.

1 TEstis, qui nõ deponit directè super maleficio, sed super inditio ad maleficium, eius depositio non sufficit ad torquendum Inquisitum. Bart. l. fin. C. famil. hercisc. col. fin. ff. de quæst. Alex. conf. 1 num. 3. conf. 5. n. 1. conf. 11. in 4. conf. 180. in 2. Dec. c. tertio
2 loco num. 15. de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. conf. 35. num. 6. Nam deponens super circumstantiis delicti, & non super delicto, vel facto non facit inditium ad torturam. Clar. q. 21. vers. mendacium. Rolan. qui alios
3 citat, conf. 3. nu. 53. vol. 3. Imò dicitur, quod testis vnicus etiam in tortura immediatè super delicto deponens non facit inditium ad torturam, si aliquam etiam minimam patiatur exceptionem. Angel. l. fin. C. de quæst. Lanfranc. tract. de test. num. 74. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Testis non potest deponere cum Clausula, seu dictione In circa.*
2 *Testis debet deponere clarè, & specificè, & non ambiguè.*

DISCEPTATIO LVI.

De Teste deponente cum clausula In circa.

INquisito non potest infligi tortura ad dictum testis deponentis cum clausula, seù
1 dictione In circa, quoniam nullum prorsus facit inditium. Butr. c. fin. de desponsal. Impuber. Curt. Iun. conf. 144. num. 4. Bertaz. conf. 461. n. 10. Ratio est, quia debet clarè, specificè deponere, & non ambiguè. spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod testes sũt varij.

SVMMARIVM.

1 *Testis impersonaliter loquens non probat.*
2 *Fama debet habere originẽ ab honestis personis.*

DISCEPTATIO LVII.

De Teste impersonaliter loquente.

AD depositionem testis impersonaliter loquentis Inquisito non potest infligi
1 tortura; nam testis deponens v. g. audiuisse in Vicinatu, cum impersonaliter loquatur, non probat. Dixit Bart. l. de minore. §. plurium quoq; num. 25. ff. de quest. reddit ibi rationem, quia fama debet habere originem ab honestis personis, & non potest sciri, nisi manifestentur personæ. Allegat Innoc. in c. qualiter, & quando de accusat. Natt. conf. 18. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui ob reuerentiam à testificando repellitur, etiam examinatus nullum parit inditium.*
2 *Filius deponens contra patrem, matrem &c. non facit inditium.*
3 *Laicus ob reuerentiam, quam debet sacerdoti, à testificando contra ipsum repellitur.*

DISCEPTATIO LVIII.

De Teste, qui ob reuerentiam à testimonio repellitur.

1 QVi ob reuerentiam à testificando repellitur, etiam examinatus contra Inquisitum, nullum ad torturam parit indiciũ. Allegatur Text. in l. 1. §. Diuus. el primo ff. de quæst. Dec. c. Atsi clerici. nu. 67. de test.
2 v. g. si quis filius deponit contra patrem, matrem, vel Victricum l. parentes. C. de test. Imol. c. dilectorũ. de test. cogen. Blanc. tract.
3 de indit. num. 345. Prout idem quoq; dicitur de laico, qui ob reuerentiam, quam debet Sacerdoti, à testificando repellitur.

SVMMARIVM.

1 *Testis inebriari solitus à testimonio repellitur, quamuis tẽpore testimonij nõ sit ebrius*
2 *Ebrius reputatur vilis, & infamis.*
3 *Ebrius ad testificandũ inductus nihil probat*
4 *Ebrius nescit quid loquatur, & furioso, & ignoranti æquiparatur.*
5 *Ebrius reputatur alienus à mente.*
6 *Ebrius dicitur blandus Demon.*
7 *Ebrius est immunis à delicto it in causa hæresis*
8 *Ebrius potest excusari, quod delictum cõmisit inscié, & inuitè.*
9 *Ebrius nec ad querelandum admittitur.*
10 *Accusatio, & testificatio æquiparantur.*
11 *Ebrius à testificãdo, & accusando repellitur.*

DI-

DISCEPTATIO LVIIII.

De Teste inebriari solito.

1 TEstis inebriari soliti depositio contra In-
quisitum nullum ad torturam facit in-
ditium; quoniam à testificando repellitur, &
quod tempore testimonij non sit ebrius. Fa-
2 rinac.q.56.n.436. Ratio est, quia tale genus
hominum reputatur vile, & infame. Anton.
Gomez.varia.resolut.tom. 3. c.12. Rubr. de
probat.delict.nu. 18.in fin. Per Text. quem
allegat in §. fin Instit. tit. de success. sublat.
3 Immo Ebrius etiam ad testificandũ inductus
nihil probat. Dec. c. placuit, nu. 8 de test. D.
Campeg.tract.de test.reg.117.in fin. Vbi red-
4 dit rationem, quia Ebrius nescit, quid loqua-
tur, & furioso. & ignoranti æquiparatur. l. 1.
§. furiosus. ff. de act. & obligat. c. sanè. 15. q. 1.
Abb. in c. a crapula. de vit. & honest. Cler.
Idem Abb. in c. fin. nu. 6. de maledict. Et non
5 solum reputatur alienus à mente, sed etiam
vilis, & infamis. Tiraquell. tract. de pœn.
temperan. caus.6.n. 8. D. Campeg. d. tract.
Mascard. de probat. conclus. 579. lib. 2. nu. 1.
& conclus. 1358. num. 8. lib. 3. Vbi alios cō-
6 cordantes refert. Et iure optimo quidem ad
testificandũ non potest admitti; quia Ebrius
dicitur blandus Demon. Teste Diuo Augu-
stino ad sacram Virginem. Quibus quidem
7 de causis d. Ebrius est immunis à delicto etiã
in causa hæresis; secus erit, si prorsus non erit
ebrius. c. sanè. c. inebriauerunt. 15. q. 1. l. om-
nes. § per vinum. ff. de re milit. l. respiciendũ.
§. delinquunt. de poen. Simanc. Enchirid. tit.
8 47 de Defensio num 14. Vnde ex Euripidis
sententia potest excusari, quod delictum cō-
misit inscię, & inuitè. Vulpell. cons. 23. n. 3.
Quarè non solum ad querelandum non ad-
9 mittitur. Corrad. in pract. de accusat. nu. 14.
Vbi quod accusatio, & testificatio æquipa-
rantur, sequitur Farinac. tit de accusat. n. 37.
q. 12. sed nec ad testificandum, Dec. d. c. pla-
cuit. Monticell. in suo Repert. in verb. Ebrius
Idem dici debet de ebrio accusatore.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo minus idonei etiam in causa hæresis plenam non faciunt fidem.*

2 *Testes duo minus idonei in causa hæresis sufficiunt solum ad præsumptionem, vel ad aliqualem probationem faciendam, seu ad pœnam extraordinariam imponendam.*

3 *Socij duo criminis nunquam sufficiunt ad pœnam ordinariam imponendam.*

4 *Testes inhabiles, seu minus idonei etiam in causa hæresis non sufficiunt ad pœnam ordinariam, sed ad aliam mitiorem arbitrio Iudicantis.*

5 *Testes duo minus idonei, seù inhabiles ad torturam non sufficiunt.*

DISCEPTATIO LX.

De Testibus duobus minus idoneis.

TOrtura non potest infligi Inquisito ad
depositiones duorum testium minus
idoneorum etiam in causa hæresis, vt sunt
excommunicati, periuri, Socij criminis, infā-
mes, ac aliàs Inhabiles. & minus digni; quo-
1 niam plenam non faciunt fidem: Nec etiam
in alijs criminibus exceptis; cum non suffi-
2 ciant ad plenam probationem faciendam,
vel ad pœnam delicti ordinariam imponen-
dam, sed ad præsumptionem tantum, vel ali-
qualem probationem faciendam, aut pœnã
extraordinariam imponendam. Abb. c. per
tuas. num. 4. de Simon. Fœlyn. in c. testimo-
nium. num. 22. de test. Ias. in l. 4. §. si tibi ob
indutum. num. 4. ff. de condit. ob turp. cau-
sam. Marl. in pract. crim. §. diligenter. nu. 56.
Gondisal. Instit. tit. 64. num. 36. Ioan. Roias
singul. 189 num. 11. Aret. c. fin. in fin. de test.
Aluer. de agnoscen. assert. q. 34. nu. 3 Clar. in
pract. crim. §. fin. q. 21. vers. Sed pone. Vbi in
multis alijs delictis ita seruatum testatur:
nunquam enim ob dicta duorum sociorum
criminis pœnam ordinariam impositã dicit.
3 Ex quibus infertur, quod duo testes inhabi-
les, & minus idonei etiam, in crimine hæresis
4 non faciunt plenam probationē; ac proinde
Reus non punitur pœna ordinaria, sed alia
mitiori arbitrio Iudicantis. Quod nō obscure
videtur iudicari in c. in fidei fauorem, dum
ait, Ex numero testium, quasi diceret ex mul-
titudine testium. Director. Inquisit. 3. par.
5 pag. mihi 306. cōm. 113. col. 1. & 2. Sed ego
aliter sentio quoad torturam; tum quia ad
ipsam infligendam non solum requiruntur
etiam in huiusmodi crimine testes omni ex-
ceptione maiores (vt aliàs dictum est) sicut
ad condemnandum. l. qui vltimo. in fin. ff. de
poen. quam allegat Batt. in l. cunctos populos,
& declarat ibi Ias. num. 51. in fin. Farinac. q.
37. num. 58. & q. 56. num. 121. Mantua. cōs.
67. num. 37. seq. Marc. cons. 63. nu. 13. seq.

Sed

Sed etiam quia quanto crimen est grauius, & atrocius, tanto inditia debẽt esse grauiora, & vrgentiora. c. Vbi periculum. de elect. in sexto Rolan.cons.361. nu.32. vol. 3. Vltra quod defectus quilibet, aut macula, seù exceptio etiam minima (vt aliàs dictum est) aut in dicto, aut in persona testis impedit torturæ effectum. Rolan. cons.7.nu.3.& 10.& cons.24.num.2. Clar. q.21.vers.vnus testis. & q.22. vers. vnum tamen, post alios quos allegat.l.1.§. Idem Cornelio.l. maritus. Vbi Glos.in verb.illicitè. in fin.ff.de quæst.

SVMMARIVM.

1 *Testis perpetuò inhabilis, seù infamis nunquam, nec in quibusuis delictis exceptis ad testificandum admittitur.*

2 *Testis non perpetuò inhabilis, sed simpliciter inhabilis in occultis, & quando veritas aliter haberi non potest ad testificandum admittitur.*

3 *Testis, qui omninò à testificando repellitur, quamuis examinatus, & veritas aliter haberi non possit, ad torturam non parit inditium.*

4 *Testis præfatus etiam in mortis articulo non semper præsumitur dicere verum.*

5 *Testis quamuis in mortis articulo præsumatur dicere verum, id non procedit in præiudicium tertij.*

DISCEPTATIO LXI.

De Teste perpetuò inhabili, seù infami.

AD dictum testis perpetuò inhabilis, seù infamis; prout v.g. est bannitus, qui armauit in campanea incomitiua aliorum
1 bannitorum, vel solus, Inquisito non potest infligi tortura; quoniam vti homicida, vel tanquam perpetuò infamis à testificando repellitur. Vt cantat Constitutio Pij Quinti in Bullario par.2 fol.937. quæ loquitur etiã quoad homicidas per viam gratiæ, vel iustitiæ remissos. Quo casu subintrat Constitutionis dispositio Sixti Quinti 6. in ordine, de qua in Bullario par.2.fol.375. quæ declarat præfatos tanquam reos criminis læsę maiestatis rebelles, & infames perpetuò fore &
2 esse. Nec valet, si dicatur, quod sumus in crimine occulto, in quo aliàs veritas haberi non potest, & ideò testes inhabiles, & infames esse admittendos; quia non sumus in testibus simpliciter inhabilibus, & infamibus, sed in testibus, qui omninò à testificando repelluntur. Quo casu etiam quod examinati, & ve-
3 ritas aliter haberi non possit, non pariunt inditium ad torturam. Fœlyn.in c.cum dilecti. num.10. seq.de accusat. Riminal. cons.361. nu.9.& 45.lib.3. Mars.singul.197.post med.
4 Nec etiam valet, si dicatur, præfatos testes in eorum dictis perseuerasse vsq; ad mortem; quia non semper præsumitur quis dicere verum in mortis articulo. Gram. decis. 42.sub
5 num.9.& decis.56.nu. 12. Et quatenus præsumatur quis dicere verũ in mortis articulo, id non procedit in præiudicium tertij. Bart.l. si quis. §. si quis moriens. ff. ad Sillan. Menoch. cons.39.num.44.vol.1. Cæphal.cons. 276. num.34. seq. lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Testes venientes contra Instrumentũ Notarij debent esse omni exceptione maiores.*

2 *Præsumptio iuris cum sit pro Notario, liquidè debet constare de falsitate contra eum.*

3 *Præsumptio iuris, cum sit contra Fiscum, & dd.testes, ideò fortiores pro Curia probationes requiruntur contra Notarium.*

4 *Testes contra Notarium debent torqueri maximè quando sunt viles, & suspecti de falsitate.*

5 *Testes non debent esse inferioris conditionis, quam sit Notarius.*

6 *Testis instrumentarius si neget, se fuisse præsentem instrumẽto nec Notarius, nec testis possunt puniri; Sed ambo sunt absoluendi.*

7 *Testes instrumentarij debent examinari pro instrumẽto, aliàs sumus in dubio, an essent probaturi, vel non.*

8 *Testes instrumentarij deponentes contra instrumentum, quando probatur contrarium per duos, nihil faciunt.*

9 *Testes axtra instrumentum reprobantes illud in aliqua parte, opus est, vt deponat super toto eius tenore.*

10 *Testes præfati si de toto Instrumenti tenore nõ recordantur, videtur obliuisci de alijs eius partibus.*

11 *Testes non descripti in instrumento si cõtradicant, non præiudicant si adsint alij duo pro instrumento in quibus fides ipsius cõsistit, quia Instrumentum habet debitum numerum testium.*

DI-

DISCEPTATIO LXII.

De Testibus contra Instrumentum Notarij.

NOtarius non est torquendus ad depositiones testium venientiũ contra Instrumentum ab ipso rogatum: nam vt dd. testes possint reprobare d. Instrumentum infrascripta requiruntur.
1 Primo quod sint omni exceptione maiores. l. optimã. C. de contrahen. & committen. stipulat. Alex. cons. 53. col. 1.
2 lib 7. & cons. 43. vol. 4. col. 5. Accedente maximè iuris presumptione pro Notario; adeò quod liquidissimè constare debet de falsitate contra eum. Glos. & DD. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. Ias. in l. singularia. col. 20. vers. cõfirmo etiam prædicta. ff. si cert. pet.
3 Et cum præsumptio iuris sit contra Fiscum, & dd. testes, fortiores pro Curia requiruntur probationes contra Notarium, quam alias essent necessariæ cessante ista præsumptione. c. quia verisimile. Vbi Abb. in secundo notab. de præsumpt. Crauett. cons. 75. num. 12.
4 Secundo quod dd. testes torqueantur, maximè quando sunt viles, & suspecti de falsitate. Bal. cons. 37. lib. 1. loquens in proprijs terminis. Per Text. in l. vbi. C. de fals. refert, & se-
5 quitur Natt. cons. 391. n. 5. Tertio quod non sint inferioris conditionis, quam sit Notarius d. l. optimam. Abb. c. tertio loco. de probat. & in c. cum Ioannes. per illum Text. de fid. instrum. latè Ias. cons. 135. vers. duodecimo fa-
6 cit. lib. 2. Quarto quod testis instrumentarius non neget, se fuisse presentem instrumento, quia si neget, nec Notarius, nec testis puniri possunt, sed ambo sunt absoluendi, quando criminaliter agitur: Clar. communem dicens in §. falsum. vers. pone, testis negat; nec dissentiunt Rom. in l. 1. §. eadem. n. 17. & plur. seqq. ff. de verb. obligat. Fœlyn. in d. c. cũ Ioannes. nu. 45. de fid. instrum. Alex. cons. 65. per totum lib. 2. Capic. decis. 94. num. 3.
7 Quinto quod testes instrumentarij examinentur pro instrumento, aliàs si non examinentur, sumus in dubio, an essent probaturi instrumentum, vel non. Ità Bal. cons. 228. lib. 2. Esset enim absurdum, quod illa præsumptio, quam habet illud instrumentum ex illis testibus expressè non contradicentibus habeat eandem vim, quam clara probatio,
8 quæ fit per testimonia expressa. Sexto quod tres testes instrumentarij qui deponunt contra instrumentum, quando probatur contrarium per duos, nihil faciunt, nam plus creditur duobus ad fauorem instrumenti, quam mille facientibus contra, Vt per Ias. cons. 20. num. 8. lib. 1. & cons. 178. nu. 1. lib. 2. Boer. decis. 23. num. 93. seq. & decis. 100. num. 5.
9 Septimo quod testes extra instrumentum, quando nesciunt contenta in eo, nec formam illius, volẽtes ipsum reprobare in aliqua parte deponant super toto eius tenore, aliàs nihil probant. Ità Bal. cõs. 21. col. 2. lib. 4. Alex. cons. 33. col. fin. vers. & etiam tertius testis. lib. 3. Per Text. cum Glos. in l. Lutius. ff. de
10 infam. Aliàs enim, si de toto tenore non recordantur, ità videtur obliuisci de alijs par-
11 tibus instrumenti. Verum benè aduertat Iudex, quod dd. testes non descripti in instrumento, si ipsi contradicant, non præiudicant, si in dicto instrumẽto adsint alij duo, in quibus fides ipsius consistit, quia d. instrumentũ habet debitum numerum testium. l. Vbi numerus. C. de fid. instrum. Alij autẽ qui sunt supra numerum contradicentes non eneruãt fidem instrumenti. Ità Bart. in l. 1. §. si quis neget. col. 1. & in l. cum Tabulæ. ff. de secũdis Tabulis. Dec. cons. 101. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Testis vilis à testimonio repellitur.*
2 *Testis vilis non dicitur idoneus testis.*
3 *Testis vilis quando in aliqua causa ardua admittitur, non admittitur sine tortura.*
4 *Vilitas personæ est iusta causa torquẽdi testẽ.*

DISCEPTATIO LXIII.

De Teste vili.

INquisitus non potest torqueri ad depositionem testis vilis, obscuri, & vilem artẽ
1 exercentis; quoniam à testimonio repellitur, & maximè in exceptis, & in causa ardua, & capitali. Argum. l. affinitatis. ff. de inius voc. Abb. de Malef. in tract. de test. n. 36. Vulpell. cons. 13. nu. 9. §. sancimus. de test. Alex. cons. 238. vol. 6. in princ. Vulg. Glos. in §. si verò absint. in verb. substantiam. in Auth. de hæred. & Falcid. Vulpell. cons. 99. num. 17. cõs. 237. vol. 6. in princ. Dec cons. 310. nu. 5. Bal. in l. fin. col. pen. in 4. q. C. de Edict. Diu. Adrian. Tollen. Alex. post alios, quos allegat. cons. 507. vol. 6. in princ. Ioan. de Amic. cons. 87. nu. 8. seq. Vbi quod talis testis pœnitus repellitur, & in indiuiduo scribit Rolan. cons. 24.
2 num. 64. seq. quia non dicitur idoneus testis. Bal.

Bal. in l. etiam. col. fin. in fin. C. de test. d. Bal. in Auth. si dicatur. col. fin. C. de test. & in l. milites. C. de quaest. Gram. decis. 11. num. 4.
3 Et quando in aliqua causa est admittendus, non admittitur sine tortura, si aliàs non sit honestae vitae. Text. in l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Cyn. in l. fin. nu. 5. vers. si queratur. C. de quaest. Bal. in d. l. milites. nu. 5. ad fin. vers. sed vt torqueatur testis. C. eo. dixit, quod iusta causa torquendi testes, est vilitas personae. Alber. de Malet. tract. de test. num. 69. Ias. l. cunctos populos. num. 47. in secunda lectura. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Zabar. post numerum nonum vers. si verò in alios. Farinac. q. 79 num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Transactio cum sit de iure, non dicitur quis ob ipsam fateri crimen.*
2 *Transactio cum sit de iure, ex ea non oritur confessio, nec successiuè inditium.*
3 *Transactio non dicitur confessio expressa, nec tacita nec praesumpta.*
4 *Transigens in casibus à iure permissis non videtur fateri crimen.*
5 *Transactio nullũ ad torturã facit inditium.*
6 *Ex trãsactione in casibus vetitis facile oritur confessio cum quo transigere videtur.*
7 *Transigens quãuis confiteatur promisisse pecuniam pro obtinenda pace ad torturã sibi non facit inditium.*
8 *Transigens vt se à molestijs Curiae eximat non fatetur delictum.*

DISCEPTATIO LXIIII.

De Transactione facta de crimine.

Ob transactionem ab Inquisito de crimine factam eidẽ non potest infligi tor-
1 tura; quia est permissa de iure; & non dicitur ob ipsam d. Inquisitus fateri crimen. l. transigere. Vbi not. omnes. C. de transact. Vnde
2 cum transactio sit de iure concessa, ex ea non oritur confessio, nec successiuè inditiũ, quod
3 est eius pars: Nec dicitur confessio expressa, nec tacita, nec praesumpta secundũ DD. opinionem. De qua per Cyn. Bal. Castren. Alex. & Ioan. Fabr. in l. transigere. C. de transact. cum alijs per Gabriel. lib. 7. conclus. 23. n. 1. seq. Foller. in pract. crim. in verb. Et si confi-
4 tebuntur. lib. 1. nu. 145. Quinimò transigens in casibus à lege permissis nõ videtur crimen
5 fateri, nec ex eo ad torturam insurgit inditiũ. In casibus verò vetitis facilè oritur cõfessio,
6 cum quo transigere videtur. Clar. lib. 5. sent. §. fin. verb. Pax. num. 27. Vbi de communi testatur Nouell. tract. de defens. nu. 120. Bal. l. furti. §. pactus. ff. de infam. Bofs. in pract. tit. de pace. nu. 23. cum Bal. c. 1. §. iniuria. nu. 15. de pace, iuram. firmar. Ex quorum dictis ea crebrior elicitur sentẽtia quandocunq; oriatur inditiũ, vel probatio, nisi cum in casibus vetitis pecunia interueniente fit transactio: Sed Vulpell. concludere videtur, quod transactio in vetitis casibus, aut pax super certo delicto facta ad condemnationem sufficiat. In delictis verò, & in generali pace, in qua ad species non fit deuentum, ad torturã non facit inditiũm, quod vltimum, si pacem praecedat diffamatio, magis equidem probatem iuxta sentẽtiam Iodoc. Btug. in Enchir. crim. de pace. nu. 9 & pluries in facto seruatũ fuit.
7 Vulpell. q. 27. num. 1. Ego verò dico, quod transigens, quamuis confiteatur promisisse pecuniam pro obtinenda pace, non ob id ad torturã facit inditium; quia potuit id fecisse animo redimendae vexationis. Bal. c. 1. §. in-
8 iuria. nu. 15. de pace iuram. firman. Vulpell. q. 27. nu. 4. Prout etiam dicitur de transigẽte cum Fisco, vt se eximat à molestijs Curiae, & à longo carcere, non fatetur delictum. l. furti. §. pactus. ff. de his, qui not. infam. Alex. & alij in l. transigere. C. de transact. Blanc. de indit. num. 309.

SVMMARIVM.

1 *Minae cum non habeantur pro iniurijs non possunt trahi ad poenam.*
2 *Mina vilium personarum non attenduntur, maximè quãdo nõ sunt soliti illas exequi.*
3 *Lingua lubricum facilè non debet trahi ad poenam.*
4 *Offensio non dicitur facta alicui ob aliqua minatoria verba.*
5 *Minae quando fuerũt factae ab aliquo, excusantur ob ignorantiam ipsius.*
6 *Iracundiae calor excusatur, quando prouenit ex iusta perturbationis causa.*
7 *Verba minatoria, quando per iram sunt prolata, nullius sunt momenti.*
8 *Verba iniuriosa non prolata in specie non concludunt.*
9 *Minarum inditium cum sit remotum à delicto, vt sufficiat ad torturam, debet probari per duos testes.*

10 *Minarum inditium non sufficit probari per vnicum testem.*

11 *Minarum inditium, vt sufficiat ad torturā, opus est, vt minans sit homo potens, & solitus minas exequi.*

12 *Minarum inditium, vt sufficiat ad torturā, plura concurrere debent.*

DISCEPTATIO LXV.
De Minis.

Verba minatoria ab Inquisito prolata non sufficiunt ad ipsum torquēdum,
1 quamuis per testes idoneos probata. Blanc. de indit.num.187.in fin. Anton. Gomez. de delict.c.12. Rubr.de tortur. Reorum.nu.11. vers. Et idem est, & vers. Vnde necessariò sequitur. Peguer.decis.crim.17. num.11. vers. vnde necessariò; cum nō habeantur pro iniurijs, non possunt trahi ad pœnam, maximè prolata à rusticis, & vilibus personis. Vt benè exemplificat Io: Doc. Damhoud. in suo Enchirid.rerum criminalium.c.136.de iniurijs verborum.nu.13.seq. Bertaz. conf.176.
2 num.6. Hinc est, quod minæ vilium personarum non attenduntur, maximè quando non sunt soliti illas exequi. l.1.C.si quis Imperatori maledixerit. Blanc.de indit num.183. Ità etiam tenet spec.tit. de præsumpt. §. 3. vers. sed pone. quē sequitur ibi Ioan.Andr. Gand. de malef.tit. de alij quæst. vers. quæstionem. Paris.de Pur.de Scindic.verb. & si quis dixerit. Per Text.in l.1.C.si quis Imperatori ma-
3 ledixerit. Ratio est, quia linguæ lubricum facilè non debet trahi ad pœnam. l. famosi. ff.ad l.Iul.maiest.Imol.in l.fin.ff.de hæred.instit. Vbi allegat illud vulgare dictum: Sæpè minas faciunt homines, qui magna minātur. Post Ruyn. scribit Natt. conf.42. num. 2. & subdit, quod ità communiter tenetur, & id esse verum, experientia, quæ est rerum magistra, docet; cùm multi reperiantur, qui verba minatoria profer. nt ex consuetudine; & nil aliud getere sciunt, nisi se terribiles verbis
4 ostendere; Et pro aliquibus verbis prolatis à iure nulla reperitur pœna imposita ? quia non dicitur facta offensio alicui. Bart. in l.licitatio. §. quod licitè. ff. de publica. num.4.
5 Soc. Iun.conf.103.n.9.vol.3. Vnde quando sunt prolata à vilibus personis, quæ per simplicitatem potius, quam dolo talia verba proferunt, excusantur ob ignorantiā. Barr.in l.nō fatentur.§.fin.n.12.ff.de confess. Gram. conf.58. n.4. Horat.lut.conf.162.n.6.seqq. diuers.crim.tom.1.Afin.cōf.13.n.11.tom.2. Et maximè quando fuerunt absque causa graui facta; cū nemo præsumatur sine causa
6 velle delinquere. Bart.conf.8.inter cōf.crim. diuers.lib.1. Conuersit etiam aliquando iracundiæ calor proueniens ex iusta perturbationis causa, & ista causa excusat etiam Gubernatores, & Iudices secundū Decian.conf. 4.n.54.& conf.14 n.108. quem refert, & sequitur Claud. ad Bertaz. conf. 135. in G. B.
7 vers. ita. Et quando verba per iracundiam prolata sunt, & linguæ lubricum, v.g. quādo dicitur alicui. Ti castigarò ben'io, non sunt attendenda, nullius sunt momenti. l.3. & ibi Glos.ff.de diuort.nec vllum ad torturam faciunt inditium. Carrer.post Marf. & Afflict. quos allegat, secundo tract.de indit.6. duodecimum inditium. num. 1. in fin. vers. & maximè si calore iracundiæ. Quod eo magis
8 dici debet, quando sunt prolata in genere, & non in specie; tum quia intelligi possunt, & de facto, & de iure; tamenvt delictum excludatur, intelligi debet mediante iustitia. Vt post Gabriel. de Cum. tradit Natt. conf. 42. num. 8. Tum etiam quia quando non fuerunt prolata in specie non concludunt, prout necessariò, & præcisè cōcludere debēt. Bertrand.conf.114 nu.5.vol.2. Gram.conf.
9 65 nu.8.in criminalibus. Et istud minarum inditium, cum sit remotum à delicto, vt sufficiat ad torturam, per duos testes contestes probari debet. Bertaz.conf.116.n. 18. Ità in terminis scripserunt Carrer.in pract. §. duodecimum inditium.n.4. Nouell. tract.de de-
10 fens.n.78. Et nō sufficit, q probetur per vnicum testem. Mascard.de probat.cōclus.462.
11 n.18.seq. Farinac.q.37.n.16. Et tūc et facit inditiū ad torturā, quando est potens exequi minas, & est malæ famæ in eodem genere mali, vel solitus minas executioni mandare. Et maximè inquam) si post minas statim reperitur commissum delictum Add.secundū
12 Bal.de Bartolinis de Perusio in l. licet Imperator.de legat. primo quod quādo etiā plura concurrant, videlicet præcedens inimicitia, Item ipsæ minæ. Item percussio sequens. Itē quod sine magno interuallo fuit percussus. Tunc fortè ex his nōn solū poterit torqueri; Sed etiam condēnari ex contiguitate actuū. per id q habetur in l.3.in § bonis ff.de priuileg.credit.& q in simili nor. Bart. in l.1.in fin. ff.si quis te.h.esse.iu.tue. Brū.tract.de indit.& tortu.q.3 primę par.licet Bal.cōtrariū senserit conf. 289. ad euidentiam. lib. 1. quem

O refert,

refert, & sequitur Alex.cons. 179. in causa Angelorũ.col.2.circa med.lib.2. Mars.in sua prax.§.diligenter.nu.85.seq.Constit.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest cogi ad testificandum contra suum virum.*

2 *Vxor non potest esse testis contra suum virũ tum propter reuerentiam, quam ei debet, tum etiam quia est vna,& eadem caro.*

3 *Vxoris dictum quamuis in tortura confirmatum non afficit maritum inquisitum.*

4 *Vxor, & maritus sunt diuina, & humana domus.*

5 *Vxor non tenetur reuelare delictum sui viri.*

6 *Vxor si reuelaret delictum sui viri, esset sibi magnum dedecus & maxima ignominia, si tam sibi coniunctum proderet.*

DISCEPTATIO LXVI.

De Vxore contra Maritum.

Marito ad depositionem suæ Vxoris nõ potest infligi tortura, quia Vxor non
1 potest cogi ad testificandum contra suum virum. Cyn. in l.2. in fin.C. de test.spec.tit.de test.§. de testium compulsione. Abb. in c. in litteris.de test.Bal.l.etiam. C. de test. Albet. de Malet.tract.de test.num.15.c.2.& 6. Et id dupplici de causa, tum propter reuerentiam, quam ei debet.l.in alia in fin.ff.solut.matrim.
2 Hyppol.cons.22.nu.5. Tum etiam quia est vna,& eadem caro. Crott. qui aliòs adducit tract.de test.par.5.nu.197. Gomez.varia resolut.tom.3.c.12.Rubr. de probat.delict.nu.24. Vbi attestatur de communi.Iodoc.de reprobat.test.nu.9. Immo vxoris dictum quã-
3 uis in tortura confirmatum, non afficit maritum inquisitum, quia est vxor, & sic diuinæ,& humanę domus.l.aduersus.C.de crim.
4 expillat.hæredit.& reputatur eadem caro cũ viro.Gram.post.Bart.quem allegat,decis.34 num.17.Et ideò dixit Cyn.in l.2.in fin.C.de test.quod vxor (vt dictum est) non potest cogi ad testificandum contra suum virum; & multo minus quando depositio est facta spontè; quoniam Vxor non tenetur reuela-
5 re delictum sui viri. Ità dicunt omnes in l. in ciuile C.de furt.Rom.Singul.794.l.solét. ff.de præscript. verb. Et id stante coniunctione sanguinis; cum (vt dictum est) vir, & vxor sint eadem caro, & si illud indicaret,
6 & denuntiaret, esset magnum dedecus, & maxima ignominia, si tam sibi coniunctum proderet.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui contra Inquisitum habet consimilẽ causam nullam facit fidem.*

DISCEPTATIO LXVII.

De Teste habente contra aliquem consimilem causam.

Tortura nõ potest infligi Inquisito ad dictũ testis habentis cõtra ipsum consimi-
1 lẽ causam; quia nullã prorsus facit fidem. Text.in c.personas.ext. de test. 4. q. 3. liberi testes.& c.veniens.ext.de confess. Spec.in §. 1.vers.Item quod habet.eo.tit.Albert.de Malet.tract.de test.c.4 num.1.seq. Rolan. cons. 98.num.31.lib.4. Vbi quod in torum talis testis à testificando repellitur.

SVMMARIVM.

1 *Testis manifesto odio ob aliquam causam cõcitato deponens contra aliquem nullam facit fidem.*

2 *Odiosus, & inimicus à testificando repellitur.*

3 *Odiosus, & inimicus præsumptus à testificando repellitur.*

DISCEPTATIO LXVIII.

De Teste odioso.

Testis manifesto odio ob aliquã causam concitato deponens contra Inquisitũ,
1 cum nullam faciat fidem, haud ad torturam parit indicia.c.quoties.ext.de test.& c. sicut. 4.q.2.§.liẽ testiũ.& l.quos.C.de test.Nepos de Monte Albano in tract.de test.n.137. Et
2 eo magis quando non solum est odiosus, sed etiam inimicus.l.1.§.præterea.& ibi Mars. ff. de quest.Alex.cons.174.col.4.circa med.vol. 2.Gram.cons.38.nu.11.seq.Vbi quod sufficit interuenisse verba iniuriosa, vnde eo magis quando interuenerunt facta, v.g. tortura, pœna pecuniaria &c. Immo quoq; odiosus,
3 & inimicus præsumptus à testimonio repellitur.Natt.cons.412.n.24.Butt.in c.quoties. nu.5.& 8.de test.Mars.in l.1.§.præterea.nu. 12.ff.de quæst.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testis culpatæ vitæ, seù malæ famæ à testificando repellitur.*
2 *Testis culpatæ vitæ, & vilis subornatus præsumitur.*
3 *Testis diffamatus de aliquo crimine non admittitur in testem.*
4 *Testis etiam de vno crimine diffamatus testimonium ferre non potest.*

DISCEPTATIO LXIX.

De Teste, qui sit culpatæ vitæ.

1 Depositio Testis, qui sit culpatæ vitæ, seù malæ famæ contra Inquisitum nō sufficit ad torturam, quia talis testis à testificando repellitur l. 3. vers. culpatæ vitæ. ff. de test. Alex. cons. 11. vol. 1. cons. 140. col. 3. vol. 5. & cons. 150. num. 4. post alios, quos allegat. Crott. tract. de test. num. 46. Gram. cons.
2 20. num. 26. c. testimonium. de test. Immò quando testis est culpatæ vitæ, & vilis præsumitur subornatus. Bal. cons. 253. vol. 2. Bonacoss. de præsumpt. in littera T. vers. testes viles. pag. mihi 312. Ratio est, quia quando quis est diffamatus de aliquo crimine non
3 admittitur in testem. Tradit Gram. vot. 34.
4 num. 11. Immo quamuis de vnico crimine. d. c. testimonium. in princ. de test.

SVMMARIVM.

1 *Testi nimis animosè, seù apertè, vel audacter deponenti nulla est præstanda fides.*
2 *Testis nimis animosè deponit, quando v. g. dicit Io credo, ouero tengo per certo, che la cosa stia così.*
3 *Testi nimium procaci non creditur.*
4 *Testi ità iudicanti non creditur.*
5 *Testibus affirmantibus quod verè scirè non poterant, nulla est habenda fides.*
6 *Testium munus est, quod viderunt testificari.*

DISCEPTATIO LXX.

De Teste nimis animosè deponente.

1 Tortura non potest infligi Inquisito ad dictū testis nimis animosè, seù apertè, aut audacter deponentis; quoniam ipsi nulla est præstanda fides. Crauett. cons. 249. nu. 4.
2 vers. saltim negari non potest. Et hoc intelligitur, quando v. g. d. testis dicit, Io credo, ouero, Io tengo per certo, che la cosa stia così.
3 Nanq; testi nimium procaci non creditur. l. quæ omnia. ff. de procu. §. pen. Instit. de substit. tuto. Alex. cons. 13. n. 3. Vulpell. cons. 76.
4 nu. 13. Et testi ità iudicanti non adhibetur fides. Bart. & alij in l. quod tamen. §. si arbiter ff. de arbitr. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 25. Ruyn. cons. 27. in fin. Gram. cons. 12. nu. 14. in ciuilibus. Soc. sen. cons. 229. col. 4. in
5 fin. Nec etiam testibus affirmantibus quod verè scire nō poterant. Crauett. d. cons. Idem scripserunt Soc. sen. d. cons. & Gram. pariter
6 d. cons. Ratio est, quia eorū munus est, quod viderunt testificari. Bart. in d. l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbiter.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui bis se examinauit contra aliquem à testificando reijcitur.*
2 *Testis quando bis se examinauit contra aliquem, non potest amplius repeti.*
3 *Non potest amplius repeti ob timorem subornationis.*

DISCEPTATIO LXXI.

De Teste bis examinato contra aliquem.

Ad depositionem testis, qui bis se examinauit contra Inquisitum, eidem non potest infligi tortura, quia d. testis à testificādo repellitur; cum ex secunda depositione
1 orta sit inimicitia capitalis inter ipsum & Inquisitum. c. 2 § in criminali. 4. q. 3. Blanc. de
2 indit. nu. 156. Vbi adducit concordantes. Immo quando aliquis testis bis se examinauit contra aliquem non potest amplius repeti. Dec. cons. 189. col pen. Fulgos. cons. 134.
3 col. 2. Et eo magis quādo est publicatus processus, & delicta sunt testificata, & id ob timorem subornationis. l. per hanc. C. de tēp. appellat.

SVMMARIVM.

Ignobilis testis à testimonio repellitur.

DISCEPTATIO LXXII.

De Teste ignobili.

Inquisitio nō potest infligi tortura ad dictū testis ignobilis; quia ignobilis, cū non sit ōni exceptione maior, à testimonio repellitur

Brun.de indit.par.1.q.2.n.11.verſ.quādoq; teſtis.poſt Bal.& alios quos allegat,ſequitur Abb.c.in litteris.nu.3.de teſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui à teſtimonio laudem reportat, non probat.*

DISCEPTATIO LXXIII.

De Teſte laudem à teſtimonio reportante.

TEſtis qui ab eius teſtimonio laudem reportat contra Inquiſitum non ſufficit
1 ad torturam;quia non probat.Zuccard.poſt. Iaſ.quem allegat in l.fin.in Gloſ.in verb. vitiatū.in fin.n.293.C.de Edict. Diu: Adrian. tollen.Strac. qui alios citat in tract. de Proxenetis.§.illa etiam num.8.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis,qui contra alterum teſtem deponit,nullam fidem facit.*

DISCEPTATIO LXXIV.

De Teſte contra alterum teſtem.

TOrtura non poteſt infligi teſti ad dictum alterius teſtis contra ipſum teſtimoniū
1 perhibentis; quoniam præſumitur eius inimicus.Ità Marſ.in l.1.§.preterea.poſt numerum vndecimum.ff. de quæſt. nec diſſentit Paul. Merend.conſ.89.num.28.diuerſ.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis inſanus,vir ſimplex,malitia,& culpa carens nullum ad torturam parit inditiū.*

DISCEPTATIO LXXV.

De Teſte inſano.

INquiſitus non poteſt torqueri ad dictum teſtis,qui eſt vir ſimplex,& inſanus,mali-
1 tia,& culpa carens,licet faciat aliquando aliqua ſigna prudentiæ, & loquendo videatur ſanæ mentis;quoniam non tamen deſinit eſſe ſtultus,& inſanus. Vt poſt multos oſtendit Pariſ.conſ.87.nu.44.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis examinatus vti ſecretus Denunciator à teſtificando repellitur, cum ſit accuſator, & teſtis.*

DISCEPTATIO LXXVI.

De teſte examinato vti ſecreto Denunciatore.

AD dictum teſtis, qui ſe examinauit vti ſecretus denunciator, Inquiſito non
1 poteſt infligi tortura; quoniam ſuccedit loco Accuſatoris; & cum ſit accuſator, & teſtis nullum facit probationis gradum.c.forus.§. in omni.de verb.ſignif. Fœlyn.in c. licet Hely.num.6.de Simon.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens ad ſui exonerationem nullā fidem facit.*

DISCEPTATIO LXXVII.

De Teſte deponente ad ſui exonerationem.

TOrqueri non poteſt Inquiſitus ad depoſitionem teſtis deponentis ad ſui exo-
1 nerationem,ſeù tendentis ad ſe exculpandū; quoniam nullam fidem facit.Boſs.tit.de denunt.num.12.Menoch.de arbitrar.lib.2.caſu 112.num.12.Bart.& alij in l.deferre.§. Item decreuerunt. ff. de iur.Fiſci. Dec. conſ. 256. num.7.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui per prius aliquod commiſit delictum,nunquam eſt ſtandum.*

DISCEPTATIO LXXVIII.

De Teſte,qui per prius commiſit delictum.

1 REus nunquam eſt torquendus ad depoſitionem teſtis, qui per prius aliquod commiſit delictum,& maximè capitale;quoniam quamuis ſimus in crimine occulto, & excepto; tamen ipſi nunquam eſt ſtandum. Hyppol.conſ.74.n.23. Gram.cōſ.61.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicens aliquem cognouiſſe ad vocem nec ad capturam facit inditium.*

2 *Teſtis*

2 *Testis præfatus non deponens de stricta amicitia, & continua conuersatione est suspectus de falso.*

DISCEPTATIO LXXIX.

De Teste dicente cognouisse aliquem ad vocem.

INquisito non potest infligi tortura ad dictum testis deponentis ipsum cognouisse ad vocem; quia nullum prorsus facit inditiū,
1 nec etiam ad capturam; quoniam hæc cognitio est multum fallax, cum nonnulli sint, qui consimilem habent vocem, Hyppol. cōs. 88. nu. 16. refert, & sequitur Paul. Merenda conf. 92. nu. 8. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Mars. conf 88. nu. 16. Abb. in c. cum causam. nu. 9.
2 de test. Et maximè quando non deponit de stricta amicitia, & continua conuersatione; prout necessariò deponere tenetur, est suspectus de falso, cum inuerisimile deponat Abb. in c. cū inuerisimile. circa fin. de præsumpt. cū alijs infinitis adductis per Crauett. cons. 28. nu. 1. Sed tunc forsan aliquod faceret inditium, si adeò notum alicuius vocem haberet nempè ob longam amicitiam, & practicam, vt decipi non posset. Alex. cons. 99. nu. 5. lib. 3. Clar. §. fin. q. 21. vers. sed quid si testes.

SVMMARIVM.

1 *Testis vacillantis testimonium ineptum censetur.*

2 *Testis vacillantis testimonium non solum, est nullum, sed etiam ipse punitur.*

DISCEPTATIO LXXX.

De Teste vacillante.

1 TOrquendus nō est Reus ad dictum testis vacillantis in sua depositione; quoniā ipsius testimonium ineptum censetur; cum de eadem re contraria proferat modo aiendo, modo negando. Director. Inquisit. 3. par.
2 pag. mihi 605. comm. 114. col. 2. Et non solum testimonium est nullum sed etiam ipse punitur. Bos. tit. de Tortur. nu. 17.

SVMMARIVM.

1 *Testis accusatus pendente accusatione non potest dici testis integri status.*

2 *Testis accusatus dicitur infamis infamia facti.*

DISCEPTATIO LXXXI.

De Teste accusato.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito ad depositionem testis accusati pendente accusatione super eius delicto; quoniam non potest dici testis integri status. Ità Abb. c.
2 fin. in princ. de test. Et talis accusatus dicitur infamis infamia facti. Bois. tit. de sent. n. 89. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 27. n. 1.

SVMMARIVM.

1 *Testis super confessione extraiudiciali debet esse idoneus, & legalis.*

2 *Testis super d. confessione debet esse rogatus, & non quod fortuitu audierit.*

DISCEPTATIO LXXXII.

DEpositio testis non idonei, & legalis super confessione extraiudiciali facta nō
1 sufficit ad torturam contra Inquisitum. Tradit Bero. c. A. si Clerici. nu. 137. & debet d. testis esse rogatus, non autem quod fortuitu audierit. Glos. c. de his. in verb. audierunt. 3. q. 9. Quod est mirabile dictū ad excludendū
2 inditium confessionis extraiudicialis, secundum d. Bero. ibi dicentem, quod ab ista opinione Glos. non est recedendum, quando agitur de graui præiudicio, puta in criminalibus

SVMMARIVM.

1 *Testis in nō denuntiando aduentum Banniti vel criminosi, & testificando repellitur.*

2 *Silentium longum in querelando arguit dolum & querelam calumniosam.*

DISCEPTATIO LXXXIII.

De Teste deponente aliquem conuersatum fuisse cum Bannito.

TEstis deponens Inquisitum conuersatū fuisse cum Bannito quatriennio iam
1 elapso non sufficit ad torturam contra ipsum quoniam vel criminosus in non denuntiando Bannitum, si prout tenebatur ad vim Constitutionis Gregorij Decimi tertij & Sixti V. repellitur à testificādo, repellitur. c. 3. vers. an culpatæ vitæ. ff. de test. c. 1. & c. super
2 eo. de test. Et silentium eius, vel quinq; mēsium in querelando arguit dolum. Bal. cons.

conſ.37.num.21.lib.1.Aym. conſ.75.nu.9. Immo etiam & querelã calumnioſam.Boer. deciſ.42.nu.20.Crauett.d.conſ.75.n.9. Vulpell.conſ.94.nu.5. Baliard.ad Clar.in §. ſtuprum.num.4.in fin. loquens in proprijs terminis ſtupri. Maſcard. de probat.lib.1.concluſ.537.nu.59.Cæphal.conſ.187.n.13.lib. 2.Oldrad.conſ.183.col.3.refert, & ſequitur Crauett.conſ.149.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in vno reprobatus in omnibus reijcitur.*

DISCEPTATIO LXXXIIII.

De Teſte in vno reprobato.

1 TOrtura non poteſt infligi Inquiſito ad depoſitionem teſtis in vno reprobati; quoniam in vno reprobatus in omnibus reijcitur.Innoc.c.fraternitatis.de heret.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes informatorij niſi formiter repetantur, non probant.*

DISCEPTATIO LXXXV.

De Teſtibus informatorijs.

TOrtura non poteſt infligi Inquiſito ad dicta teſtium informatoriorum, niſi formiter repetantur, nam aliter non probant. Angel.verb.fama publica.Brũ.tract. de indit. 2.q.pri.par.num.1.Ruyn.conſ.46.in 4.Vulpell.conſ.12.num.7.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes non probant, quorum à teſtificando repelluntur authores.*
2 *Scriptura priuata pro ſcribente nullam fidem facit.*
3 *Relatio impoſſibilis iudicatur deſtructo antecedenti.*

DISCEPTATIO LXXXVI.

De Teſtibus, quorum Authores repelluntur.

AD depoſitiones teſtium, quorum Authores repelluntur, nempè illi à qui-
1 bus audierunt.Inquiſito nõ poteſt infligi tortura.c.fraternitatis.de hæret.in l.admonendi.
2 ff.de iureiur.Vbi quod ſcriptura priuata pro ſcribente nullam fidem facit; quoniam ſicut non creditur viue voci ſcribentis pro ſe, ità nec ſcripturæ eius, nè plus credatur copiæ, quam originali, vt dicere conſueuerat Aym.
3 conſ.41. Deſtructo enim antecedenti relatio impoſſibilis iudicatur. Bal. in l. etiam. in 4. oppo.C.de falſ.cau.deiect.leg. Vulpell.conſ. 27.num.7.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vicinitas non parit inditium ad torturam, ſed cõuerſatio, & habitatio cũ ipſa Vicina.*
2 *Conuerſatio debet eſſe ſtricta.*
3 *Vicinitas non nocet ad torturam, niſi alia concurrant.*

DISCEPTATIO LXXXVII.

De Vicino.

VIcino Inquiſito, qui habeat cõuerſationem cum aliqua muliere eius vicina, non poteſt infligi tortura; quoniam vicinitas
1 non parit inditium ad torturam, ſed conuerſatio, & cohabitatio cum ipſa Vicina. Gram. conſ.35.nu.16. ex doctrina Bal. quẽ allegat conſ.95.lib.1.Gram.vot.6.num.3. Et con-
2 uerſatio debet eſſe ſtricta. Aym.conſ.220.n. 12.verſ amplius ex conuerſatione præſumitur.Maſcard.de probat.concluſ.451.num.9.
3 Immò Vicinitas non nocet ad torturam, niſi alia cõcurrant inditia, puta inhoneſtatis &c. Et ita Bart.interpretatur à Iaſ.in l.in actionibus.de in lit.iuran.Boſs.de fur.nu.64.Rolan. cõſ.45.n.42.lib.1. Vulpell.cõſ.149.n.7.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vicino pro furto non poteſt infligi tortura, niſi alia concurrant.*
2 *Vicino non infligitur tortura, niſi ſit ſolitus furari, vel in ſpecie ſit mala conditionis, & famæ.*

DISCEPTATIO LXXXVIII.

De Vicino pro furto Inquiſito.

1 VIcino pro furto ex ſola vicinitate, niſi alia concurrant; non infligitur tortu-
2 ra, puta quia furari conſueuit, vel in ſpecie ſit malæ conditionis, & famæ Iaſ.in l. in actionibus.

bus. col. pen. ff. de in lit. iuran. Boss. d. tit. de fur. n. 64. Vulpell. consi. 65. nu. 2. & cõs. 149. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus accusator non admittitur in testem pro eius Vicino.*
2 *Vicini sunt loco parentum, ideò non sunt idonei testes pro vicino.*
3 *Vicinitas dicitur vniuersitas parua, & separata ab alijs habitatoribus.*

DISCEPTATIO LXXXIX.

De Vicino Accusatore.

1 VIcini accusatoris dictum ad fauorẽ alterius vicini contra Inquisitũ, quando est magna secum familiaritate coniunctus, non sufficit ad torturam; quoniam Vicinus
2 nõ admittitur in testem pro Vicino. c. nullus. de test. Ratio est, quia Vicini sunt loco parentum; ideò non sunt idonei testes pro d. Vicino. Vt post Glos. quam allegat, Ostendit Alber. de Malet. tract. de test. c. 4. num. 74.
3 Vltra quod Vicinitas dicitur Vniuersitas parua, & separata ab alijs habitatoribus. Glos. in l. aut aliter. §. si fortè. ff. quod vi, aut clam. d. Alber. de Malet. d. tract. de test. c. 4. nu. 74.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius est infamis.*
2 *Vsurarius efficitur infamis ipso iure.*
3 *Vsurarius est omninò inhabilis ad testificandum.*

DISCEPTATIO LXXXX.

De Vsurario.

1 INquisito non potest infligi tortura ad dictum vsurarij; quoniam Vsurarius est infamis. l. improbum. & ibi DD. omnes. C.
2 ex quibus caus. infam. irroget. Immo efficitur infamis ipso iure. Glos. in d. l. improbam. in Glos. fin. & est communis opinio. Vt per Couar. var. resolut. lib. 3. c. 3. num. 2.
3 & ideò est omninò inhabilis ad testificãdum. Corrad. in pract. in Rubr. de test. §. personas testium aggrediendo. nu. 10. & 12. pag. mihi 77. Farinac. q. 56. num. 353.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest cogi ad testificandum contra filium.*
2 *Pater quod dicit contra filium redditur inuerisimile, & non attenditur.*
3 *Pater plus diligit filium, quam seipsum.*
4 *Pater non præsumitur velle filium pati.*
5 *Pater magis terretur in filio, quam in semetipso.*
6 *Pater, quando coactus deponit contra filium, nullum parit inditium.*
7 *Pater etiam volens non admittitur ad testificandum contra filium.*

DISCEPTATIO LXXXXI.

De Patre contra filium.

FIlio non potest infligi tortura ad depositionem patris, qui non potest cogi ad
1 testificandum contra ipsum. l. parentes. Vbi not. omnes. C. de test. & maximè in illis, quæ
2 vitam adimunt; Et quod contra filium dicit, redditur inuerisimile, & non attenditur. An-
3 char. consi. 24. nu. 4. Nam abhorret Natura; cum pater plus diligat filium, quã se ipsum. l. isti quidem in fin. ff. quod met. caus. Et ideò
4 non præsumitur velle ipsum pati. l. qui vno. §. qui filium. ff. de re milit. quoniam magis
5 terretur in filio, quam in semetipso. Vulg. l. isti quidem. Vulpell. consi. 39. num. 3. Et
6 quando coactus deponit, nullum parit inditium. Ita expressè tradit Bal. in l. seruos. C. de test. Bart. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæst.
7 Immo pater etiam volens non admittitur ad testificandum contra filium. d. l. parentes.

SVMMARIVM.

1 *Filius non potest cogi ad testificandum contra patrem.*
2 *Iudex non potest infringere hanc prohibitionẽ, quod filius possit testificari cõtra patrẽ.*
3 *Filius non potest testificari contra patrem ob reuerentiam, & ius naturale.*
4 *Testis dictum, qui non debet examinari, nihil operatur.*

DISCEPTATIO LXXXXII.

De Filio contra Patrem.

PAtri non potest infligi tortura ad dictum filij, quia non potest cogi ad testificãdũ contra

contra ipsum l.parentes. Vbi non omnes. C. de test. Albert. de Malet. tract. de test. par. 1. c. 1. nu 5. Vbi ait, quod Iudex non potest infringere hanc prohibitionem, quod filius
3 possit testificari contra patrem; quoniam est interdictum ex quadam reuerentia, & iure
4 quodam naturali, quibus non potest per Iudicem derogari. Anton. Gomez. tom. 3. c. 12. Rub. de probat. delict. Et dictum testis, qui non debet examinari, nihil operatur. Bal. l. 1. nu. 2. C. de quæst. Paris. cons. 28. n. 25. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Frater contra fratrem ob coniunctionem sanguinis non admittitur in testem.*
2 *Frater contra fratrem testificari non potest; quod etiam pacto, & ex voluntate ipsorum tolli non potest.*
3 *Frater contra fratrem in magnis delictis testificari non potest, secus autem in leuibus.*
4 *Soror non potest venire cõtra suum fratrem.*

DISCEPTATIO XCIII.

De Fratre contra fratrem.

FRatri nõ potest infligi tortura ad dictum alterius fratris, & id propter cõiunctio-
1 nem sanguinis secundum Bal. in Rub. C. qui accus. non poss. quæ est immutabilis. l. iura
2 sanguinis. ff. de reg. iur. quod etiam pacto, & ex voluntate partium tolli non potest. Vt l.
3 ius agnationis. ff. de pac. Et id intelligitur in magnis delictis. Angel. tract. malef. in verb.
4 & ad Querelam, num. 22. Prout hec etiam Soror potest venire contra suum fratrem. Nell. in tract. ad defens. car. mihi 46. num. 28. Secus autem in leuibus criminibus, & quãdo suam, vel suorum prosequitur iniuriam. Vt idem num. 29. seq.

SVMMARIVM.

1 *Conuicto de crimine non debet dari tortura, alias Iudex fatuus haberetur.*
2 *Conuicto, qui neget, si infligatur tortura, est absoluendus.*
3 *Conuicto si priusquã torqueatur, fiat à Iudice protestatio, est condemnandus pœna pecuniaria*
4 *Conuictus si infligatur tortura, & per iniuriã, & ingorantiam Iudicis omittatur protestatio, tunc absoluendus est.*
5 *Conuicto etiam ex inditijs indubitatis, & vehementissimis, & luce meridiana clarioribus pœna minuitur, & temperatur.*
6 *Inditia indubitata non sufficiunt ad imponendam pœnam ordinariam.*
7 *Conuictus vt quis dici possit in criminalibus, exiguntur probationes luce meridiana clariores.*
8 *Conuictus quis dici non potest, nisi habeat cõtra se testes idoneos, legales, & per omnia contestes.*

DISCEPTATIO XCIIII.

De Reo conuicto.

1 COnuicto de crimine non potest dari tortura, alias Iudex fatuus habetur. Alber.
2 l. Edictum. ff. de quæst. Et ipse Reus cõuictus, si neget, est absoluendus: Sed si à Iudice fiat
3 protestatio, tunc est condemnandus pœna pecuniaria. Cœpol. cons. 32. col. 8. qui sequitur Alber. in d. l. Edictum Diui August. de quæst. Bois. tit. de sent. n. 70. Sin autem pro-
4 pter iniuriam, & ignorantiam Iudicis omittatur d. protestatio, tunc absoluẽdus est rebus
5 sic stantibus, prout stant. Bois. tit. de sent. nu. 71. Ex mea tamen sententia illud ab omnibus est sciendum, quod Conuicto etiam ex inditijs indubitatis, vehementissimis, & luce meridiana clarioribus pœna minuitur, & tẽperatur. Ità Bois. decis. 164. nu. 6. Garm. decis. 42. n. 1. Clar. q. 20. vers. scias. tamen. Ioan. Andr. in Addit. ad spec. tit. de probat. §. fin.
6 Vbi pro inditijs indubitatis Iudex non potest imponere pœnam ordinariã; pro alijs verò
7 probabilibus deuenitur ad torturam: Iuxta Text. in l. milites. C. de quæst. Et vt cõuictus quis dici possit in criminalibus, exiguntur probationes luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. Ità vt vix etiã ipse ea, quæ commiserat, negare sufficiat. l. qui sententiã. in fin. C. de pœn. Bois. tit. de conuict. n. 9. Vbi quod hoc omnes sciunt; sed testes debẽt esse omni exceptione maiores. Vt post Bart. & Mars. tradit Nouell. in pract. tit. de test. in mater. criminal. nu. 12. Carrer. in pract. in princ. nu.
8 165. Immo Conuictus dici non potest, qui non habet contra se testes idoneos, legales, & per omnia cõtestes, & conformes. Et hanc sententiam sequuntur viri insignes. Caiet. apud S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 7. art. 2. ad primum Argum. Ioan. Roias tract. de hæret. par. 2. assert. 6. num. 146. seq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest insligi, nisi prius constet de corpore delicti.*

2 *De corpore delicti debet saltim constare per coniecturas.*

3 *De corpore delicti quando non constat, processus est nullus.*

4 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*

5 *Delictum fuisse patratum, nisi cõstet, nec Rei satis est, vt torqueatur, seù damnetur, etiã spontè facta confessio.*

6 *De corpore delicti aliunde constare debet, quam per confessionem Rei.*

7 *De corpore delicti quando non constat, non potest ad inquisitionem deueniri.*

8 *Delicti præsumptio vt currat contra aliquem debet cõstare Iudici delictũ fuisse cõmissũ.*

9 *Delictum patens esse debet, antequã aduersus aliquem procedatur.*

10 *Corpus delicti non sufficit probari per coniecturas, & inditia, sed probatio debet esse liquida, & plena.*

11 *Delictum fuisse commissum debet constare per probationes liquidissimas.*

12 *Delictum fuisse cõmissum debet constare ante Inquisitionem, nè dum ante torturam.*

13 *Immo etiam ante capturam, & ante accusationem.*

14 *Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet fuisse patratum.*

15 *Probatio delicti non debet esse in genere, sed debet deueniri ad indiuiduum.*

DISCEPTATIO XCV.

De Corpore delicti.

1 INquisito non potest infligi tortura, nisi prius constet de corpore delicti. l. 1. §. Item illud. ff. ad Syllan. l. proinde. la secunda cum ibi not. per Glos. ff. ad l. Aquil. Idq; sal-
2 tim per coniecturas; Vt quia ostium fractum, & similia. Tradit Bart. l. si quis ex argentarijs §. an verò. ff. de eden. & in terminis tenet Bertian. conf. 257. vers. & quamuis. vol. 3. Paris. conf. 153. vers. antequam. lib. 4. Boss. latè tit. de delict. in princ. Et quando non constat de
3 corpore delicti, processus est nullus. Cason. post alios tract. de torment. c. 18. n. 7. d. l. 1. §. Item illud. ff. ad Sillan. d. l. proindè. la secũda cum ibi not. per Glos. ff. ad l. Aquil. Bal. & Paul. de Castr. in Auth. Sed nouo iure. C. de
4 furt. Ratio est, quia dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur. Glos. in l. mancipia. in verb. ad notandũ. C. de seru. fugit. quam not. ibi Castrens. & Salyc. Vulpia. in l. 1. §. Item illud. ff. ad senat. consult. Silla. Bart. Bal. & scribentes d. §. Item illud. Auth. nouo iure. vers. Sed pone. C. de Seru. fugit. Vulpell. conf. 147. numer. 3. Bertran. conf. 257. tom. 3. Natt. conf. 407. tom. 2. Angel. tract. de malef. vers. cœlestem vestem abstulit. Guid. Papa decis. 339. Dec. c. dilecti. de iudi. Mars. conf. 8. Brun. tract. de indit. 4. prin. q. num. 11. Blan. de quæst. n. 18. Boss. tit. de delict. in pref. Vnde dicitur, quod
5 quando non constat, delictum fuisse patratũ, nec Rei satis est, vt torqueatur, seù damnetur, etiam spontè facta confessio. Bertran. d. cõs. 257. num. 2. tom. 3. & iuxta not. in d. l. 1. ff. ad Sillan. & in l. fin. C. de proba. cum. vulg. Vulpel. conf. 44. nu. 1. Bal. in Addit. ad spec. tit. de sent. col. 15. Mars. multos allegans. conf. 35. num. 3. Vulpell. conf. 57. nu. 6. Et de delicti
6 corpore aliundè constare debet, quam per confessionem Rei. Alex. conf. 19. col. 1. lib. 7. quia d. confessio ipsi non præiudicat. Immo
7 quando non constat de corpore delicti, manus Iudicis sunt ligatæ, nec potest ad inquisitionem deueniri. l. necessarios. §. non alios. ff. ad Sillan. l. si is, qui Titium. ff. de furt. Bart. l. fin. col. 1. ff. de quæst. Vltra quod delicti præ-
8 sumptio, vt currat contra aliquem, debet cõstare Iudici, delictum fuisse commissum quomodocunq; vel per testes, vel facti euidentiam. Muscatell. in pract. pag mihi 12. n. 39. Et iure optimo quidem quia delictũ patens
9 esse debet, priusquam aduersus aliquem procedatur. l. 1. §. occisorum. vers. Item illud. ff. ad senat. consult. Silla. Ita vt nec quidẽ Rei confessio satis foret. Gram. conf. 60. Brun. tract. de indit. 4. q. prin. n. 11. Casso. de malef. c. 1. Vulpell. conf. 5. n. 1. Quinimò delicti cor-
10 pus nõ sufficit probari per coniecturas & inditia; sed probatio debet esse liquida, & plena. Brunor. à sole in suo vnico conf. n. 200. Vbi quod de delicto commisso debet cõstare
11 per testes, & probatione, liquidissimas: Nec non d. delictum debet constare ante Inquisitionem, nè dum ante torturam. Boss. tit. de de-
12 lict. n. 14. ac etiam ante capturam, & accusa- tionem. idem Boss. eo. tit. num. 53. quoniam delictum non potest ascribi alicui, nisi con-
13 stet fuisse patratum Vulg. d. l. 1. §. Item illud.
14 ff. ad Silla. Et ipsius probatio non debet esse
15 in genere, Sed debet deueniri ad indiuiduum, Bart.

Bart.conf.65.nu.2. Alex. conf.3.nu.1.lib.3. Boss. tit. de delict. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in delictis occultis, exceptis, atrocibus, atrocioribus palā cōmissis, & leuibus non potest infligi tortura, nisi legitima præcedant inditia.*

2 *Delicta occulta, & difficilis probationis quæ dicantur.*

3 *Delicta excepta quæ dicantur.*

4 *Delicta grauia, & atrocia quæ dicantur.*

5 *Delicta atrociora, & grauissima quę dicātur*

6 *Delicta palam commissa quæ dicantur.*

7 *Delicta leuia quæ dicantur.*

8 *Inditia legitima requiruntur ad Reum torquendum.*

9 *Inditia legitima debent esse talia ad Reum torquendū, vt delictū vix denegari possit.*

10 *Inditia ad torquēdū debent esse talia, quod Iudex sit quasi certus de delinquente.*

11 *Inditia ad torquēdum debēt esse probabilia, propinqua, certa, & clara; nam ob leuia, obliqua, & remota Reus torqueri nō potest.*

12 *Delicta singula sunt probanda ad minus per duos testes contestes de loco, & tempore.*

13 *Iura possunt à Iudice transgredi solū in condemnando, & puniendo; non autem in procedendo.*

14 *Mandatarius non facit inditium contra mandantē sine tortura, & non concurrentibus alijs inditijs.*

15 *Tortura facilè infligitur in secretis tractatibus, & delictis occultè commissis solum ad inueniendum delinquentes.*

16 *Tortura vbi inuenti sunt Delinquentes ad inquirendum nō proceditur tāta facilitate.*

17 *Seruus, & Mandatarius non faciunt inditiū contra Seruum, & Mandantem, maximè si varij sint.*

18 *Præsumptionibus, & coniecturis non est standum contra alios.*

19 *Criminibus grauibus efficaciores requirūtur probationes.*

20 *Criminis atrocitas non facit, vt Iudex possit deuenire ad torquendum, seu condemnandum, nisi legitima præcedant inditia.*

21 *Crimen quanto est grauius, & atrocius; tanto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora.*

22 *Criminis atrocitas non facit, vt Iudex possit iura transgredi.*

23 *Arbitriū Iudicis debet regulari secūdū leges.*

24 *Arbitrio Iudicis remittitur quod à iure non est præfinitum.*

25 *Iudex arbitrari debet inditia non esse sufficientia.*

26 *Opinio benignior semper est tenenda pro Reo.*

DISCEPTATIO XCVI.

De delictis occultis, grauibus, exceptis, & difficilis probationis.

1 IN Delictis occultis, vel difficilis probationis, in exceptis, siue exceptuatis, in atrocibus, in atrocioribus, seu atrocissimis, in delictis palam commissis, nec non in delictis leuibus Inquisito non potest infligi tortura, nisi legitima præcedant inditia.
2 Delicta occulta, & difficilis probationis sunt fraus, simulātio, partus suppositus, incēdium, adulterium, sodomia, dolus, furtū tractatus, mandatum, conspiratio, subornatio testium, venenatio, falsitas, falsa moneta, & similia: Et dicuntur occulta, quia sunt commissa in loco, in quo nec actu, nec habitu testium copia haberi potest; vel quia clandestina, idest de nocte commissa. Farinac. q.86.nu. 35. Delicta
3 excepta sunt crimen hæresis, crimen læsę maiest. crimen simoniæ, crimen sacrilegij, crimen falsificationis monetæ, crimen assasinij, ac etiam in casu difficilis probationis, in quo aliter veritas haberi non potest. Farinac. q.12.
4 num.13. Delicta atrocia, & grauia sunt infra scripta, nempè Rebellionis, læsę maiestatis, homicidij ex proposito commissi, falsæ monetæ, tertij homicidij cōmissi ab eo, qui alia duo prius commisisset, etiamsi pro eis condemnatus non fuisset; vulneris illati proditoriè, & si mors non sequatur; Raptus Virginis honestæ, vsus Veneris cū Sacra Virgine, Sodomiæ, famosorū latronum in vijs grassatorum, falsificationis sigilli Principis. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 186. n. 10. seq. Et delicta atrocia dicuntur ea, pro quibus imponitur, simpliciter pœna mortis naturalis, seu ciuilis triremium perpetuò. Delicta
5 atrociora, seu atrocissima dicuntur illa, pro quibus imponitur grauior pœna, quam simplicis mortis in ipso genere mortis. Vt puta quia Rei codēnati insuuntur culeo, vel igne comburuntur, vel in frusta scinduntur, seu rota inferuntur, seu trahuntur ad caudā equi, & huiusmodi. Monticell. in d. pract. crim. pag.
6 mihi 186. nu. 13. Delicta palam commissa grauiora reputantur, & atrocius puniuntur, vti

vti maioris,& perniciosioris exempli. l.3. §.
Sed ex Senatu consulto. ff. ad l. Cornel. de
7 Sicar. Delicta leuia dicuntur crimen abigea-
tus,furtum domesticum,& leuis iniuria ver-
bo illata secundum spec. tit.de exc.sen.§.nũc
dicendum. ver. 43. Vbi vide. Hæc refert, &
sequitur Mar. Sozi. in c.1. de libell. obla.in
47. fallent.Item Angel.in l.leuia.ff.de accu-
satio. dicit,quod delicta leuia sunt, quando
leuis pœna imponitur, non attento quod
sint alias de iure leuia,vel grauia. Vide Glos.
in c.cum illorum. de sent. excomm. in.verb.
dicantur crimina leuia vel non. Quam Glos.
probat August. de Arim. in Addit. in tract.
8 malef.in Glos.in verb. Hæc est quædam In-
quisitio.col.15. Pro quibus omnibus delictis
nisi legitima præcedant inditia, nullo modo
potest infligi tortura. Bal. & alij l.si quis ali-
cui. C. ad l. Iul. maiest. Angel. de malef. in
verb. Quod tradisti tuam patriam. in princ.
Hippol. l. quæstionis habendæ. nu.24.ff. de
quæst.Osasc.decis.pedamon.70.nu.55. vers.
nec obstat. & n.56. Marsil.l.1. in princ.ff.de
quæst.Capic.decis.176.n 4.Mars.cons.120.
vol. pen.n.35. vers. quinimo etiã in crimine
læs.maiestatis. & in pract.§.diligenter.n.175
Gram.vot.34. in fin.Foller.in pract. crim.in
verb. Quod suffocauit vxorem. n.53. & 58.
lib.1. & latius cons.361.n.31. lib.3. Rolan.
9 cons. 7.n.38. seq. Cacheran. decis.79. nu.6.
Osasc.d.decis.dicit, quod in delictis occultis,
& difficilis probationis non solum requiri
inditia; Sed illa debere esse certa, & talia,vt
vix possit negari delictum; & sic legitima, &
10 sufficientia vt in alijs delictis. Immo etiam
in dd.delictis inditia ad torquendum debent
esse talia,quod Iudex sit quasi certus de de-
11 linquente. Bal.cõs.77.col.1. lib.3. Quinimò
vt aliquis torqueri possit,requiruntur inditia
probabilia,propinqua,certa,&clara;nam ob
leuia,obliqua, & remota nõ potest torqueri.
Glos.l.fin.ff.de quæst. Corrad.in pract.tit.de
12 negat.crim.& torment.nu. 26. Et supradicta
delicta sunt singula probanda ad minus per
duos testes idoneos, & contestes de loco, &
tempore.l.fin.& ibi Glos.in verb.vel inditijs
C. famil. hercisc. quam dicit esse comuniter
approbatam Boer. decis. 163. num. 3. Nec
13 facit, si per aliquos Iudices dicatur, quod in
similibus delictis licet Iudici iura transgredi;
quoniam in omnibus delictis licet Iudici iura
transgedi, quando constat inculpatum deli-
quisse,& sic in condemnando, & puniendo;
non autem in procedendo, Vbi est dubium,
an Reus cõmiserit delictum,an non. Foller.
in pract. in verb. Quod suffocauit vxorem.
n.57. Bos.tit.de for.compet.nu.65. Gabriel
lib.7.conclus.1.n.38. Rolan. cons.7.nu. 42.
lib. 1.& cons. 12. num.72. seq. lib. 3. Et est
communis opinio,vti attestatur Mascard. de
probat conclus.137.nu. 5.lib.1. Mars. cons.
74.nu. 34.seq. Gram.vot.34.in fin. Vbi de-
clarat,quod in enormibus licet iura transgre-
di non in procedendo,quia non dum notum
est, an inculpatus sit culpabilis; sed in con-
demnando,& puniendo. Carrer.in sua pract.
crim. in l.obseruare.nu. 181. circa. fin. vers.
amplia etiam in criminibus exceptuatis; &
paulo supra vers. amplia vt ne dum requi-
rantur inditia, Sed legitima inditia, & ideò
dicit Afflict. quem refert,& sequitur Gram.
cons. 21. num. 4. in princ. sub num. 13.
14 Quod Mandatarius non facit inditiũ ad tor-
turam contra Mandantẽ sine tortura, & non
concurrentibus alijs inditijs, & adminiculis
15 etiam in crimine læsę maiestatis: Quod dici-
tur in secretis tractatibus, & delictis occultè
commissis facillimè deueniri ad torturam:
16 Hoc verum est ad inueniendum delinquen-
tes: Sed vbi inuenti sunt Delinquentes, ad
inquirendum de mandantibus non procedi-
tur tanta facilitate; licet huiusmodi mandata
17 non soleant dari nisi occultè; Sed aliæ iuris
regulæ seruantur; quibus dicitur,quod ser-
uus, & Mandatarius non faciunt inditium
contra seruum, & mandantem, vt proximè
dictum fuit, maximè si varij sint, & ex alijs
18 delictis infames; non est amplius standum
in præsumptionibus, & coniecturis contra
alios. Castan. cons. 58. num. 16. vers. Item
prædicta. Et pluribus quidem rationibus.
19 Prima ratio est, quia criminibus grauibus,
cum grauissimam causam habeant,efficacio-
res requiruntur probationes.l.vlt. C. de pro-
20 bat. Dec.cons.429.nu.9. seqq. Secunda Ra-
tio est, quia quanto crimen est grauius, &
atrocius, tanto inditia debent esse grauiora,
& vrgentiora. c. Vbi periculum. de elect. in
sexto Rolan. cons. 361. num. 23. lib. 3.
21 Tertia Ratio est, quia criminis atrocitas non
facit vt Iudex possit iura trasgredi: Et licet
22 inditia ad torquendum sint arbitraria;tamen
Iudicis arbitrium debet regulari secundum
23 leges, & debet iuri, rationi, & æquitati esse
consonum. Rom.cons.376. Alex.cons.217.
24 num.5.lib.2. Vltra quod Iudicis arbitrio re-
mittitur,quod à iure non est præfinitũ.l.1.ff.
25 de iur.deli.l.hodie.ff.de pen.l.1.ff.de effracto.

Mm

Et

Et in dubio Iudex debet arbitrari inditia non esse sufficientia ad torturam. Bols. tit. de indit. num. 72. Cacheran. d. decis. 79. num. 58. seq.
26 Ratio est, quia in criminalibus semper tenenda est opinio benignior pro Reo. l. interpretatione. ff. de pœn. Ias. in l. 2. num. 40. in fin. ff. si quis in ius voc. non ierit.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio offensi efficit, vt offendens nullo modo possit torqueri.*
2 *Exculpationi offensi non solum est standum, sed etiam omninò credendum.*
3 *Mandans excusatur, si Mandatarius v. g. dicat, homicidium comisisse ob propriam inimicitiam.*
4 *Exculpatio adeò est efficax, quod prodest etiã ad absolutionem.*
5 *Inditia innocentiæ quæ sint.*
6 *Præsumptio quando adest in processu pro Reo, tollit præsumptionem Fisci.*
7 *Præsumptio vna aliam tollit.*
8 *Præsumptio quando est consona veritati, plenam pro Reo facit probationem.*
9 *Præsumptio dicitur consona veritati, quia Natura dicat neminem delinquere velle.*
10 *Maleficium pugnat contra naturam.*
11 *Natura abhorret illud quod est cõtra ipsam.*
12 *Natura cognationẽ quandam instituit inter homines.*
13 *Delictum fuisse cõmissum nũquã præsumitur.*
14 *Præsumptiones pro Reo præferuntur præsumptionibus Fisci.*
15 *Præsumptiones quando sunt hinc inde nempè pro Reo & pro Fisco Fisci intentio confunditur, & est locus absolutioni Rei.*
16 *Inditium vnum tollit aliud.*
17 *Præsumptio illa sola est amplectenda, quæ tendit ad exclusionem delicti.*
18 *Præsumptio pro Reo est quod excusat.*
19 *Inditia inditijs tolluntur contrarijs.*

DISCEPTATIO LXXXXVII.

De Exculpatione Offensi.

1 OFfensi exculpatio adeò prodest Inculpato, quod existente tali inditio innocentiæ pro ipso nullo modo potest torqueri. Tradit Bal. in l. 1. col. fin. vers. pone, quod testator. n. 32. C. commun. delegat. Alex. cons. 24. col. 5. nu. 15. lib. 2. Et d. offensi exculpa-
2 tioni non solum est standum, sed omninò est credendum. Gram. decis. 56. nu. 11. Hippol. cons. 61. nu. 35. seqq. Glos. notab. l. pen. C. de fideicomm. singulariter dixerunt Alex. & Alber. in l. si. quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sillan. & Bal. in d. l. 1. in vlt. col. in verb. pone testator. nu. 33. C. commun. delegat. Nouell. tract. ad defens. car. mihi 65. nu. 90. Gram. vot. 24. n. 14. Vulpell. cons. 113. n. 8.
3 Prout excusatur v. g. Mandans, si Mandatarius dixerit commisisse homicidium propter propriam inimicitiam, & non de mandato ipsius Mandantis. Bal. c. 1. §. iniuria. col. 8. vers. si Titius. de pact. iuram. firman. Et adeò
4 ista Exculpatio prodest, quando in processu adsunt signa, seù inditia innocẽtiæ Rei, quod prodest etiam ad absolutionem. Bertac. cons. 246. nu. 10. lib. 1. Menoch. de præsumpt. q.
5 90 num. 3. Gram. cons. 56. nu. 11. Et innocentiæ inditia sunt, quando quis est inermis, extra vllum interesse, & nulla inimicitia saltim cõsiderabili existente, & cum Mandante saltem mane non sit allocutus. Vulpell. cõs.
6 95. nu. 11. Immo quando in processu adest præsumptio aliqua pro Reo tollit præsum-
7 ptionem Fisci; quia præsumptio vna tollit aliã c. accedens. ibi Glos. de crim. fals. latè Mars. in l. 1. §. Diuus Adrianus. nu. 78. C. de Sicar. c. accedens. & ibi Glos. de spõsal. Bart. l. Diuus. C. de in integer. restit. Cyn. l. si non dotem § transgerdiamur. ff. de solut. matrim.
8 Et maximè quando præsumptio est cõsona veritati, plenã pro Reo facit probationem. Soc. Iun. cons. 3. col. 2. num. 6. post alios.
9 Et veritati consona dicitur præsumptio; quia Natura dictat neminem delinquere vel-le. Bal. c. cum in iuuentute. de præsump.
10 Vbi subdit, quod omne maleficium pugnat contra naturam; & Natura abhorret illud,
11 quod pugnat contra ipsam; quoniam Natura cognationem quandam instituit inter
12 homines. c. charitas el secundo de pœnit. distin. 2. Ob eamq; rem haud mirũ, si aliquis bonus non vult nocere alteri; ideò nunquã
13 præsumitur fuisse commissum delictum ab aliquo, quando non adest causa, Ita Bart. cons. 8. num. 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Quod sufficit pro lege hanc naturalem rationem allegare. l. cum ratio. ff. de bon. damn.
14 Cæterum illud præcipuè est animaduertendum, quod præsumptiones pro Reo præferuntur præsumptionibus Fisci. Fœlyn. c. in nostra. col. fin. de test. Quinimò quando es-
15 sent præsumptiones hinc inde, nempè pro Reo, & pro Fisco, Fisci intentio confunditur,
16 & est locus absolutioni Rei; quia vnum inditium

dicium tollit aliud (vt proximè dictum est)
17 Vltra quod illa præsumptio sola attenditur,
& est amplectenda, quæ tendit ad exclusionẽ
delicti. Vulg. l. merito. ff. pro Soc. cum sis,
quæ latè docet Alciat. tract. de præsumpt.
reg. 3. præs. 1. Vulpell. cons. 38. nu. 4. Fulgos.
cons. 198. col. 2. Gram. cons. ciuil. 59. n. 31.
18 Ioan. de Amic. cons. 53. nu. 7. Ratio est tum
quia præsumptio est pro eo, quod excusat.
Bal. l. precibus. col. 7. C. de impuber. & alijs
19 substit. Tum etiam quia inditia inditijs tol-
luntur contrarijs. l. pen. ff. de restit. in integr.
Et ità in proprijs terminis tradunt Bal. &
Salyc. in l. in ciuilem. C. de furt. Menoch. q.
462. num. 10. Vbi adducit infinitos con-
cordantes.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber, nisi varius, atque contrarius deprahendatur, vel eiusdem criminis particeps sit, torqueri non potest.*
2 *Homini libero pro testimonio non vacillanti torturam infligi non oportet.*
3 *Hominem liberum veritatem dicere lex præsumit.*
4 *Seruus torqueri potest, si vacillet, at etiam testis si sit seruus.*

DISCEPTATIO LXXXXVIII.

De Homine libero.

TOrtura homini libero non infertur, ni-
si varius, atque contrarius deprahen-
1 datur, vel eiusdem criminis particeps sit. l.
ex libero. ff. de quæst. Alciat. tract. de præ-
2 sumpt. reg. 2. præs. 29. Vulpell. cons. 30.
num. 6. Immo homo liber pro testimonio
non torquetur; quia lex præsumit homi-
3 nem liberum dicere veritatem ex se absq;
tortura. Calistratus l. ex libero. ff. de quæst.
Vulpell. cons. 30. num. 5. Boss. tit. de indit.
4 & considerat. ante tortu. num. 95. Secus
autem seruus; ac etiam si testis sit seruus, &
vilis, ac vacillet, nec non præsumatur scire
id, quod negat. Boss. tit. de tortu. test. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Obliuio præsumitur post cursum duorum annorum.*
2 *Memoria hominis est labilis.*

DISCEPTATIO XCIX.

De Obliuione.

OB obliuionem tortura non potest in-
fligi, quando obliuio est post cursum
1 duorum annorum; quoniã hominis memo-
ria est labilis. Vt tradit Vbert. de Rob. tract.
de deposit. num. 38. Gram. cons. 47. nu. 13.
2 Et de facili non diuturna. l. si arbiter. ff. de
probat. Specul. tit. de locat. §. 6. Vbi quod de
facili potest quis de præterito obliuisci, etiã
quod ipsemet fecit. Et de lapsu biennij,
quod præsumatur obliuio, scripserũt Gram.
cons. 41. num. 5. Bertaz. cons. 140. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *De delicto, seù facto liquidè constare debet, vt possit infligi tortura.*
2 *Tortura non datur ad liquidandũ factum, sed personam.*
3 *De delicto legitimè non dicitur constare, nisi illius corpus Iudicis occulis subijciat.*

DISCEPTATIO. C.

De Delicto liquidè constare debet.

DE Delicto, seù facto quando in aliqua
causa liquidè non constat, Inquisito
1 non potest infligi tortura. Ariminen. in Ad-
dit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama pu-
blica. num. 108. in fin. Vbi secundum Bal.
quem allegat in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. Ra-
2 tio est, quia tortura non datur ad liquidan-
dum factum, sed personam. Idem tenet
Brun. tract. de indit. par. 2. q. 5. num. 10. Mu-
scatell. in pract. crim. pag. mihi 16. num. 58.
3 Clar. q. 4. vers. quando verò. Vbi quod non
dicitur legitimè constare de delicto, nisi Iu-
dicis oculis illius corpus subijciat. Idem
tradit Blanc. in pract. num. 3. Vbi quod Iudex
debet esse certus v. g. de homine mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia sola non sufficit ad torturam.*
2 *Tortura quando infligatur ob contumaciam.*
3 *Homini bonæ famæ, & illi, qui non sit solitus delinquere non infligitur tortura.*

DISCEPTATIO CI.

De Contumacia Rei.

1 EX sola contumacia Inquisito non in-
fligitur tortura. Ita tradit Blanc. tit. de
indit. n. 293. vers. contumacia. Gram. cons.
2 45. nu. 27. Nec valet, si dicatur, Inquisitum
torqueri posse ob solam eius contumaciam,
prout videtur tenere Bal. l. 1. C. de hæred. in-
stit. Respondetur, quod Bal. ibi dicit inspecta
qualitate personæ potest quis subijci tormen-
3 tis, sed non vir bonæ famæ, & qui non sit
solitus delinquere. Vt post Bal. tradit Blanc.
ibidem. Accedit, quod dictum Bal. procedit
in eo, qui legitimè reputatur contumax.
Tradit post alios Hyppol. cons. 51. vers. quia
respondeo. Vide plura inferius sub eodem
tit. Discept. 135.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non infligitur, quando crimen est plenè probatum.*
2 *Ad torturam recurritur, vbi aliter veritas haberi non potest.*
3 *Torturæ non est locus, vbi de crimine satis liquet.*
4 *Testes non possunt torqueri, vbi plene probant.*
5 *Probationes vbi extant, non infligitur tortura, sed vbi veritas aliter haberi non potest.*
6 *Delictum si aliter quam per torturam probari potest, non infligitur tortura.*
7 *Tortura infligitur in defectum aliarum probationum.*

DISCEPTATO CII.

De Crimine plenè probato.

1 CRimen quando est plenè probatum,
Inquisito non infligitur tortura. Bal. in
sua pract. de quæst. cir. tortu. q. 25. quoniam
2 ad torturam recurritur, vbi aliter veritas ha-
beri non potest. l. edictum. l. Diuus. & l. quo-
ties. ff. de quæst. Et Iudex aliter faciens tene-
tur in Scindicatu. Bal. l. milites. & l. fin. C. de
quæst. Constit. Prouinc. March. Immo tortu-
3 ræ non est locus, vbi de crimine satis liquet.
l. quoties. C. de quæst. Vulpell. cons. 125. n.
4 Bols. tit. de tortu. test. n. Nec etiam torque-
4 ri possunt testes, vbi plenè probant, licet qua
litates adsint, quæ aliàs illos torqueri face-
rent. Bols. tit. de tortu. test. nu. 41. Itaque Iu-
5 dex semper menti teneat, quod tortura non
infligitur, vbi extant probationes, sed quan-
do veritas aliter haberi non potest. Bols. tit.
6 de indit. & considerat. ante tortu. n. 129. quo
niam ad torturam non est accedendum, si de-
lictum aliter quam per torturam probari
7 potest; cum regulariter non deueniatur ad
ipsam, nisi in defectum aliarum probatio-
num. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593.
comm. 110.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non infligitur pro habendis alijs delictis, quando super eis nullum adest inditium.*
2 *Opinio mala quando habetur; potest infligi tortura pro habendis alijs delictis.*
3 *Diffamatio de delictis parit torturam pro habendis ipsis delictis.*
4 *Interogari non potest Reus de delictis, de quibus nulla extant inditia.*

DISCEPTATIO CIII.

De Tortura pro habendis alijs delictis.

PRO habendis alijs delictis, seù furtis,
quando super eis nullum prorsus adest
1 inditium, nec vlla vrget diffamatio, Inquisi-
to non potest infligi tortura. Ruyn. de indit.
secunda par. q. 5. n. 66. Vbi in proprijs termi
nis sic distinguit Mars. l. repeti. nu. 47. ff. de
quæst. Gram. vot. 13 n. 14. Bols. tit. de indit.
2 & considerat. ante tortu. n. 138. Vbi quan-
do habetur mala opinio de eo. Diaz. pract.
crim. canon. c. 117. num. 3. Vbi limitando
3 quod esset diffamatio, quod esset magnus
latro. Mascard. de probat. lib. 1. conclus.
353. num. 3. Vbi refert Carter. in tract. de
indit. & tortu. §. circa quartum. num. 74.
Vbi loquitur de publicè diffamatis. Vltra
4 quod Constitutio Pauli Tertij ad fauorem
carceratorum edita prohibet, omnes Iudices
posse interogare Reos super his, de quibus
inditia aliqua non habent, & multo minus
torqueri; sed iuris dispositionem seruari de-
bete; quam Constitutionem refert Cartar.
tract. Reorum interogandorum. c. 1. n. 9.

SVMMARIVM.

1 *Torturæ qui se offert velle stare cum alio, non potest à Iudice talis oblatio acceptari.*
2 *Homo liber non est Dominus membrorum suorum.*
3 *Torquendi potestas, & authoritas est meri imperij.*

4 Per-

4 *Percussio non potest ab aliquo alteri committi, vt ipsi fiat.*
5 *Tortura non potest infligi à Iudice alicui, qui se offert torqueri.*
6 *Iudex quando quid facit contra terminos iuris, habetur vti priuatus.*
7 *Tortura si à Iudice infligatur volenti, non excusatur à pœna.*
8 *Tortura si à Iudice infligatur volenti, excusatur ab actione iniuriarum, & ab interesse.*
9 *Iniuria non fit volenti.*

DISCEPTATIO CIIII.

De Offerente velle stare ad tortoram cum alio.

ACcusator si offerat Iudici velle stare cũ Reo torturæ, d. tortura non potest infligi, quoniam talis oblatio non potest acce-
1 ptari, nec propter hoc erit Accusatus subijciendus torturæ. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 7. num. 9. Mascard de probat. lib. 3. conclus. 1129. nu. 18. seq. Farinac. q. 46. nu. 101.
2 Ratio est, quia liber homo non est Dominus membrorum suorum. l. liber. homo. ff. ad l. Aquil. Glos. sing. c. cum homo. 23. q. 5. Bal. Rubr. C. res inter ali. act. Ias. Vbi latius in l. de quibus. num. 57. cum seq ff. de legi. & in §. actiones. nu. 69. Instit. de actio. Vulpell. consf. 2. num. 7. Et ideò nemo potest se obligare
3 sub pœnis corporalibus. Alia ratio est, quia torquendi potestas, & authoritas est meri imperij. Vt l. Defensores. C. de Defens. ciui. Et tenet Brun. d. tract. de indit. & tortu. cuius verba sunt intrascripta, allegãs. Guil. de Cic. in l. imperium. ff. de iu. omn. iud. sed ea quæ sunt meri imperij, non possunt pacto priuatorum concedi. l. priuatorum. C. de iu. omn.
4 iud. Tertia ratio, est; quia quis non potest committere alteri, vt ipsum percutiat. l. 1. §. vsq; adeò. ff. de iuriur. & hoc tenuit Bart. in l. pen. ff. de condi. ob cau. & l. interdum. §. qui furem & ibi Glos. contrarium sensent. ff. de fur. Et licet Glos. & Bart. loquantur, quando committat se ad torturam priuato; tamen d. Brun. idem dicit, si cõmittat se Iudici; quo-
5 niam vt Iudex in casu isto torquere non potest; quia habetur vti priuatus, quando quid facit contra terminos iuris. l. prohibitum. C.
6 de iur. Fisci. cum sim. Et propterea quando
7 Iudex in casu prædicto torqueret aliquem volentem, non excusaretur à pœna prædicta
8 applicanda Fisco: Sed excusaretur ab actione iniuriarum, & ab interesse; quoniam vo-
9 lenti nulla fit iniuria. l. 1. §. adeò, & ibi Bart. ff. de iniur. & per Bart. in l. quamuis in fin. ff. de in ius voc. Et dicit idem Brun. d. tract. quod ex his deciditur alia quæstio, quæ sepè occurit: nam aliquis inculpat alium de delicto; & quia non habet veras probationes, neq; indiṫia sufficientia ad torturam, dicit Domine Gubernator ponatis me, & ipsum ad torturam, multi Iudices putant hoc posse, & debere fieri per d. Gubernatorem sed per supradicta est contrarium in persona volentis, ergò multo minus in persona illius, qui nollet.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quando ab aliquo plura fuerunt commissa delicta, solummodo super principali delicto debet inferri.*

DISCEPTATIO. CV.

De pluribus delictis commissis.

1 TOrtura, quando plura fuerunt commissa delicta ab Inquisito, solummodo super principali delicto potest inferri. Boss. tit. de requiren. Reis Bertaz. cons. 119. n. 24. Vide plura in seq. Discept.

SVMMARIVM.

1 *Tortura à Iudice debet haberi ratio inditiorum, & robusticitatis corporis inquisiti.*
2 *Tortura debet Iudex multum considerare qualitatem, & fragilitatem personæ.*
3 *Confessio in tortura extorta ex nimia fragilitate nullius debet esse considerationis.*

DISCEPTATIO CVI.

In Tortura debet haberi ratio Inditiorum.

TOrtura vt dicatur iustè inflicta, debet à Iudice haberi ratio inditiorum, & ro-
1 busticitatis corporis. Vt ait Gabriel Rubr. de quæst. & tormẽt. num. 4. & 20. Bursatt. cons. 201. num. 86. vol 2. Vbi testatur de
2 communi. Ita dicit Text. in l. 1. §. qui quæstioni. ff. de quest. Et ideò debet d. Iudex & multum considerare qualitatem, & fragilitatem personæ; quoniam multi valdè tor-
3 turam timent. Vnde confessio in ipsa ex nimia fragilitate extorta nullius debet esse considerationis. Tradit Salyc. l. interpositas.

fitas nu.6.vers.Itē adde.C. de transat. Hyppol.post alios,quos allegat cons. 8.n. 15.& d.l.1.§.quæstioni.ff.de quæst.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest indebitè dari,nec potest Iudex modum excedere.*
2 *Tortura in se habet iniuriam.*
3 *Pœna quæ sit imponenda Iudici excedenti modum in torquendo Reum.*

DISCEPTATIO CVII.

De Tortura indebitè data.

1 Tortura non potest indebitè dari,nec potest Iudex modum excedere,aliter sequentia nulla sunt. Bos. tit. de mandato ad homic.num.32.seq.Ratio est, quia Tortura
2 in se habet iniuriam, quod est valde notabile à Criminalistis. Brun.tract.de indit.& tor-
3 tu.q.3.primæ par.num.3. Verum in huiusmodi casu nonnulla veniunt dicenda,nempè quod aut Iudex, qui fecit torquere Reum est in dolo: Aut in aliqua culpa: Aut tortus moritur casu: Aut est dubium. Primo casu dicitur,quod si d.Iudex, vel eius officialis sit in dolo, scilicet quod odio, vel gratia alterius puta inimici, vel corruptus fuerit pecunia, & non præcedentibus inditijs excesserit modum, & moriatur tortus secundum Amodeum,quo suo tempore nullus fuit magis practicus in criminalibus in suo tract. Scindic. in Glos. super verb. Item quod in eo,quod Potestas & officialis capi, detineri, carcerari, & torqueri &c. col.3.in 7. quæst. ipse cum suo officiali tenetur pœna capitis. l.Cornel.de sicar. in princ. & l.aut damna.§. 1.de pœn.& est Text. in l. Item apud labeonem §.quæstionis.in l.fin.ff. de iniur. Quod etiam secundum Brun. habet locum,quando sine nouis inditijs facit reponi ad torturam illum,qui fuerit semel tortus sufficienter; quo casu si moriatur d. tortus, tenetur pœna capitis. Vt dixit Bal.in l.milites. C. de quæst. Ratio est quia eo ipso quod Iudex modum excedens fingitur priuatus, & non Iudex, sicut tutor non rectè administrando,& tenetur tanquam quilibet.l.tutor.ff.de fur.l. fundum.§ si tutor.pro emp.;Argū.l.generaliter. C. de Episc. & Cler. quoniam nimia seuitia Iudicis ascribitur culpæ. ff. ad l. Aquil. l. si quemcunq; .§.si magister.ff.de iniur. Secundò casu dicitur, quod si non est in dolo, sed in aliqua culpa, puta quia non præcedebant inditia sufficientia,vel modum excessit, & immoderatè per ignorantiam, & imprudentiā, vel per lasciuam causam mortis præbuit torturam,& lædit tortum in corpus,seù torquēdo,aut aliter debilitando,vel occidi faciendo in publico, puniri debebit extra ordinem arbitrio Scindicorum. Ità dixit Bart. in l. vlt. de adul.in q.de bannito occiso. Probatur in l.lex Iuliana.§.fin.ff.ad l.Iul.repet.l.enim Cornelia directa requirit verum dolum. Et si fuit in culpa leuissima mitius punitur,quam in leui. Tertio casu dicitur, quod quando tortus moritur sine dolo,vel culpa Iudicis,idest casu. Vt innuit Text.in d.l.vt damna §.1.ff.de pœn.tunc d.Iudex, vel eius officialis non tenetur aliqua pœna. Vt not.Bart.in l.questionis.ff.de quæst.quia qui facit lege permittente, pœnam non mœretur. l. Gracchus. C. de adult.& ibi hoc firmat Cyn.'quod intelligitur,quando præcedebant legitima inditia,& non excessit modum;cum ille nō fecerit animo occidendi,sed veritatis eruendę,& nemo delinquit, nisi habeat animum delinquendi. l.sæpè.in fin.ff.de verb.signif.quia animus,& propositū distinguūt maleficia.l. qui in iure. ff.de fur.& l.1.§.1.ff.de sicar.& l.si is,qui cū telo.C.eo tit.Quarto casu dicitur,quando est dubium an dolo,& culpa,vel casu moriatur, dicendum est,quod si Iudex doceat legitima inditia,& appareat eum,qui fuit tortus fuisse ætatis maturæ,& rubustæ,præsūptio est pro Iudice,vel eius officiali.l.Herennius.§.gaya. ff.de eui. Præsumit enim princeps omnē bonum de officialibus suis,nisi manifestè appareat contrarium.l.1.§.fin.ff.de offic.Præsid.facit l.cum creditor.ff.de fur.& l.iniuriarum.§. 1.ff.de min.& l.acquirenda.ff de acquit. poss.& l.3.§.1.ff.deli.ho.ex. Et qui allegat, ꝙ Iudex fuit in dolo, vel culpa,id probare tenetur.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.& l. 1. & ibi not.C.de sicar.& l.2. ff.de probat.& l. actor.C.eo.tit.& not.Bart.in l.argentarijs. §. fin. de eden. In dubio enim si non appareat, quo animo fecerit, præsumitur fecisse zelo iustitiæ,& iustè.l.2.§.si publicamus.ff. vi.bo.rapt.& l.minus.C.de acquir.poss. & l. meritò.ff.pro Soc.facit l.2.C.qui accus.nō poss. Hæc omnia dicit Brun.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio non verificata non praeiudicat Inquisito.*

DISCEPTATIO CVIII.

De Tortura immoderatè illata.

1 TOrtura cum immoderatè fuerit illata, & tortus sit varius in circumstantijs, confessio non verificata non præiudicat. Paris. Put. de scindic. vers. confessio. nu. 5. seq.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quibus personis non possit infligi in crimine hæresis.*

DISCEPTATIO CVIIII.

De non torquendis in crimine hæresis.

IN crimine hæresis illis personis non potest infligi tortura, quæ ob ætatem, senectutem, vel partus periculum sint torqueri prohibitæ.
1 Vt optimè tradit Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 13. n. 3. Director. Inquisit. 3. par. pag. michi. 595. comm. 110.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest infligi ex solis inditijs, sed requiritur etiam diffamatio.*
2 *Inditia sola non sufficiunt ad torturam.*
3 *Diffamatio de aliquo delicto si non præcesserit ante formatam Inquisitionem, omnia inde secuta non tenent.*
4 *Diffamatio non sufficit probari in genere, sed debet probari in specie, aliàs non potest infligi tortura.*
5 *Diffamatus vt quis dici possit de aliquo delicto, opus est, vt fuerit confessus, seù conuictus, aut per sententiam condemnatus.*
6 *Scandalosus quis dicatur.*

DISCEPTATIO CX.

De Tortura non infligenda ex solis inditijs.

EX solis inditijs Inquisito non potest infligi tortura, sed debet etiam concur-
1 rere diffamatio ipsius. Tradit Andr. de Iserma in Constit. Regni, si damna clandestina.
2 col. 2. Gram. cons. 15. num. 5. Verum d. diffamatio de aliquo delicto si non præcesserit
3 ante formatam Inquisitionem, omnia inde secuta non tenent. c. qualiter, & quando. el secundò de accusat. 5. Inquisitionis. eo. tit.
4 Hyppol. §. constante. num. 12. Quod procedit, etiamsi testes probarent delictum. Dec. cons. 170. col. 1. & cons. 175. col. 2. Vltra quod d. Diffamatio non sufficit probari in genere, sed debet probari in specie, aliàs non potest infligi d. tortura. Cartar. tract. de execut. sent. Capto bannito. num. 248. Boss. tit. de homic. num. 28. Et fuit originale dictum Salyc. in l. fin. col. fin. num. 7. vers. Item dico. C. de quæst. Blanc. de indit. num 246. Foller.
5 cons. 157. num. 9. & 12. diuers. crim. lib. 1. Et vt Diffamatus quis dici possit de aliquo crimine seù scandalosus, necesse est, quod fuerit
6 confessus, seù conuictus, aut per sententiam condemnatus. Not. omnes per illum Text. l. ictus fustiū. C. de infam. Gram. vot. 30. n. 25.

SVMMARIVM.

1 *Delicta de nocte commissa non sufficiunt ad torturam legitimis non extantibus inditijs.*
2 *Delictis occultis & difficilis probationis inditia ad torturam debent esse legitima & sufficientia.*
3 *Delictis occultis &c inditia debent esse talia, vt denegari vix possit delictum.*

DISCEPTATIO. CXI.

De delicti noctu commissis.

SVb prætextu quod Delictum fuit de nocte commissum, & sic quod est difficilis
1 probationis, Inquisito non potest infligi tortura; quoniam in similibus delictis quis non torquetur sine legitimis inditijs. Bursatt. cōs. 166. nu. 33. vol. 2. Vbi quod in delictis oc-
2 cultis, & difficilis probationis inditia debent esse legitima, & sufficiēntia (vt in alijs. Osasc.
3 Decis. Pedamont. 79. nu 55. seq. vers. obstat. Vbi quod in dd. delictis inditia debent esse talia, vt vix possit denegari delictum.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest infligi Inquisito super præcisa responsione habenda.*
2 *Tortura non potest infligi super præcisa responsione, nisi concurrat verisimilitudo, & cursus modicis temporis.*

Tortura non potest infligi illi super precisa responsione, contra quem super delicto principali nulla extant inditia.

DISCEPTATIO CXII.

De precisa responsione habenda à Reo.

1 TOrtura nō potest infligi Inquisito super precisa responsione habenda, quando verisimiliter non recordatur de eo, de quo interogatur; cū v.g. elapsi fuerint plures anni. Clar.q.45.vers. sed pone, quod Reus. Mascard.de probat.conclus.1122.nu.26.& 31.
2 Vbi tunc demum torquetur Reus, quando concurrit verisimilitudo, & cursus modici temporis. Vltra quod etiam non debet esse in potestate Iudicis sub prætextu non præcisæ responsionis torquere illum, contra quem super delicto principali nulla adsunt inditia. Idem Clar.d.q.45.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pregnans non est torquenda propter periculum partus.*

DISCEPTATO CXIII.

De Muliere pragnante.

1 MVlieri pregnanti propter periculum partus, quia ex terrore, & comminatione posset sequi abortus, non potest infligi tortura. Expectanda igitur est, donec pariat, si veritas aliter quam per torturam, aut terrorē haberi non possit. Director. Inquisit. 3. par. pag.mihi 483.comm.39.

SVMMARIVM.

1 *Tortus varians in repetitione torturæ à primò dicto nominans aliquem nullum facit inditium ob defectum periurij.*

DISCEPTATIO CXIIII.

De Torto variante in repetitione ob tormenta.

INquisito non potest infligi tortura, quando aliquis tortus ob tormenta variando
1 in repetitione à primò dicto nominat ipsum; quia ob defectum periurij nullum parit inditium. Gram.vot.34.nu.10.seq. Dec. cons. 189.per totum. Bertaz.cons.341.nu.27.vol. 1. Vbi ait, quod isto casu nec ad inquirendum facit inditium.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest infligi alicui, si se absentauit à loco commissi delicti*
2 *Mulier de sui natura est valde timida.*
3 *Comparitio spontanea tollit inditium fugæ.*
4 *Absenti per plures menses à patria post commissum delictum non potest infligi tortura.*
5 *Absentia à patria non infert delictum.*
6 *Absentia semper præsumitur in bonam partem.*
7 *Fuga nunquam facit inditium ad torturam.*

DISCEPTATIO CXV.

De Absentante se à loco commissi delicti.

1 INquisito, qui se absentauit à loco commissi delicti, non potest infligi tortura; idq; eo magis si agatur de muliere, quæ de sui
2 natura est valdè timida. Dixit Plot. cons. 65.nu.22.inter cons.crim. diuers.lib.1. Bertaz.cons.146.num.12. Et maximè quando
3 spontè se constituit in carceribus; quoniam per spontaneam comparitionem tollitur inditium fugæ è manibus Curiæ. Bart.l.si quis sit fugitiuus.§ 1.ff. de Edilit. edit. Immo d.
4 tortura Inquisito non potest infligi, qui fuit absens per plures menses à patria post commissum delictum; nanq; absentia à patria nō infert delictum, cum sit presumptio remotis-
5 sima. Vt per plures authoritates ostendit Marl.cons.43. nec dissentit Galeat. Maluat. cons.110.num.36.lib.1. diuers.crim. Vltra
6 quod absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem. Ità Bal.in l.bonæ fidei.C. de iureiur. Marl.in pract.§. diligenter.nu.43.
7 Vbi quod fuga nō facit inditium ad torturā.

SVMMARIVM.

1 *Acclamationes derobati non probant furtum.*

DISCEPTATIO CXVI.

De Acclamatione derobati.

FVri non potest infligi tortura ob acclamationes Derobati, seù ob eius querelam; quamuis bonæ famæ. Ità in indiuiduo scribit Spec.tit.de pignor.§.1.col.5.vers.
1 Et nota, quod si creditor. Vbi quod Acclamationes non probant furtum; alioquin fecerunt multæ fraudes, nec dissentit Natt. cons.407.n.4.seq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Accusatoris offensi dictum etiam in tortura emanatum nec ad inquirendum sufficit.*
2 *Accusatoris offensi dictum nec ad capturam sufficit.*
3 *Accusatori multo minus creditur, si diù post offensionem sibi illatam accusationem porrexit.*
4 *Tarditas in querelando arguit dolum.*
5 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
6 *Accusatoris offensi dictum facit tantum inditium ad detinendum.*

DISCEPTATIO CXVII.

De Accusatore offenso.

INquisito ad depositionem Accusatoris ab ipso offensi non potest infligi tortura;
1 quia eius dictum nec ad inquirendum sufficit, etiam quod in tortura emanauerit. Farinac. q.46. Clar.in pract.§.fi q.7.vers. habes igitur.l.si quis in graui. §. si quis moriens. & ibi Angel.no.ff.ad Sillan.Brun.de indit.& tortu. in 3.par.nu. 26. Vulpell. cons. 30. n.5. seq.
2 Immo ipsius dictum nec etiam sufficit ad capturam. Farinac.q.43.nu.5. Bertaz. cons. 8.
3 num.44.lib.1. Et multo minus d.Accusatori creditur, si diù post offensionem sibi illatam, & iniuriam factam porrexerit accusationem:
4 Tunc enim valdè calumniosa præsumitur; cum ex tarditate dolus præsumatur. Bal. cons.37.in fin.lib.1. Boer.decis.42.num.20. Aym.cons. 75. Mars. in pract. §. diligenter. num.201.Mascard.de probat.lib.1.conclus. 531. num. 59. Farinac. q. 46. num. 103.
5 Et hac ratione eius dictum haud facit inditium; quoniam inimicitia contracta propter d. offensionem non purgatur per torturam. Boss. tit. de inquisit. num. 52. Vbi adducit concordantes. d. l. si quis in graui. §. si quis moriens. & ibi Angel. not. ff. ad Sillan. d.
6 Brun. ibidem. Sed facit tantum inditium ad detinendum. Farinac. d.q.

SVMMARIVM.

1 *Accusator non facit inditium ad torturam.*
2 *Accusator non admittitur ad faciendum inditium.*
3 *Accusator debet suam accusationem plenè probare.*
4 *Accusator si non probauerit suam accusationem Reus absoluitur.*
5 *Accusator, & testis quis esse non potest.*
6 *Accusator, quamuis sit examinatus vt testis non probat.*
7 *Accusator non attenditur, quãuis in tortura deposuerit.*

DISCEPTATIO CXVIII.

De Accusatore.

1 ACcusatoris depositio non sufficit ad torquendum accusatum. c.forus.§. in omni.de verb. signif. Spec. in tit.de test.§. 1. vers. Item quod ipse est accusator, & testis. Fœlyn.in c.licet Hely. nu.6. de Simon. Lanfranc.in tract.de test.num.118. Barth. Gritt. inter cons.crim. diuers.cons.73.num.10.seq. lib. 3. Iacob. Port. Imolen. cons. 94. nu.33.
2 Bertaz.cons.8. num.42.lib.1. Imò d. Accusator non admittitur ad faciendum inditium. Salyc.l.fin.nu.12.C.de accusa. Gram. decis.
3 28. num.23. ad fin. Sed debet suam accusationẽ plenè probare. Vt l.sciant.C.de probat. l.qui sententiam laturus est. de pœn. Vel saltem simpliciter, & per vnum testem fide dignum, vel per violenta inditia. Vt supra not. & l. qui accus. C. de eden. l. si quis. C.ad l.
4 Iul. maiest. Et si non probauerit accusationẽ, Reus venit absoluendus. d.l.qui accusare.C. de eden. l.actor.de probat. Simanc.in Enchi-
5 rid. tit. 47. de Defensionibus. num. 1. Ratio est, quia accusator, & testis quis esse non potest. Abb.c. significasti.ex eo Text.de Adult. Alex.cons.157. nu.5. Ias. cons. 22. in princ. Boer.decis. 319.n.7. Gram.inter cons. ciuil. 45. Vulpell. cons. 27. num. 1. Barth. Gritt. inter cons.diuers. cons.160. num.3.lib.1. sic etiam in terminis Rolan. cons.37. n.10. seq.
6 lib.3.Bertaz.d.cons.8.Nec facit, quod sit examinatus vt testis; quia modus non attenditur, sed effectus. l.3. & ibi Bal. C.de instit. & substit.l.quoties.§.si quis nouem.& ibi Imol. cum alijs per eum adductis. ff. de hæred. in-
7 stit. Quinimò etiamsi cum tortura deposuerit. Vulpell. cons. 30. num. 5.seq. Bertaz. d. cons. 8. num.44. quoniam inimicitia non purgatur per torturam. Boss. tit. de Inquisit. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Allocutionis, siue colloquij襟 inditiũ leuissimũ reputatur.*
2 *Allocutio, siue colloquium stante incertitudine ipsius præsumitur potius in bonam, quã in malam partem.*
3 *Actus dubius, & equiuocus non facit inditiũ ad torturã.*
4 *Allocutio etiam ad aures facta non facit inditiũ contra loquentem, nisi alia concurrant inditia.*

DISCEPTATIO CXIX.

De Allocutione Secreta.

OB secretam allocutionē, siue colloquiū
inter aliquos ad inuicem habitum,
etiamsi esset plenè probatum, non potest in-
1 fligi tortura: Et triplici ratione quidē, Prima
ratio est, quia allocutionis inditium leuissimū
reputatur. Bal. in l. non hoc. ad fin. C. vnde
cogn. Ioan. de Amic. cons. 134. num. 4.
2 Secunda ratio est, quia stante incertitudine
eius, super quo habetur, præsumitur potius
3 in bonam, quam in malam partem. Tertia
ratio est, quia ex actu dubio, & equiuoco nō
oritur inditium ad torturam; cum inditia
debeant esse certa, & concludentia; non autē
4 dubia, & equiuoca. Immo ex sola allocutio-
ne etiam facta ad aures nunquam oritur in-
ditium contra loquentem, puta quod de ho-
micidio futuro tractauerit, nisi alijs concur-
rētibus inditijs, nempè inimicitia capitali in-
ter mandantem, & offensum, secreta allocu-
tione, & quod incontinenti sequutum fuerit
delictum. Bal. l. 1. col. 3. vers. & ille dicitur
mandare. C. de seru. fugit. Bal. in l. 1. nu. 10.
& ibi Ias. num. 30. vers. intellige tribus con-
currentibus. ff. de priuil. credit. Mars. cons.
21. num. 12. seq.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium Iudicis in criminalibus regulatur secundum ius commune, & circa aliqua leuia, non autem in causa capitali.*
2 *Ad tormenta Iudex procedere non debet prætextu arbitrij, sed legitimis inditijs.*
3 *Inditia etiam in atrocissimis delictis probabilia, & verisimilia esse debent.*
4 *Arbitrium Iudicis in iudicijs regulatur secundum leges, & debet esse iuri & rationi consonum.*
5 *Iudex in dubio arbitrari debet, inditia ad torturam non esse sufficientia.*
6 *Arbitrium si concessum est Iudici super maleficijs inquirendis procedendo, & puniendo, non poterit Reum ponere ad torturam sine inditijs.*
7 *Reus si confessus fuerit, Iudex illum damnare, & punire non poterit sine inditijs.*
8 *Iudex licet habeat arbitrium iura tamen seruare tenetur.*
9 *Per arbitriū nō intelligitur derogatū sollemnitati legum.*
10 *Iudex ad torturā procedere non potest sine inditijs, sine præsumptionibus, sine probationibus.*
11 *Quæstio cum sit quid facti est in potestate legis, nō autem in arbitrio Iudicis.*
12 *Ex arbitrio licet Iudex possit ex iuris sollemnitate aliquid omittere, non tamen ex toto debet subuertere, vel iuris ordinem, & sollemnitatem ommittere.*
13 *Per arbitrium non potest Iudex rationis modū excedere.*
14 *Iudex in ferenda sententia iura seruare tenetur.*
15 *Iudex secundum probata, & non secundum conscientiam iudicare debet.*
16 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
17 *Arbitrium datum debet reduci ad arbitrium boni viri; idest Iudicis.*
18 *Iudex debet iudicare secundum probata.*
19 *Arbitrium Iudici concessum aut dicit Ad libitum meris Aut ad purum arbitrium; Aut ad solum arbitrium.*
20 *Primo casu Iudex non tenetur seruare sollemnitatē iuris, si non vult.*
21 *Secundo casu sic.*
22 *Tertio casu debet tantum in quolibet casu causa cognita procedere.*
23 *Arbitrio non potest Iudex vti in pœnalibus, quia in ipsis non debet sine lege procedere.*
24 *In arbitrium Iudicis non venit pœna mortis, vel abscissionis membri.*
25 *Arbitrio Iudicis concessa sunt, quæ in facto consistunt, non quæ in authoritate iuris.*
26 *Arbitrium datum Iudici torquendi Reum intelligitur moderatè, & arbitrio boni viri.*
27 *Arbitrio Iudicis remittitur, quod à iure non præfinitur.*
28 *Arbitrium si detur Iudici super maleficijs inquirendis puniendo, & procedendo pro suo arbitrio, & hoc post maleficium commissum, non poterit illo vti, & secundum illud procedere.*
29 *Arbitrium non se extendit ad præterita, Sed ad futura tantum, nisi fortè illud esset expressè datum.*
30 *Concessum in præiudicium alterius lite pendente non trahitur ad præterita.*

DISCEPTATIO CXX.

De Arbitrio Iudici concesso.

ARbitrij prætextu Inquisito non potest
1 infligi tortura; quoniam Iudicis arbi-
trium in procedendo in criminalibus regula-
tur secundum ius commune, & circa aliqua
leuia; non autem in causa capitali. Et ità te-
nent communiter DD. vt attestatur Albert.
in 3. part. statut. q. 32. num. 1. refert, & sequi-
tur Clar q. 31. vers. arbitrio, & balia. & q. 64.
2 vers. dixi etiam Vbi ait, quòd Iudices cauere
debent nè prætextu arbitrij procedāt ad tor-
3 menta sine legitimis inditijs, prout de iure re-
quiritur; cum etiam in atrocissimis delictis
debeant esse probabilia, & verisimilia. l. mili-
tes. §. oportet. C. de quæst. non autem leuia,
& perfunctoria, & equiuoca. Bal. cons. 229.
col. 1. ad fin. lib. 3. Innoc. c. fraternitatis. de
4 hæret. Immo Iudicis arbitriū in iudicijs regu
lariter secundū leges, & debet esse iuri, & ra-
tioni consonū. Alex cons. 217. n. 5. lib. 2. In
terminis Mars. cons. 15. nu. 17. & cons. 20. n.
5 54. seq. Et in dubio Iudex debet arbitrari in-
ditia

ditia ad torturam nō eſſe ſufficientia. Vt poſt
Boſs.quem allegat, tradit Cacheran.conſ.79.
6 nu.58.ſeq. Quinimò ſi arbitrium conceſſum
eſt Iudici ſuper maleficijs inquirendis pu-
niendo, & procedendo, quando aliquis cap-
tus eſt, & ducitur ad ipſum, & v.g. dicitur,
quod eſt latro, vel malefactor; tamen non
7 poterit illum ſine alijs inditijs ponere ad tor
turam; & ſi confeſſus fuerit, non poteſt con-
demnare, & punire; quoniam licet Iudex ha
8 beat arbitrium; tamen iura ſeruare tenetur;
nanq; per arbitrium non intelligitur deroga
tum ſollemnitati legum. l. Si quando. C. de
9 ino.teſt. l.ſi procur.§.Celſus. ff.de condi. in-
de.l.creditor. §.lucius. ff. man.l.lucius.§.Im-
perator. ad munic. Gloſ. ſing.in Clem. ſepè.
in verb. defenſionem. de verb. ſignif. Bal.
Imol.in l.filius fam. ff.de do.per DD.in c.de
conſtit.& Alex.conſ.65.col. 2. verſ. ne præ-
textu.in 1. vol. Pariſ. de Neap. intra ſing.ad
ver.torturam.§ an de repetitione.col. 3. ver.
An Poteſtas.& in §.ſtetur.col.5.ver. licet Iu-
10 dex. Ergò non poteſt ad torturam procedere
ſine inditijs, ſiue probationibus, aut præſum-
ptionibus. Vt l.milites.C.de quæſt. & l.1.ff.
11 eo. Immo queſtio, cum ſit quid facti, eſt in
poteſtate legis, non autem in arbitrio Iudicis.
l. 1.& 2. ff. ad Turpill.l. ordine. ad munci.
12 Nam licet Iudex poſſit ex arbitrio ex iuris
ſollemnitate aliquid omittere in proceden-
do; vel dilationes abreuiare; non tamen ex
toto debet ſubuertere, vel iuris ordinem, &
ſollemnitatem omittere. Vt d. l. ſi quando.
13 Nec poteſt etiam rationis modum excedere.
Vt l.hodie in fin.ff de pœn.l.aliud.ff. de verb.
ſignif.& l.ſi qua pœna. eo.tit. Ibi igitur ſimul
14 atq; &c. Quinimò ſemper in ferenda ſen-
tentia iura ſeruare debet. Vt in Auth.de man.
15 Princip.§. omnis autem Iudex. Et ſecundum
probata, & non ſecundum conſciētiam iudi-
care debet. Vt l.illicitas. § veritas. ff. de offic.
Præſid.c.1. Vbi de hoc no. èxt.de of.or. Ve-
rumtamen cum minoribus probationibus,
vel inditijs poteſt probare, procedere, & iu-
dicare. Vnde ſi habet vnum teſtē de veritate
fide dignum, & vnum inditium cum fama
publica ſaltim per duos teſtes; tunc ſi habe-
ret conſcientia de maleficio commiſſo, poſſet
ad condemnationem procedere; quod non
poſſet aliàs, ſi non haberet inditium; quoniā
16 in criminalibus probationes debent eſſe luce
meridiana clariores. Vt l. ſciant cuncti. C. de
17 probat.l.qui ſententiam. ff. de pœn. Item ar-
bitrium datum debet reduci ad arbitriū boni
viri, ideſt Iudicis. l. libertis. ff. de ope. liber. l.
18 continuus. ff.de verb.obligat. Et Iudex debet
iudicare ſecundum probata (vt dictum eſt)
19 & hoc verius videtur. Nec refert, vtrum di-
cat; Ad libitum merum: Aut purum arbitriū:
20 vel ſolum arbitrium. Primo caſu nō tenetur
ſeruare ſollemnitatem iuris, ſi non vult.
21 Secundo caſu ſic. l. fideicommiſſa. §. quan-
22 quam ff. de legib. Tertio caſu debet tantum
in quolibet caſu cauſa cognita procedere.
23 Vt l.1.§.1.& ſeq.ff.de effra.& expi.Imò Iudex
in pœnalibus non debet ſine lege procedere.
Argum. l. illam. C. de collat.l. quid ergò.§.
pœna grauior. ff. de his, qui not.infam. Vbi
24 Bart. & alij. Quinimò in Iudicis arbitrium
non venit pęna mortis, vel abſciſſionis mem
bri. Alex. conſ. 3. in princ. conſ.65.num. 3.
conſ.13.num. 15 in 7. Gram. conſ. 36. Vul-
pell.conſ.61.num.7. Afflict. deciſ.276. poſt
numerum ſextum. Gram.cōſ.48. Boer.deciſ.
317. num.3. Quæ opinio eſt vera, & ab ea
in iudicando non eſt recedendum. Clar. q.
25 83. verſ.ſed quæro qua pœna. Verum arbi-
trio conceſſa ſunt, quæ in facto conſiſtunt,
non autem quæ in authoritate iuris. Simon.
26 de Petiſ.conſ. 202. num. 2. Vbi plura in his
terminis adducit. Imò arbitrium datum ali-
cui Iudici torquendi intelligitur moderatè,
& arbitrio boni viri. Brun. tract. de indit. &
27 tortu. q. 9. Secunda par. Et iudicis arbitrio
remittitur quod à iure non præfinitur. l. 1.ff.
de iur.delib.d.l.hodie.ff.de pœn. l.1.ff.de ef-
28 fracto. Nec dicere prætermittendum, quod ſi
arbitrium detur Iudici ſuper maleficijs in-
quirendis puniendo, & procedendo pro eius
arbitrio, & hoc poſt maleficium commiſſū,
non poterit illo vti, & ſecundum illud proce-
29 dere; quia non extendit ſe ad præterita, ſed
ad futura tantū; niſi illud fortè eſſet expreſsè
datum. Vt l. leges. C. de legib. & in Auth.
Vt non de ap.cog.§ 1.c.1.èxt. de conſtit. Vl-
30 tra quod illud, quod conceditur in præiudi-
cium alterius lite pendente non trahitur ad
preterita. vt habetur d.c.fin.

SVMMARIVM.

1 *Ob armorum probibitorum delationem non poteſt infligi tortura, quando ceſſat dolus.*

2 *Archibuſettum paruæ menſuræ deferens ſine dolo nulla pœna punitur*

3 *Ob armorum probibitorum delationem qualibet cauſa, & credulitas etiam leuis & iniuſta excuſat à dolo.*

4 *Armorum probibitorum delatio nullum parit inditium, quando deferens habet licentiam ſuperioris.*

5 *Armo-*

5 *Armorum prohibitorum delatio tunc præsumitur mali animi quãdo concurrit mala qualitas deferentis arma.*
6 *De Armorum longitudine si testis non deponat, non probat.*
7 *Testi dicenti Io ho visto benissimo l'Archibusetto, quia nimis animosè deponit non creditur.*
8 *Testi affirmanti quod verè scire non potest non probat.*
9 *Testis non probat, quando arma, seu arcbibusettum non mensurauit.*
10 *Testium munus est deponere, & testimonium ferre, quod oculis viderunt.*

DISCEPTATIO CXXI.

De Armorum delatione.

1 OB armorum delationem, quando ideò cessat dolus, Inquisito non potest infligi tortura. Vt in terminis tradunt Bursatt. cons. 77. num. 6. in fin. & num. 13. & cons. 141. num. 7. seqq. Bertaz. cons. 46. num. 11. & cons. 175. num. 3. lib. 1. & cons. 38. nu. 19. Quod eo magis considerant DD. dolum requiri, quando extant bannimenta, & Consti-
2 tutiones apostolicæ: Nam si quis sine dolo detulisset Archibusettum paruæ mensuræ, nõ est locus pœnæ. Vt in proprijs terminis scripserunt Bursatt. dd. cons. 77. num. 7. in fin. & cons. 141. num. 7. seqq. Bertaz. dd. cons. 46.
3 num. 11. & cons. 173. num. 3. lib. 1. Et in delatione armorum prohibitorum quælibet causa, & credulitas etiam leuis, & minuta excusat a dolo. Bursatt. dd. cons. 77. nu. 15 seq. & cons. 141. num. 14 Bertaz. dd. cons. 173.
4 num. 5. & cons. 46. nu. 11. Verum armorum delatio tunc præsumitur mali animi, quando concurrit mala qualitas deferentis arma. Ità Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi. publ. & tunc facit inditium ad torturam. Ita Bart. in l. ven-
5 tri. ff. de priuileg. credit. Tamen quando quis habet licentiam superioris, & cum dd. armis fuit captus, d. armorum delatio nullum parit inditium. Placa in Epithom. delict. c. 8. n. 17.
6 lib. 1. Parif. cons. 171. n. 18. lib. 4. Et quando testis de armorum longitudine non deponit, non probat. Bursatt. cons. 331. nu. 28. in fin.
7 seqq. lib. 3. num. 46. seqq. Et testis dicens Io hò visto benissimo l'Archibusetto, & son sicuro non potermi gabbare, & similia, repellitur; quia nimis animosè deponit: Ideò ipsi nulla est adhibenda fides. Crauett. cons. 249. in 4. vers. salem negari non potest. Vbi re-
8 spondit, quod non est credendum testi affirmanti, quod verè scire non potest, nec dissentit Soc. sen. cons. 229. col. 4. in fin. lib. 2. Brun. cons. 27. in fin. Gram. cons. 12. num. 14. in
9 criminalibus. Augetur exceptio, quia iudicat; nam ex quo non mensurauit d. archibusettum, non poterat tam audacter iudicare
10 v. g. esse vnius palmi cum dimidio; cum munus testium sit deponere, & testimoniũ ferre, quod oculis viderunt. Bart. & alij in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. clarè post alios multos ostendit Curt. Iun. cons. 165. nu. 17.

SVMMARIVM.

1 *Pro armata facta in campanea quis torqueri non potest, nisi tria concurrant.*
2 *Primo quod homines sint quatuor, & non pauciores.*
3 *Secundo quod sint diffamati pro furoscitis, & hominibus malæ vitæ.*
4 *Tertio quod sint armati armis furoscitorum, vt puta scopettulo, pugione, &c*
5 *Armatorum congregatio, vt sit punibilis, necessè est, vt fuerit facta ad malum finem.*
6 *Armatæ caput vt quis appellari, torqueri, & puniri possit ex supradictis tribus probari debet.*

DISCEPTATIO CXXII.

De Armata facta in Campanea.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito propter prætensam armatam ab ipso more Furoscitorum factam in Campanea, nisi infrascripta tria coppulatiuè concurrant.
2 Primo quod homines fuerint quatuor, &
3 non pauciores. Secundo quod fuerint diffamati pro furoscitis, & hominibus malæ
4 vitæ. Tertio quod fuerint armati armis Furoscitorum, vt puta cum scopettulo, pugione, &c. Et si prædictæ qualitates non concurrant, pœnæ ob d. armatam impositæ non habent locũ. Muscatell. in sua pract. crim. pag.
5 mihi 164 num. 47. seq. Ratio est, quia necesse est, vt armatorum congregatio, ad hoc vt sit punibilis, fuerit facta ad malum finem. Vulpian. in l. Prætor ait. §. homines coactos. ff. vi bo. rapt. Bal. cons. 319. lib. 2. Alex. cons. 224. num. 9. in 2. Vulpell. d. cons. 106 nu. 4.
6 Et armatæ caput vt quis appellari possit, ex supradictis tribus probari debet; alias pro armata torqueri, & puniri non potest. Anchar. cons. 217. col. fin. Vulpell. d. cons. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Artificis dictum vilem artẽ exercentis, obscuri, & ignoti non sufficit ad torturam contra Inquisitum, quando contra ipsum in testimonium admittitur.*

Artifex

2 *Artifex vilis in tribus casibus torqueri potest.*
3 *Primo si vacillet.*
4 *Secundo si conuincatur de mendacio.*
5 *Tertio si spontè vadat ad testificandum.*
6 *Tortura quando testibus pluribus est inferenda, sufficit torqueri duos, vel tres factum scientes.*
7 *Tortura semper est refrenanda.*

DISCEPTATIO CXXIII.

De Artifice vili.

1 ARtificis dictum vilem artem exercētis, obscuri, & ignoti non sufficit ad torturam contra Inquisitum, quando contra ipsū in testimonium admittitur; quoniam ei non
2 est adhibenda fides sicut alijs. Vt l.3. ff. de test. in princ. Potest tamen ipse torqueri in
3 tribus casibus. Primo si vacillet. Vt l.ex libero. ff. de quæst. & in Auth. de test. §.si verò ignoti. Secundo si conuincatur de mendacio.
4 Vt l.vnius.§.testes.de quæst. Tertio si spontè vadat ad testificandum. Vt d.§.si verò ignoti. in verb.festinantes; Et probatur 5.q.5 §.his,
5 qui ità. Dicit Bart.& in d.l.ex libero. Illud tamen est benè notandum, quod Vbi testes plures veniunt torquendi, sufficit torqueri
6 duos, vel tres factum scientes: Nam tortura est refrenanda. l. quoties. de naufra. lib. 11.
7 Ità dicit Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliator tunc potest torqueri, quando constat, quod fuit auxiliator, & auxilium præstitit.*
2 *Auxiliator, quando nullum auxilium præstitit, & nullus fuit offensus, non potest torqueri.*
3 *Auxiliator non potest torqueri, quando plenè, & verè non constat de principali delinquente.*
4 *Auxiliator non potest torqueri, etiamsi principalis esset per contumaciam condemnatus.*

DISCEPTATIO CXXIIII.

De Auxiliatore.

AVxiliatori non potest infligi tortura, quāuis dicatur, quod in dubio potest torqueri: Vt per Clar. q. 90. vers. aut verò; quoniam loquitur, quando constat, quod
1 quis fuit auxiliator, & auxilium prestitit: Tunc enim potest torqueri super tractatu prę habito; secus si nullum auxilium præstitit, &
2 nullus fuit offensus. Immo etiam auxiliator non potest torqueri, quando plenè, & verè
3 non constat de principali Delinquente. Bart. in l.is, qui rem, §.tu Titium. in fin.ff.de furt. Sequitur Fœlyn in c. sicut dignum. num. 3.
4 de homic. Vbi ampliat id procedere, etiamsi principalis esset per contumaciam condemnatus. Boss.tit.de delict.num.34. Paris.cons. 171.n.10.col.4. Vbi attestatur de communi.

SVMMARIVM.

1 *Baiulo, siue Balyo, quando est in societate Berroariorum offensorum, non creditur.*
2 *Offensa facta vni ex Socijs dicitur etiam facta alijs cum eo existentibus.*

DISCEPTATIO CXXV.

De Baiulo, seù Balyo.

1 INquisito ad dictum Baiuli, seù Balyi non infligitur tortura, qui est in societate Berroariorum; quando dd. Berroarij offenduntur; quoniam d. Baiulo non creditur; nam
2 offensa facta vni ex socijs dicitur facta alijs cum eo existentibus. Angel. in l. Item apud labeonem. §. Comitem. ff. de iniur.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemator non est testis omni exceptione maior.*
2 *Infidelis Deo non potest esse fidelis hominibus.*

DISCEPTATIO CXXVI.

De Blasphematore.

1 NVllum contra Inquisitum Blasphematoris dictum ad torturam facit inditiū; quoniam non est testis omni exceptione maior. Farinac.q.56.nu.414.vol.5. Lanfranc. in Repetit.c.quoniam cōtra.in verb. testium.
2 col.41.de probat. Ratio est, quia qui est infidelis Deo non potest esse fidelis hominibus. Bal.in c.cum Ioannes. de fid.instrum. Franc. Curt.cons. 55. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Buffones, & Histriones à testimonio repelluntur, quia sunt infames.*

DISCEPTATIO CXXVII.

De Buffone, & Histrione.

TOrtura non potest infligi Inquisito ad depositiones Buffonum, & Histrionū;
1 quia cum sint infames, à testimonio repelluntur. Farinac. q. 56. num. 439.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cadauer repertum iuxta domum alicuius non est inditiũ sufficiens contra eum, nisi cõcurrat inimicitia capitalis*
2 *Quod procedit etiam quando non reperitur Homicida.*
3 *Habitans non præsumitur occisor, si non est solitus similia facere.*

DISCEPTATIO CXXVIII.

De Cadauere reperto iuxta domum alicuius.

1 INquisito non potest infligi tortura, quando Cadauer est repertum iuxta domum ipsius; quoniam non est inditium sufficiens contra eum, nisi concurrat inimicitia capitalis. Rom. in l. 1. §. si quis in Villa. & ibi Igne. col. 2. sub num. 3. in fin. ff. ad Sillan. Quod
2 etiam procedit, quando non reperitur homicida. Ità loquitur Spec. in tit. de præsumpt.
3 §. 1. & Igne. vbi supra. Idem dicitur, quando cadauer repertum est in strata ante ostium habitantis, quia non præsumitur ab eo occisum, si habitans non sit solitus similia facere. Ità in terminis decidit Rom. in l. 1. §. hoc rescriptum. ff. ad Sillan. quem refert, & sequitur Mars, in pract. §. diligenter. num. 107.

SVMMARIVM.

1 *Causa grauis, & non leuis requiritur ad torturam.*
2 *Ex causa leui non præsumitur quis velle occidere hominẽ.*
3 *Causa debet esse verisimilis.*

DISCEPTATIO CXXIX.

De Causa graui, & non leui ad torturam.

1 DElicti causa nisi sit grauis, non potest infligi tortura. Scribit Cason. de indit.
2 tract. 2. c. 3. num. 8. seqq. Ratio est, quia nemo præsumitur ex leui causa v. g. velle occidere hominem. Mascard. de probat. lib. 2. conclus.
3 904. n. 21. Vbi quod talis causa debet etiam esse verisimilis

SVMMARIVM.

1 *Tortura non infligitur in causis ciuilibus, & pecuniarijs hominibus liberis.*
2 *Homo liber non torquetur in causa pecuniaria.*

DISCEPTATIO CXXX.

De Tortura non infligenda in causis ciuilibus, & pecuniarijs.

1 HOminibus liberis non potest infligi tortura in causis ciuilibus, & pecuniarijs, sed tantum seruis. Vt l. Edictum. ff. de quæst. & l. si quis Decurio. & l. Vbi falsi. C. de fals.
2 Et hoc dicitur, quia in causa pecuniaria liber homo de iure non torquetur in se. Vt dicit Bart. in alium benè torquetur, si vacillet. Vt l. ex libero. in princ. ff. de quæst. Vide Brun. tract. de indit. & tortu. q. 3. & 4. secundę par.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sola Rei non sufficit ad torturam, nec ad aliquã aliam condemnationem.*
2 *Confessio delicti verificari debet ex inditijs, & coniecturis.*

DISCEPTATIO CXXXI.

De Coitu damnabili.

1 INquisito in Coitu damnabili ad solã eius confessionem non solum non potest infligi tortura; sed nec etiam potest contra ipsum ad aliquam aliam condemnationem de-
2 ueniri; quoniam confessio facta delicti verificari debet ex inditijs, & coniecturis. scripsere sunt Boss. in tit. de delict. n. 19. & 23. in fin. Vbi generaliter loquitur in omni casu damnabili. Plot. cons. crim. diuers. 132. n. 22. lib. 1. Vbi in terminis loquitur in stupro commisso in puerum. Foller. in pract. crim. in verb. Capiat informationem. n. 2. Vbi etiam in specie loquitur in crimine sodomiæ. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 830. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Conditio mala alicuius in diuerso genere delicti nullum parit inditium.*

DISCEPTATIO CXXXII.

De Conditione mala alicuius.

TOrtura non potest infligi Inquisito ob malam eius conditionẽ in diuerso ge-
1 nere delicti; quoniam d. mala conditio nullum parit inditium: Vt v. g. imputatur quis de furto, & dum molestatur de ipso instigatur ad probandam malam famam ipsius, dicitur, quod habet coppulam carnalem cum aliqua muliere. Hęc alia conditio nullum facit inditium. Vt in terminis ostendit Bal. in l. fin. col. 1. vers. inducitur hæc lex. ff. de hæred. instit. Vbi quod mala fama in eodem genere delicti, &c. Bart. in l. fin. vers. veniamus ad indiuiduum. ff. de quæst.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non dicitur introducta in aliqua Vrbe, si non sit confirmata consensu Principis.*
2 *Consuetudo vt dicatur introducta tria requirit.*
3 *Testes deponere debēt de visu actu, cuius cōsuetudo allega(tur.)*
4 *Testes deponere debent actus tales fuisse factos ità, & taliter, quod appareat interuenisse tacitum populi consensum, vel saltim maioris partis populi.*
5 *Consuetudo quando non est rationabilis, & est contra ius, non valet.*
6 *Consuetudini quando lex est contraria, d. consuetudo non est seruanda.*
7 *Factum in Pretorio non debet attendi, sed potius id, quod de iure fieri debet.*
8 *Consuetudo omnis, seù obseruantia non tollit ius.*
9 *Consuetudo mala est extinguenda seù melius extirpanda.*
10 *Romæ quod fit nō est seruandū, sed q de iure fieri debet.*

DISCEPTATIO CXXXIII.

De consuetudine seruata in aliqua Vrbe.

SVB prætextu cuiusdam Consuetudinis seruatæ in aliqua Vrbe Inquisito nō potest
1 inftigi tortura; quoniam d. consuetudo non dicitur introducta in aliquo loco, si non sit confirmata consensu Principis. Ias. l. cunctos populos. n. 52. C. de sum. Trinit. & fid Ca
2 thol. Aym. cōs. 96. n. 6. Imò vt d. Cōsuetudo dicatur introducta, tria requirit vt probetur. Primò vsum populi. Secundò frequentiam
3 actuū. Tertiò tēporis diuturnitatē. Hinc dicebat Dec. cons. 483. n. 25 & cons. 538. n. 9. q testes deponere debent de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & quod deponant de frequentia, & temporis diuturnitate; & actus tales fuisse factos ità & taliter, quod appareat interuenisse tacitum populi cōsensū, vel
4 saltim maioris partis populi. Allegat Cyn. in l. 2. col. 12. vers. sed quero, deponūt testes. C.
5 quæ sit lōga cōsuetudo. Tamē nec supradicta sufficiūt, nec ipsa consuetudo valet qn̄ est cōtra ius, & nō est rationabilis. c. 1. de cōstit.
6 in sexto Alex. cōs. 196. n 13. vol. 2. Nā qn̄ lex est cōtraria, d cōsuetudo nō est seruāda, quia nō valet. Ità scribit Dec. in c. auaritiæ. n. 9. de præben. poss. spec. in tit. de appellat. S. de offi-
7 cio. n. 14 Menoch. cōs. 1 3. 36. lib. 1. Hinc infertur, q nō debet simpliciter attēdi, quod factū fuit in Prætorio, sed potius id. q de iure fieri debuit, quoniā nō omnis cōsuetudo, seù
8 obseruātia tollit ius. c. fin. de cōsuet. & in l. 2.
9 C. quæ sit lōga cōsuetudo. Nā si mala cōsuetudo extaret, est extinquēda, seù (vt melius dicā) extirpāda. c. cōsuetudo. 8. distin. Abb. in c. cū causā. n. 4. seq. de Elect. Et quamuis aliqui DD. dixerint. q v. g. ad Socij criminis dictum Reus de cōsuetudine torqueri debeat; tamē huiusmodi cōsuetudo nō est seruanda. Text. in l. sed licet. ff. de Offic. Præsid. Vbi habetur, quod nō id quod fit Romæ; sed q de iure fieri debet seruādū est. Bertaz. cons. 225. post n. 19. lib. 1. & cōs. 556. n. x. in fin. seq. lib. 2

SVMMARIVM.

1 *Testis si in modico se contradicit, non censetur varius, aut falsus.*

DISCEPTATIO CXXXIIII.

De Contrarietate modica.

TEstis ob modicam eius contrarietatem non potest infligi tortura: quia d. con-
1 trarietas non habetur in consideratione: nam si testis in modico sibi contradicit, non censetur varius, aut falsus. Vt Butr. quem allegat, ostendit Alex cons. 24. & cons. 105. Ias. in l. si ex falsis. C. de transact.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia sola parit inditium ad torturam contra viles, infames, & ignobiles personas; non autem contra nobiles honestas & bonæ famæ.*
2 *Quod procedit in eo qui fuit legitimè citatus.*
3 *Contumacia sola non sufficit ad torturam, nisi cum ea cōcurrat mala qualitas inquisiti*
4 *Contumacia non facit inditium, quando Reus non fuit ritè & rectè condemnatus.*
5 *Contumacia non facit inditium, quando non fuit formata Inquisitio valida.*
6 *Inditia etiam ad inquirendum requiruntur legitima.*
7 *Contumax non dicitur qui non fuit legitimè citatus*
8 *Pro cōdemnato nō habetur, qui fuit nulliter cōdemnatus*
9 *Contumax fictus ex sola ficta contumacia non potest torqueri.*
10 *Condemnatus ex contumacia dicitur is, qui verè est contumax.*
11 *Contumax fictus dicitur ille, qui non est citatus personaliter sed per diligentiam.*

DISCEPTATIO CXXXV.

De Contumacia.

COntumacia sola Inquisiti nō sufficit ad ipsū torquēdū; & quamuis d. cōtumacia parit inditiū ad torquendū, prout Bal. in l. 1. C. de hæred. instit. tamen parit inditium contra viles, infames, & ignobiles personas,
1 non autem contra honestas, nobiles, &
2 bonæ famæ. Et id procedit in eo, qui legitimè reperitur contumax. Tradit. Hyppol. cons. 51. vers. quia respondeo. Et ità contra

Q Motus

Motus proprius Pij V. contra contumaces editus, & Modern. Rom. inter. cons. crim.
3 diuers.lib.2.cons.60. num. 18. Contumacia (inquam) sola non sufficit ad torturam, nisi cum ea concurrat mala qualitas Inquisiti. d.
4 Bal.d.l. 1. num. 13. nec etiam facit inditium ad torturam, quando Reus non fuit ritè, & rectè condemnatus.l.4.§.condemnatum. ff.
5 de re iudic. Quinimò nec quando non est formata Inquisitio valida. Mars. post multos cons. 117. num. 36. Vbi quod ex processu inualido nullus validus potest resultare effe-
6 ctus; & ad inquirendum legitima requiruntur initia. Veruntamen contumax nō potest
7 dici, qui non fuit legitimè citatus. Curt. sen. cons.60.num.38. Gram.cons.37.num. 2.&
8 decis 79.num. 10. Et nulliter condemnatus habetur pro non condemnato.d.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic. Et talis exceptio contra bannum potest opponi etiam post
9 30. annos. Vbi post Bal.tradit Boss.de banni.nullit. num. 2. Nec dicere prætermittendum est, quod etiam Contumax fictus ex sola ficta contumacia nec etiam potest tor-
10 queri.Gram.cons.45.num.27. Et ideò dicit Bal.in l.Diuus col.2.ff. de in integr. restit. ꝙ condemnatus ex contumacia dicitur is, qui verè est contumax, idest quod personaliter
11 fuit citatus, sed contumax fictus dicitur ille, qui non fuit citatus personaliter, sed per diligentiam.Bart.in prealleg. l. Diuus. Guiglel. de Benedict.in Repet. c. Raymundus. de testā.Vide plura superius sub eo.tit.Discept.101

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio cum malis est inditium adminiculatiuum; tamen de per se sola non sufficit ad torturam.*
2 *Conuersatio cum malis est inditium remotum à delicto.*
3 *Inditium remotum debet probari per duos testes contestes de loco, & tempore.*
4 *Conuersatio, & habitatio cum delinquente, quando eius delicta sunt occulta, non faciunt inditium ad torturā.*
5 *Conuersatio, siue amicitia est de se bona.*
6 *Ex Bono non debet præsumi malum.*
7 *Conuersatio cum facinorosis hominibus non parit iditiū ad torturam.*
8 *Malus ideò viuit, vt corrigatur; aut per eum bonus exerceatur.*
9 *Conuersatio cum aliquo non arguit velle cum eo delinquere, & alium odio prosequi.*
10 *Conuersatio debet esse stricta, & continua, vt arguat aliquem velle delinquere.*

DISCEPTATIO CXXXVI.

De Conuersatione cum malis hominibus.

Conuersatio, seù familiaritas, quā habet Inquisitus cū malis, licet sit inditiū adminiculatiuum; tamen de per se non est suf-
1 ficiens ad torturā, cū sit remotū à delicto; sed
2 alia cōcurrere debēt. Carrer.in sua pract.crim in princ.n.139.vers.25.inditiū.Brun.cōs.115.n.70.seq. inter.cōs.crim.diuers.lib.2. Menoc. de præsūpt.lib. 1.q.89.n.125.Bal.l.1.col.4. C.de seru.fugit.Bertaz.cōs.548.n.16. lib.2.
3 Et debet probari per duos testes contestes de loco, & tēpore ad effectū adminiculādi Clar. q.22.n.1 Hōded.cōs.87.n.126.vol.2.Vbi de cōi.Anton.Gomez.tit.de delict.c.13.n.18.& in indiuiduo post Blāc.quē allegat, ostendit Brun.d.cōs.115.n.70.diuers.criminal. lib.2. Et id procedit ēt in criminibus exceptis.Rolan.cōs.73.n.25.vol.1.Eugen.cōs.76.n.92.
4 Immo Cōuersatio, seù habitatio cū delinquēte, qn̄ eius delicta sūt occulta, nō afficit, nec ad torturā parit inditiū.Itā.Bertaz.d.cōs.548
5 Vbi allegat cōcordātes. Ratio est, quia Conuersatio, vel amicitia est in se bona. Ideò ab
6 surdum est, ex bono præsumi malum. Natt. loquēs in proprijs terminis cōs. 298. nu. 3. vers.sed in proposito.& n.4.vol.2. Alioquin sēper dictū socij criminis faceret inditiū ad torturā cōtra nominatū; quia sēper ferè nominās cognoscit nominatū. Vnde Cōuersatio cū Bannitis, & facinorosis hominibus nō pa-
7 rit inditiū ad torturā. Hoc fuit originale dictū Bal.in l.1.col.4. C. de seru.fugit.quē refert, & sequitur Carrer.in pract.in l.obseruare.n.139.C.quor.appellat. nō recip. Bertaz. cōs.648.n.16.& nouissimè Caualcan. tract. de Brachio regio.par.3.n.85. Vbi ꝙ talis cōuersatio cū aliquibus alijs adminiculis generat aliqua inditia. Hinc est, ꝙ inquit D.Augustin.sup Psalm.54. ꝙ in officio hebdomodæ sāctæ legitur feria Quinta in Cœna Dn̄i. Vbi
8 ꝙ omnis malus viuit, aut corrigatur, aut per eum bonus exerceatur. Ignoramus enim an malus vsq; in finē sit perseueraturus. Qua de re si ex nuda cōuersatione cū Bānitis, vel facinorosis hominibus sine alijs adminiculis quis torqueri nō potest, multo minus poterit ex illa puniri pœna mortis naturalis. Auth. multo magis.C.de Sacrosanct. Eccles. Et itā Iudices criminales in his casibus debent seruare dispositionem iuris communis. Itā deponit Constitutio fe:re: Pauli Tertij ad fauorem carceratorum edita: Ratio est, quia Cō-
9 uersatio cum aliquo non arguit, velle cū eo delinquere, & aliū odio ꝓsequi, nisi cōcurrat longa habitatio.l. pen.§. in factum. ff. naut. caup.& stabul.Ioan.Andr.& alij c.repellantur.de accusat. Mascard. de probat. conclus. 459.num.9.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cultellus sanguinolentus repertus penes Cadauer quãdo faciat inditium.*

DISCEPTATIO CXXXVII.

De Cultello sanguinolento reperto penes Cadauer.

1 CVltellus Sanguinolentus quando fuit repertus penes cadauer, & sic dicendũ est de similibus ferris, Inquisito non potest infligi tortura; immo nec potest ei transmitti specialis Inquisitio; quoniam infiniti sunt Cultelli similes, & DD. propterea dicunt, tunc demum id facere inditium quando penes homicidam reperitur vagina vacua apta ad recipiendum d. cultellum repertum. Tradit Boer. decis. 166. sub. n 5. Carrer. in pract. crim. in primò tract. de indit. in Trigesimum sextum indit. vers. aut seruius inculpat.

SVMMARIVM.

1 *Custos carcerum deponens in tortura se fuisse corruptũ mediante pecunia nullum contra corrumpentem facit inditium, quia cum sit berroarius, est vilissima persona.*
2 *Vilis contra aliquem in testimonium non admittitur.*
3 *Custos carcerum solet carcerem apertum relinquere, timore nè occidatur.*
4 *Testis vbi agitur de reprehensione, dedecore, & vituperio euitando à testimonio repellitur.*
5 *Custos carcerum tenetur diligenter custodire carceres, & carceratos fugientes capere, & in fortijs Curiæ præsentare.*
6 *Custos carcerum, quando secus fecit, tenetur de dolo, & culpa.*
7 *Custos carcerum deponens de vi videtur se excusare ad eius vtilitatem, ideò non est idoneus testis.*
8 *Testis se ex culpans, & exonerans nullum facit inditiũ.*
9 *Custos carcerum dicens se corruptum pecunia facit se criminis participem.*
10 *Socius criminis sine alijs adminiculis nullum facit probationis gradum.*
11 *Periurium non purgatur per torturam,*
12 *Tortura purgat vnum tantumodo defectum non duos, vel plures.*

DISCEPTATIO CXXXVIII.

De Custode carcerum dicente se pecunia corruptum.

INquisito non potest infligi tortura ad depositionem Custodis carcerum deponẽtis cum tortura, se ab ipso fuisse corruptum
1 mediante pecunia; idq; ex pluribus. Primò quia d. Custos est Berroarius, & sic vilissima persona. Bal. in l. fin. col. pen. in 4. q. C. de Edict. Diui Adrian. tollen. Et huiusmodi vilissima persona non recipitur contra alium. Alex. post alios, quos allegat cons. 507. vol.
2 6. in princ. Et dicta de causa non dicitur idoneus testis. Bal. in l. etiam in fin. col. 1. C. de
3 test. Secundò quia solet in tali casu carcerẽ apertum relinquere, timore ne occidatur: Vnde debet, nè dum reprehendi, sed etiam
4 puniri. Vltra quod ipsi resultat magnum dedecus, & vituperium. Et vbi agitur de reprehensione, dedecore, & vituperio euitan-
5 do testis non est idoneus. Dec. cons. 256. n. 7. Tertiò quia tenebatur diligenter custodire carceres, & carceratos, & vbi aufugerunt, tenetur eximentes capere, & in fortijs Curiæ
6 præsentare. Et quando secus fecit, tenetur de dolo, & culpa. Not. in l. cum ità. §. species.
7 de legat. secundò. Nec facit, quod talis Custos deponat de vi, seù violentia ipsi facta quia videtur se excusare ad eius vtilitatem, ideò non est idoneus testis. Gratt. cons. 24.
8 num. 12. vol. 2. Et quia etiam tendit ad se exculpandum seù exonerandum. Not. in l. de ferre. §. Idem decreuerũt. ff. de iur. fisci. Quar-
9 tò facit se eiusdem criminis participem attestans se mediante pecunia carceris ostium re-
10 liquisse apertum. Et Socius criminis sine alijs adminiculis nullum ad torturam parit inditium; quamuis eius dictum fuerit confirmatum in tortura, maximè quando est varius, & periurus. quoniam in criminalibus periurũ non purgatur per torturam. Dec. cons. 189.
11 num. 8. seq. Additur etiam, qud d. Custodis depositio non valet, etiam quod fuerit confirmata in tormentis; quia tortura purgat vnum tantumodo defectum, & non duos, vel
12 plures, quibus ipse laborat. Crauett. cõs. 6. n. 57. Gram. cõs. 35. n. 24. Rolan. cõs. 57. n. 38.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens semper est querendus, & inueniendus.*
2 *Auxiliator criminaliter molestari non potest, nisi constet de delicto principali.*
3 *Auxiliator vt puniri possit, Iudex debet ostendere, quis sit principalis, & certi hominis factum argui debet.*

DISCEPTATIO CXXXVIIII.

De Delinquente incerto.

1 DElinquens quando non reperitur, qui semper est querendus, & inueniendus, v. g. Auxiliator non potest torqueri. l. in hoc iudicio, & ibi Bart. & alij. ff. de seru. corrupt.
2 Et qñ nõ cõstat de delicto principali, nõ potest

Q 2

test. procedi contra d. Auxiliatorem. Ità Bart. in l. is, qui rem. § si tu Titium. ff. de furt. Alex. cons. 15. num. 10. vol. 1. Paris. cons. 171. nu. 10. vol. 4. Vnde incertitudo quando versatur circa personam delinquentis, benè conuenit, quod si Iudex vult punire aliquem vti Auxiliatorem, debet ostendere, quis sit principalis; & certi hominis factum argui debet. l. licet. § possumus. ff. naut. caup. stabul.

SVMMARIVM.

1 *Corrupto promissione impunitatis Iudicis, quamuis in tortura emanauerit, nulla est præstanda fides.*

DISCEPTATO CXL.

De Denunciante proprium delictum.

COnsocio ad dictum Denunciantis proprium delictum non potest infligi tortura; quia corruptus promissione impunitatis Iudicis, quamuis in tortura emanauerit;
1 tamen ei nulla est præstanda fides nec vllum contra consocium facit inditium. l. nō omnes §. fin. ff. de re milit. quē Text. in terminis ponderauit Bos. tit. de opposit. contra test. n. 21.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta vi tormentorum nullum facit inditium, nec vlla est ei præstanda fides.*

2 *Confessio detenti in carceribus, cui Iudex facit dare ad cōmedendum carnes valdè salitas, vt siti moriatur, vel in turri, aut in hieme, & facit stare nudum, vel in alio cruciatu, nulla est.*

DISCEPTATIO CXLI.

De Confessione facta vi tormentorum.

INquisitus quando v. g. in tortura dicit, Se volere, ch'io io dica, lo dirò; ma me lo fate dire per forzà; quoniam facit protestationem, & declarationem animi sui, quasi cogatur dicere vi tormentorum; ideò ipsius dictum non solum non facit inditium ad tor-
1 turam, Sed nec ei vlla est præstanda fides. Vt in l. pupillo. §. si quis Prætori. ff. no. op. nunciat. Bart. in l. non solum §. morte. in materia protestationis declaratoriæ. Sicq; pariter dicendum est de eo, qui detentus est in carceribus, cui facit Iudex dare ad commedendum carnes valdè salitas, vt siti moriatur; quia torqueri dicitur, & si confiteatur, eius confessio nulla est, tanquam facta in
2 tormentis. Ità quoq; dicitur de illo, qui tenetur in Turri, vel in hieme, & facit eum d. Iudex stare nudum, vel in aliquo alio cruciatu. l. Item apud labeonem. §. quæstionis, ibi malam mansionem &c. ff. de iniur. Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de quest. Aret. in suo tract. malef. in verb. fama publica præcedente. in verb. quæro quid, si est tale delictum. Vbi arguit contra Iudices ignorantes, & crudeles, qui quando non possunt torquere, dant carnes valdè salitas ad commedendum malefactori, & non bibere; nam secundum eum dd. Iudices dicuntur torquere, & tenentur in scindicatu, de quo etiam vide per Abb. in c. fin. in 5. col. ext. de confess.

SVMMARIVM.

1 *Notario potius error, quam dolus ascribendus est, vbi locus vnus pro alio scriptus est, & vna dies pro alia.*

2 *Dies quando fuit adnotatus per Notarium à tergo standum est d. adnotationi.*

3 *Notarius sine incursu pœnæ potest extendere clausulas solitas apponi in instrumentis, instrumenti alterius Notarij.*

4 *Notarius quando possit in instrumento apponere clausulas consuetas.*

5 *Notarius omittens apponere clausulas consuetas in Instrumento an puniatur de falso.*

6 *Notarius potest suum errorem emendare, antequam copia Instrumenti data sit, vel de falso sit accusatus.*

7 *Notarius potest à se ipso corrigere Instrumentum, etiamsi errauerit in facto, vel si fuerit plus dictum, quam scriptum.*

8 *Notarij negligentia non debet obesse parti, quando constat de substantia actus.*

9 *Notarij error non potest nocere partibus.*

10 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.*

DISCEPTATIO. CXLII.

De Notario.

1 NOtario non potest infligi tortura, quando vna dies pro alia ab eo scripta est. Docet Bal. & Angel. in l. Imperator. ff. de stat. homin. quando vis non est in die, puta quod de hypotecaria nō tractatur, vel quod actus magis vna die valeat, quam alia; quoniam potius error, quam falsitas præsumitur; qui error à d. Notario, antequam copia parti data sit, vel sit de falso accusatus, corrigi potest. Vt aiunt scribentes, & Lanfranc. tract. de fid. instrum. num. 6. Et multo magis quando v. g. non de loci omissione, sed de errore tractatur, cuius defectus minor est. Ex Dyn. Bart. & Dec. in l. si librarius. ff. de reg.

2 reg.iur. Vulpell.conf.47.nu.3.seq. Et quando dies fuit adnotatus per Notariũ à tergo, standum est annotationi. Alex.conf. 110. in fin.& 152.vol.2. Afflict. decis.245.num.9.
3 Ratio est, quia Notarius potest etiam fine incursu pœnæ extendere clausulas solitas apponi in instrumentis; Instrumenti alterius Notarij non mutata tamen substantia negotij. Bal. Rubr. C. de fid.instrum.nu.22.vers. quarto queritur. Bertrand.conf.44.nu.9.lib. 2.nam ea, quæ pro maiori declaratione adduntur, dicuntur virtualiter inesse,& comprehendi sub ea dispositione, cui fit additio, ideò dicitur licitè fieri.l.si donatè.§. si sponsus.ff. de donat.inter vi.& vxor. Bal. cl.1.in princ.
4 de fid.instrum. Tamen quando possit in Instrumento ponere clausulas consuetas, vide Farinac.conf.59. in fin. additionum, prout etiam ibidem. An Notarius omittens apponere dd.clausulas puniatur de falso. Verum
5 clarum est, quod possit suum errorem emẽdare; prius tamen quod copia Instrumenti
6 sit data parti, vel sit de falso accusatus. Lanfranc.tract.de fid.Instrum. num.6. Vulpell.
7 d.conf.47.nu. 4. Nec non etiam potest à se ipso corrigere Instrumentum; etiamsi errauerit in facto, vel si fuerit plus dictum quam scriptum; Angel.post.Cyn.l. Imperator.ff.de stat.homin.Bal.in Rubr. C.de fid.instrum.n.
8 25. Nec ab re videri debet; quia non solum Notarij negligentia non debet obesse parti circa ius, quod habet per d. Instrumentum. Bart. in l. solenr.§. non verò col. 2. vers. & quod Conuentio, ff.de offic.Præsid. Sed nec
9 etiam eius error. l. Imperator. ff. de stat.homin.& l.si librarius.ff.de reg.iur. Aym.conf. 147. num.5,& post Purpurat. quem allegat tradit Menoch.conf.42.num.36.lib.1.Glos. in l.fin.C.de fideiuss. Bal.in l.si cum ante. C. de donat.ante nupt. Et maximè quando constat de substantia actus. Purpurat.in l.admone-
10 nendi.num.237. ff. de iureiur. sequitur Menoch.d.conf.42.num.36 Ratio est, quia iniqua conditio alteri per alterum inferri non debet.c.alteri.de reg.iur.in sexto. Alber. in l. vlt.ff.ad Velleian.l. vult.& ibi Glos.C. de fideiuss.Ias.in l.errore.num.6.C. de testam. Et ideò non inmerito Bal.conf.5.lib.2 conquiritur Notariorum imperitiam mundum cestruere, & bonorum vitorum conscientias in periculum ponere. Nec dissentiunt Angel. conf.250.Rip.in l.si vnq. nu.43. C.de reuocat.donat. Et plura Neuiz.col.28.n.11. seq.

SVMMARIVM.

1 *Discessus Inquisiti è Palatio sinè licentia Iudicis purgatur per iuramentum ipsius.*
2 *Discedens è Palatio & breui tempore rediens, & sponte se constituens in carceribus, non dicitur habuisse animum recedendi.*

DISCEPTATIO CXLIII.

De discessu Inquisiti è Palatio sine licentia Iudicis.

TOrtura non potest infligi Inquisito, quando v. g. discessit è Palatio sine licentia
1 Iudicis: quoniam huiusmodi discessus purgatur per iuramentum ipsius, ob quam causam discesserit. Cyn. in l. fin. C. de requir. Reis. quod dictum reputat singulare Corn. conf. 58.vol.2. Et quando breui tempore redibit,
2 & sponte se constituit in carceribus non dicitur habuisse animum recedendi. l. nihil interest. Vbi Bart.ff. de capt. & postlim.reuers. & fugit.

SVMMARIVM.

1 *Distans à loco commissi delicti per 20. passus non præsumitur præstitisse auxilium.*
2 *Distantia tollit omnem suspicionem auxilij, & associationis.*
3 *Distantia à loco delicti innocentiæ præstat inditium.*

DISCEPTATIO CXLIIII.

De Distantia a loco delicti.

INquisito, quando v.g. prætenditur per fiscum, quod ipse astiterit homicidio, &
1 auxilium præstiterit homicidæ non potest infligi tortura; nam quando fuit distans à loco delicti per 20. passus, in quo patratum fuit delictum, seu homicidium, non præsumitur prestitisse auxilium; quoniam d.distã-
2 tia tollit omnem suspicionem auxilij, seu associationis. Luc. de Penna l.3. col. 3. C.de
3 vers. publici. lib. 12. Immo distantia à delicto innocentiæ præstat inditium; sicut præsentia arguit suspicionem. Idem luc de Penna ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Delicta, quorum post factum nulla remanent vestigia quæ sint.*

1 *Confessio sola dictorum delictorum non sufficit ad torquendum, seu condemnandum, nisi confessatum delictum verificetur.*
3 *De Delicto constare debet per testes, & probationes liquidissimas.*

DISCEPTATIO CXXXXV.

De Delictis, quorum post factum nulla remanent vestigia.

OB delicta, quorum post factum nulla remanent vestigia, prout est insultus,
1 percussio facta manu vacua, adulterium, seu alia fornicatio, vel omnes alij coitus carnis, seu carnales, qui sine fractura committuntur, furtum sine fractura, percussiones, quæ fiunt alapha, vel baculo sine liuore, iniuriæ verbales, & similia; Inquisito non potest infligi tortura. Muscatell. in pract. crim. pag.
2 mihi 8. num. 22. quoniam sola confessio non sufficit ad condemnandum, seu torquēdum; nisi confessatum delictum verificetur saltim ex inditijs, & per Curiam delicti corpus subijciatur. Clar. q. 4. vers. quando verò, & antecum scriptis Blanc. in pract. in princ. nu. 3.
3 Et constare debet per testes, & probationes liquidissimas. Brunor. à sole in suo vnico cōs. num. 200. Scripserunt etiam Bots. in tract. de delict. num. 19. & 23. in fin. Vbi generaliter loquitur de omni actu damnabili. Plot. cons. crim. diuers. 132. num. 22. lib. 1. Vbi loquitur in terminis Sodomiæ. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 830. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non sufficit probari in genere, sed debet probari in specie.*
2 *Delictum non sufficit allegare in genere, sed specialiter est probandum.*
3 *Delictum est concludenter probandum.*

DISCEPTATIO. CXLVI.

De Delicto non probando in genere, sed in specie.

DElictum quando fuit tantum probatum in genere, Inquisitus non potest tor-
1 queri; quoniam debet probari in specie, aliter non dicitur probatum. Not. DD. in c. cū oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2.
2 c. 2. n 5. seq. Nec etiam sufficit d. delictum allegari in genere, sed specialiter est probandū. Bart. cōl. 65. n. 2. Alex. cōl. 3. n. 1. lib. 3. Ratio
3 est, quia delictum concludenter probari debet. Crauett. cons. 21. nu. 4. Vbi adducit concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Domesticus nō potest torqueri in eū, cuius est domesticus.*
2 *Domestici qui dicantur.*
3 *Testi torquendo si aliquæ exceptiones obstent, ipsæ debent examinari, & discuti, antequam testes torqueantur.*
4 *Testis de maleficio si esset vnus tantum qui sciret veritatem Rei, & ille non esset omni exceptione maior, quid agendum.*

DISCEPTATIO CXXXXVII.

De Teste domestico seu familiari.

DOmestico in eum, cuius est domesticus, & familiaris non potest infligi tortura.
1 Vt l. maritus. ff. de quæst. & l. 1. §. ad quæstionem. eo. tit. facit lex pen. ff. de test. Et qui di-
2 cantur domestici, not. in l. etiam. C. de test. & l. pridem. C. de quæst. cum fim. Tamen Domesticus dicitur ille, qui non solum subest ratione patriæ & dominicæ potestatis; sed etiā qui cohabitat, seu alio modo est inferior, seu subiectus capiti familiæ; vt est mercemnarius & similes. Tradit Bald. l. 2. C. de test. & d. l. etiā col. 5. Fœlyn. in c. in literis de test. Cyn. d. l. etiam. Et maximè ille dicitur domesticus, qui vidit expensis Domini, & habitat in eius domo Soc. cons. 17. lib. 1. Immo Domesticus dicitur ille, qui cum Domino cohabitat in eodem tecto, & viuit ad vnum panem, & ad vnum vinum. Farinac. q. 55. num. 17. seq. Item Domesticus dicitur ille, qui cum aliquo habitat sub eodem tecto, & viuit ad vnum panem, & ad vnum vinum, vt dicitur, in camerara; seu habitat in domo illius, cui operas suas locat. Farinac. ibidem. ad tradit. per Paris. cons. 101. nu. 159. vol. 1. & cons. 55. n. 36. vol. 4. Beluis. cons. 85. nu. 12. Gram. vot. 16. nu. 19. & tenet Ferret. cons. 138 n. 27. lib.
3 2. Sed aduerte notanter, quod si aliquæ exceptiones obstant testi torquendo, vt ipsius infringant legalitatem, dd. exceptiones debēt examinari, & discuti, anteq̄ testis torqueatur ne super vacuo, & absq; causa torqueatur, Casus est secundum Bart. ibi l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæst. Et ideò si de maleficio esset vnus testis tantum, qui sciret veritatem rei, & ille non esset omni exceptione maior, & sic non faceret inditium; etiamsi plenè probaret in casu, quo aliàs testis deberet torqueri, iste non torqueretur, cum tortus non faciat inditium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seruus, quando plures patitur defectus, non potest deponere in his, quæ prætenduntur facta in domo etiã cum tortura, etiam in casu difficilis probationis.*

2 *Seruorum, & famulorum dictis etiam in crimine hæresis modica est habenda fides.*

3 *Serui Dominis suis infestissimi esse solent.*

DISCEPTATIO CXXXXVIII.

De Seruo ad testificandum inhabili.

NOn potest torqueri Inquisitus ad depositionem Serui ipsius ad testificandum inhabilis; quoniã propter plures exce-
1 ptiones, & defectus, non potest deponere in his, quæ domi prætenduntur facta: nanque plures inhabilitates ipsius dictum in totum repellunt. Gram. cons. 45. num. 22. in fin. Bertaz. cons. 3. num. 32. Vbi quod ista conclusio omnium consensu recepta est. Claud. ad Bertaz. cons. 71. in littera H. Vbi ampliat, etiamsi cum tortura deposuisset; quoniam tortura non supplet plures defectus, sed vnũ tantum, sequitur id Anton. Eugen. cons. 27.
2 num. 66. Vbi loquitur in casu difficilis probationis, & vbi veritas aliter haberi nõ potest Quinimò Seruorũ, & famulorũ dictis etiam in crimine hæresis modica est habenda fides;
3 cum Dominis suis infestissimi esse soleant. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 606. comm. 115. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Testis sponte vadens ad examen contra aliquem, quia suspectus est, nihil probat.*

2 *Testis spontè vadens ad examen in causa ardua, & capitali efficitur inimicus capitalis.*

3 *Testis spontè vadens ad examen contra aliquem non admittitur sine tortura.*

4 *Testis spontè vadens ad examen non afficit, quamuis dictum confirmauerit in tortura.*

5 *Testis spontè vadens ad examen contra aliquem nunquam ad torturã facit inditiũ, quia præsumitur eius inimicus.*

DISCEPTATIO CXLIX.

De Teste spontè se offerente examini.

TOrtura non potest infligi Inquisito ad dictum illius, qui spontè contra ipsum
1 se obtulit examini, quoniam suspectus est. Boss. tit. de opposit. contra test. nu. 21. & 29. Ratio est, quia testis spontè se subijciens exa mini in causa ardua, & capitali contra aliquẽ
2 efficitur eius inimicus capitalis. Bart. l. post legatum. §. his verò. ff. de his, quib. vt indign. Blanc. de indit. num. 152. c. cum P. vers. quia in testimonium illius causæ fuerat. Vbi not. omnes. de accusat. Gram. cons. 46. num. 4. post alios, quos allegat Mascard. de probat. conclus. 898. num. 17. Immo tanquam inimicus præsumptus. Bal. in d. c. cum P. in fin. de accusat. Alex. in l. 3. ff. de test. nihil probat, maximè etiam offensus, vel iniuriam passus. Glos. Bart. & alij d. l. post legatum. §. his verò. ff. de his, quib. vt indign. cum alijs relatis per Menoch. de arbitrar. casu 474. num. 57. lib. 2. & de præsumpt. pariter in 2. lib. præsumpt. 55. nu. 1. Text. est in §. si verò ignoti. ibi veritatem corrumpere festinantes. & ibi Glos. in verb. festinantes. in Auth. de test. Farinac. q. 46. num. 94. & q. 80. num. 1. Immo
3 ad examen spontè vadens contra aliquem non admittitur sine tortura. Bart. in l. ex libero. in princ. col. 2. in fin. vers. tertio quãdo spontè vadunt. ff. de quæst. Et ibi Mars. n. 4. & 14. Et est Text. in Auth. de test. d. §. si verò ignoti. Vbi veritatem corrũpere festinantes posse eos verberibus subiacere. Et ibi Glos. in verb. festinantes. & in verb. verberibus.
4 Farinac. q. 79. num. 38. Nec facit, si dicatur, depositionem d. testis fuisse confirmatam in tortura ad faciem Inquisiti; quia inimicitia capitalis non purgatur per torturam. Boss. tit. de inquisit. num. 2. Vulpell. cons. 30. nu. 5.
5 seq. Bertaz cons. 8. num. 44. lib. 1. Quinimò non solum non facit inditium ad torturam; sed omninò repellitur; quia tunc præsumitur inimicus. Aym. in l. quæ omnia. ff. de procur. Facit c. cum in tua. de spon. hæc Panor. in c. cum P. Manconella de accusa. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Reo non potest infligi tortura ob alia pretensa delicta, si de ipsis non fuit accusatus, nec extant inditia.*

2 *Reus confessus non torquetur super dd. delictis, si de ipsis non sit diffamatus.*

3 *Diffamatio quando adest vltra confessionem, Reus torqueri potest.*

DISCEPTATIO CL.

De Delictis, de quibus Reus non fuit accusatus.

OB prætensa Delicta non potest torqueri Inquisitus, si de ipsis non fuerit accusa-

1 accusatus, nec vlla extet inditia; licet aliquando ob aliquam malam consuetudinem contrarium fuerit seruatum: namq; daretur nimis magna potestas Iudicibus vexandi homines secundum Bofs. tit. de examin. Reorum. n. 6. loquentem de Iudicibus examinantibus Reos sine inditijs: Et sic in fortioribus terminis multo minus torquere, quod est maius praeiudicium. Verum Reus torquetur, quando
2 fuit confessus de dd. alijs pretensis delictis de consuetudine; si ideò sit diffamatus v. g. pro magno fure, seu magno falsario. Marf. in l. Repeti num. 41. ff. de quaest. Gram. vot. 13. num. 3. seq. Lancellot. Conrad. in suo Repert. tit. de negat. crim. & torment. Bertaz. conf.
3 40. num. 8. Et ista dicitur laudabilis consuetudo, quando vltra confessionem concurrit diffamatio. Et benè explicat Brun. tract. de indit. q. 5. 2. par. nu. 65. Vbi quod isto casu Iudex debet abstinere ab interogatione, & per consequens à tortura: Fallit tamen in aliquibus casibus, prout alibi dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui non debuit examinari ob eius inhabilitatem, examinatus nullum ad torturam facit inditium.*
2 *Testis, qui non debuit examinari, examinatus in casibus, in quibus admittitur, non est omni exceptione maior.*

DISCEPTATIO CLI.

De Teste qui non debuit examinari.

AD dictum testis examinati, qui ob eius inhabilitatem non debuit examinari,
1 non potest torqueri Inquisitus. Ita Bart. in l. 1. §. si cum quis ff. de quaest. Bal. in l. Impera-
2 tor. ff. de stat. homin. Et examinatus in casibus, in quibus admittitur, non est omni exceptione maior. Vt tradit Caepol. conf. 32. n. 2. Marf. conf. 5. col. 5. vers. vario modo.

SVMMARIVM.

1 *Habitator, si est bonae famae non debet torqueri.*
2 *Fama bona Rei tollit inditium ad torturam.*
3 *Inditium vnum Rei tollit aliud Fisci.*
4 *Coniectura illa est eligenda, quae excludit delictum.*
5 *Inditium vnum pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus ipse Reus torqueri possit.*
6 *Probatio Rei quamuis dubia, imperfecta, & non plena taliter offuscat probationem Instigatoris, quod sequi debet absolutio.*

DISCEPTATIO CLII.

De Habitatore.

1 HAbitatori non potest infligi tortura, si sit bonae famae, in casu v. g. quod igno-
2 ratur occisor; quoniam d. bona fama tollit inditium ad torturam. Ita Bal. in l. 1. in fin. C. locat. Blanc. de indit. nu. 414. Bofs. tit. de inditiu. 52. Cirill. in summ. crim. par. 3. Rubt.
3 de quaest. §. 9. nu. 4. Vbi quod tale inditium non operatur. Nec est nouum, quod vnum inditium Rei tollat aliud Fisci. l. Diuus. ff. de in integr. restit. Marf. conf. 109. n. 29. Gram. conf. 13. num. 9. & decis. 18. num. 5. Foller.
4 in pract. in verb. Dantur capitula. num. 47. Vbi quod si adsunt coniecturae, illa est eligenda, quae excludit delictum. Et vnum in-
5 ditium innocentiae pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus ipse Reus torqueri possit. Vt Ias. in l. fin. in fin. C. commun. delegat.
6 Hinc est, quod in criminalibus probatio Rei, quamuis dubia, imperfecta, & non plena taliter offuscat, & obnubilat, seu obumbrat probationem Instigatoris, quod sequi debet absolutio. Corn. conf. 134. vol. 4. col. fin. Ias. post Bart. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de no. op. nũciat. vers. secũda cõclusio Bart.

SVMMARIVM.

1 *Inditia diuersi generis, & maximè quando vnumquodq; non est plenè probatum, non coniunguntur ad faciendum inditium ad torturam.*

DISCEPTATIO CLIII.

De Inditijs diuersi generis.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito, quando Fiscus conatur afferre contra ipsum plura pretensa inditia diuersi generis, quãdo omnia sunt remota, & vnumquodq; non plenè probatum; quoniam non possunt in causa criminali coniungi ad faciendum inditium ad torturam. Dec. c. cum causam. num. 14. seq. de probat. Marf. post Bart. l. 1. §. Idem Cornelio. in fin. ff. de quaest.

SVMMARIVM.

1 *Fisionomia mala & turpe nomen nisi aliud concurrat inditium non sufficit ad torturam.*

DI-

DISCEPTATIO CLIIII.

De Fisionomia mala.

1 FIsionomia mala, & turpe nomen Inquisiti non sufficit ad ipsum torquendum; nisi aliquod aliud concurrat inditium. Salyc. in l. fin. vlt. col. vers. quæro an sufficiat. C. de quæst. Gand. in tract. malef. sub rubr. de præsumpt. verb. tenementi. Bal. in l. 2. C. quomodo appell. non recip. Nouell. in pract. crim. car. 26. num. 56.

SVMMARIVM.

DISCEPTATIO CLV.

De Fuga Rei.

1 INquisito ob eius fugam non potest infligi tortura; quoniam sola fuga non sufficit ad torturam. Dixit Plot. cons. 65. num. 22. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Bertaz. cons. 416. num. 12. Idq; eo magis si agatur de muliere, quæ de sui natura est valdè timida; cum quis alijs de causis fugere possit. c. Accedens. 2. vt lit. non constet. Bal. in l. bonæ fidei. C. de reb. credit. Blanc. in l. vlt. ff. de quæst. nu.
2 285. Et quando d. fuga potest ascribi alicui causæ, tunc non parit inditium. Carrer. in sua prax. crim. num. 112. in princ. qui subdit, quod etiamsi non probetur causa; tamen
3 si fama esset probabilis, seù verisimilis, statur assertioni illius, qui fugam attentauit. Mascard. de probat. cõclus. 819. n. 11. post Bal. quẽ
4 allegat. Et hoc procedit, etiam quod sit formata Inquisitio. Vt scribit Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad Sillan. Ideò præsumitur discessisse

5 cessisse ob aliam causam.c.cum contumacia.
Vbi Glos.de hæret. in sexto Archid. in c. ni-
6 hilminus 3.q.9.Inferēs ꝓpterea,Fiscū teneri
probare, quod Reus causa delicti recesserit.
7 Soc.cons.4.col.pen.lib.3. Causa rationabilis
fugæ est,quando fugiens est in periculo vitę.
Ità Carrer.in pract.crim.in l.obseruare.num.
8 112. & illa semper præsumitur in bonam
partem. Ità Bal. in l.bonæ fidei. C. de iure-
9 iuran. Alia causa est, quando Delinquens
suspicatur, nè contra eum formetur proces-
sus. Rom.in d.l. lege Cornelia. ff. ad Sillan.
10 quem sequitur Dec. cons.434.num. 3. Alia
causa est, quia fugiens est forensis; Vnde in
loco commissi criminis locus ei non est tu-
tus, vel propter offensum, vel propter
eius consanguineos; & ideò isto casu fu-
ga nullum parit inditium. Vt per Carrer.
in pract. crim. in d. l. obseruare. num. 112.
11 Alia causa est, quādo delinquens se retraxit,
seù aufugit,ne caperetur. Gram,vot.10.n.1.
Menoch. cons. 94. nu. 36. lib. 1. quoniam
12 Captura continet præiudicium inreparabile,
& infamiam facti. Vt dicunt omnes in l. 4.
13 §. condemnatum. ff. de re iudic. Alia causa
est, quia d. fuga post carcerationem alicuius
socij criminis, seù alterius carcerati iustè in-
ducit timorem carcerationis,& sic ex tali fu-
ga nullum resultat inditium. Ioan. de Amic.
cons.7.num. 18. Ideò fugit Alcibiades Pro-
uerbium illud adijciens; Vitæ discrimen nè
matri quidem committendum: Fieri enim
ignorantia posse, vt nigrum pro albo ferat la
pillum. Vt Plutarcus in Alcibiade: Et Aelia-
nus lib. 13. variæ historiæ authores sunt.
Simanc. Enchirid. de torment.tit.52.nu.16.
Fugit etiam Demosthenes & Epistola se-
cunda de suo reditu inquit: Iam ob discessum
meum iure irasci mihi non potestis;nec enim
ideò abij, quod aut de vobis desperarem,
aut vspiam aliò respicerem; Sed primum
carceris ignominiam animo ferebam graui-
ter,deinde propter ætatem afflictionem illam
corporis perpeti nō poterā.Simanc.eo tit.nu.
17. Verum vt huiusmodi fugæ materia me-
lius intelligatur, ac plenius, & clarius tracte-
tur,dicitur,quod d. fuga Rei à Iudice parum
14 in consideratione est habenda; nanq; fu-
ga sola non inducit confessionem delicti:
Et hæc sententia est verissima etiam in causa
hæresis. Vt rectè docet Ioan. Roias tract. de
15 hæret.par.2.assertio. 15. Nihil enim cōmune
habet delictum cum fuga, vel carceris effra-
ctione.Pennia in Annotat.super lucer,Inqui-
16 sit.in tract. de Contumace. nu. 2. Idq; etiam
procedit, quamuis sit plenè probata, tamen
ex ea non potest deueniri ad cōdemnationē
aliquam. Foelyn. communem dicens. c.nul-
17 lus. nu. 1. seq. de præsumpt. Item quia fuga
non præiudicat, quando Inquisitus aliàs ob
aliquod delictum non fuit solitus aufugere.
Ita Bal.in l. in lege. ff. ad Sillan. refert,& se-
quitur. Marc.de Petus.cons.32.nu. 2.diuers.
18 lib. 1. Item quia fuga ante citationem, seù
præceptum emanatum nullum parit inditiū,
sed leuem quandam præsumptionem. Vt
post Dec.Mars.& Vulpell.quos allegat,osten
dit Claud. ad Bertaz. cons. 133. in littera B.
19 Item quia fuga præsumitur facta metu, & nō
animo fugiendi; quando ex aliqua proba-
bili causa discessit ab aliquo loco. v. g. quia
fuit verberatus, vel minatus. Vt in indiuiduo
scribit Gram.vot.10.num.28. seqq. Et quā-
20 do quis metu aufugit excusatur à fuga.Bert.
decis.215.nu. 27. seq. Gram.cons.ciuil. 66.
21 num. 70. seqq. Item quia fuga post com-
missum delictum nō probat ipsum delictum.
l.lege Cornelia. ff.ad Syllan.& ibi Bart. n.1.
22 quoniam potest esse, quod quis aufugiat le-
uitiam Iudicis, & sic ob nimiam carceratio-
nē,si nō discedat.Put.tract de scindic.in verb
Fuga Officialis.cap.2.An Iudex,& officialis.
nu.3. Vbi quod isto casu sufficit saltem pro-
babiliter timere, etiamsi non iustè. Ias. in l.
admonendi. num. 169. ff. de iureiur. Et ma-
ximè quando accedit ad superiorem; & qui
vadit ad superiorem, non dicitur aufugere.
Ità Bos. tit. de carcerat. fideiuss. committ.
23 num.45.seq. Immo quia fuga post commis-
sum delictum nullum parit inditium; nam
forsan delinquens suspicatur, nè contra eum
formetur processus; Et isto casu nullum facit
inditium. Rom, in d. l. lege Cornelia. ff. ad
Sillan.quem sequitur Dec.cons.434.num.3.
24 Vt proximè nu.9. dictum est.Item quia fuga
v.g. socij criminis siue ante,siue post cōsocij
carcerationem nullum ad torturam facit in-
ditium contra d. socium. Farinac.q.48.n.25.
25 Item quia fugæ inditium cessat, quando de-
linquens redijt ad locum patrati delicti,quia
tunc non consideratur fuga, cum in ea non
perseuerauerit. Ioan. de Amic. cons.7.n.19.
Clar. q. 21. vers. fuga Delinquentis. in fin.
26 Vbi quod nec etiam leue inditium facit, &
quod de hoc nulla est dubitatio. Idem Ioan.
de Amic.num. 9. Mascard. de probat. lib. 3.
27 conclus. 1330. num. 3. Item quia fuga pur-
gatur per spontaneā comparitionē. Bart.in l.

quis

quis sit fugitiuus. §. 1. ff. de Edilit. edict. Bal. in l. 1. col. 5. vers. quæro, quid de errore, C. de seru. fugit. Natt. conf. 407. num. 40. Et ideò non omnis, qui recedit dicitur fugere. Idem Natt. conf. 430. num. 21. Et quando quis sponte redijt in locum iuris, & iudicij non dicitur habuisse animum recedendi. l. nihil interest. Vbi not. Bart. ff. de capt. & post lim.
28 reuers. Immo fuga dicitur purgata per spontaneam constitutionem in carceribus. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. 1. & ibi Cœpoll. nu. 15. ff. de Edilit. Edict. Plot. conf. 65. nu. 25.
29 & seqq. lib. 1. inter conf. diuers. crim. Ratio est, quia sicut fuga præstat inditium ad delictum, & inducit suspicionem contra fugientem, & non sui copiam facientem. Bart. d. lege Cornelia. ff. ad Sillan. & Bart. per illum Text. in l. Impuberibus. §. præterea. ff. de suspect. tuto. Ità non fuga operatur præsumptionem ad non delictum; vt sic operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. §. plus autem instituta. de act. l. si vt proponis. C. de nupt. Clar. q. 21. vers. Fuga Delinquentis. in fin. Vbi quod isto casu nec leue inditium facit, attestans de communi. Imò fugæ inditium totum resoluitur contra fugientem, & non comparentem, & non contra non fugientem. Bal. in l. voluntatis. col. fin. C. de fi-
30 deicomm. Gram. vot. 6. num. 9. Item quia fugæ suspicio dicitur purgata iuramento Inquisiti ob quam causam discessit. Ità Cyn. in l. fin. C. de requir. reis. quod dictum reputauit singulare. Corn. 58. vol. 2. Nec dissentit Boer. decis. 215. num. 27. Peguer. decis. 17. num. 35. seq. Mars. in pract. §. diligenter. nu.
31 43. & seqq. Dicitur etiam purgata, quando Inquisitus post patratum delictum faciat copiã sui; eo quia parum distabat ab vrbe; nam
32 qui stat in loco vicino, non habetur pro recedente. c. præsenti. de probat. in sexto Cuman. conf. 175. circa med. Natt. conf. 407. num. 9.
33 Et illud animaduertendum est, quod fuga alicuius non operatur in præiudicium tertij,
34 sed tantum contra se ipsum fugientem. Vt Boer. decis. 215. nu. 25. Immo fuga vnius non præiudicat alteri, quando sumus in delicto diuiduo, idest quod duo in simul delictũ commiserunt. Vt benè explicat Farinac. q. 38. num. 24. Vbi attestatur id sæpius audiuisse à quodam doctissimo viro eius amico;
35 & maxime quando aufugit post capturam alterius; quia iustè potuit timere eius carcerationem. Bertaz. post Bart. quē allegat cõs.
36 27. num. 10. lib. 1. Vbi quod fuga non præiudicat tertio. Item quia fuga non afficit, quando Inquisitus sepè fecit copiam sui. Cuman. conf. 175. circa med. Vbi quod non dicitur aufugere is, qui facit copiam sui, & capturandi potestatem facit Nec dissentit Natt. d. conf. 407. num. 9. Eo quia semper mansit in Ciuitate, & iuit per vias apertas, & passus est se capturari. Ias. in l. admonendi. col. 19. ff. de iureiur. nec dissentit Bertaz. conf. 468. n. 6.
37 & seqq. Item quia fuga non præiudicat, quãdo Delinquens accessit ad Vrbem Romanam, quamuis ibi captus fuerit; quia habens recursum ad Principem excusatur. Boer. decis. 215. num. 28. Petr. Duen. conclus. 393. vers.
38 fugiens. tertia limit. & nullo modo dicitur aufugere. Vt per Boss. tit. de carcerat. fideius.
39 committen. num. 45. & seqq. quoniam Itineris arreptio habet vim appellationis. Bal. in l. Sed & si per Prætorem. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. Boer. d. decis. 215. num. 28. Vbi quod
40 isto casu fugiens etiam è carceribus non habetur pro confesso, nec pro conuicto, nec vti carcerum effractor punitur. Gram. vot. 39. cum alijs adductis per Veronen. in l. quis sit fugitiuus. num. 21. ff. de Edilic. Edict. Vbi quod ità alias fuit seruatum. Et maximè quando à suo Iudice est male tractatus longo
41 carcere: Et aufugiens ob seuitiam Iudicis dicitur discedere ex iusta, & probabili causa. Put. in tract. de Scindic. in verb. fuga officialis. c. 2. nu. 3. Vbi quod isto casu sufficit probabiliter timere, etsi non iustè. l. recte. §. quod met. caus. Ias. in l. admonendi. num. 169. ff. de
42 iureiur. Vltra quod confugiens ad Principem dicitur ire ad fontem, à quo iustitia debet emanare. l. meminerint. C. vnde vi & est species appellationis. c. dilecti. de appel
43 lat. Item quia fuga non præiudicat, quando Delinquens semper mansit in ciuitate, & assiduè sui copiam facit. Ità Cuman. conf. 175.
44 circa med. Item fuga non afficit, quando sui accusandi potestatem facit, & præsens habetur, qui est in foro, vel in Vrbe, Cuman. d.
45 conf. 175. Item quia fuga non præiudicat, quando Reus propter immines periculum vadit ad Dominum, vel ad amicum pro implorando auxilio. Boss. tit. de carcerat. fide-
46 iuss. committen. nu. 46. Item quia fugere non dicitur, qui ad Vrbem per rectam viam vadit. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem, ff. de Edilic. edict. Item quia fugisse non di-
47 citur, qui discessit, & postea redijt ad locum iuris, & iudicij. Plot. conf. 65. num. 23. & seq. l. inter conf. crim. diuers. lib. 1. Ias. & alij in l.

admo-

admonendi. ff. de iureiur. Vbi loquitur de carcerato aufugiente de carcere, seu de manibus
48 Bertoariorum. Item quia fugisse non dicitur, qui redijt ad locum, vbi fuit cōdemnatus, & stetit carceratus, & habitat, licet non accesserit ad Iudices. Boer. decis. 215. num. 2. cum non possit dici fugitiuus, qui ad suos lares redijt. Ias. post Cyn. in d.l. admonendi. ff. de
49 iureiur. Item quia fugisse non dicitur, quāuis latitet se, qui non manet in Vrbe, & facit copiam sui, permittendo se capturari. Ità Cuman. consi. 175. circa med. refert, & sequitur Natt. consi 407. num. 9. loquens in proprijs. c. præsenti. de probat. Tamen illud omnibus patere debet, quod de fuga debet constare per duos testes, sicut de quolibet alio inditio; secundum quod dicitur per Glos. in l. fin. C. famil. hercisc. voluit etiam Cyn. in l. fin. C. de requir. reis. Sed quid multa? illud denique dicitur, quod quando fuga obijcitur alicui tanquam crimen, tunc probata fuga est probatum crimen (Vt quidā Iurisperitis dixit) l. desertorem. ff. de re. milit. C. de deserto. l. 1. & 2. lib. 12. secundum Oldrad. & hoc etiam tenet Iacob. de Aret. Cyn. Bart. Bal. Angel. & omnes. Quandoq; fuga obijcitur pro alterius criminis probatione, non vt sit de per se crimen; Et tunc aut est tale crimen, ad cuius probationem, & condemnationem sufficit sola suspicio, & tunc sola fuga sufficit, quia facit quem suspectum. Vl. in publicis. §. præterea. ff. de suspect. tuto. & in hoc etiam concordant omnes. Aut est tale crimen, ad cuius condemnationem requiritur plena probatio de ipso facto, & non de suspicione tantum: Et tunc aut quis fugit ante formatum processum, aut post. Primo casu aut fugit timore familiæ, ne capiatur, & postea vocatus ad iuditiū reuertitur, & comparet, & tunc fuga nullum contra eum facit inditium, nec sibi in aliquo præiudicat. Vt not. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. sciendi de Edilit. edict. & ideò dicit Bal. in l. 1. C. de seru. fugit. Quod statutū puniens fugientem de carcere, non includit illos, qui exiuerunt animo reuertendi. Argū Insti. de rerum diuisione. in § pauonum: Sed si citò reuertatur, secus si non reuertatur, & ità intelligitur Glos. in d.l. 1. ad hoc. ff. de re milit. in §. emansor. & in l. qui cum vno. §. Edictum germani. secundum eum. Si verò postea vocatus ad iudicium non veniat, & non comparet, & tunc fuga facit inditium, & præsumptionem contra fugientem, & intelligitur. Bart. in d.l. fin. de quæst. Aut non fugit timore familiæ Gubernatoris sed ex causa probabili, puta quia timet ratione parrialitatis. nè propter mortem vnius hominis interfecti, ipse etiam occidatur, vel quod ab aduersa parte aliàs de delicto inculpetur, propter quod non est ei locus tutus; Et tunc propter fugam non resultat inditium sufficiens ad torturam. Et ità loquitur Bal. in l. bonæ fidei. C. de iureiuran. Et propter hoc quidam consuluerūt, quod si fuga potest ab aliqua rationabili, & probabili causa velari, & colorari non facit inditium. Vnde si quis propter homicidium factum, de aliquo aufugit, nè consanguinei occisi plum interficiant, non propter hoc redditur suspectus de homicidio; nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere, l. itaq; ff. ad l. Aquil. secundum eos. Item consuluerunt quidam alij si solitus transcurrere ratione mercantiarum per diuersas ciuitates, & loca statim cōmisso homicidio de aliquo ipse recedit, & allegat se pro mercantijs emendis, vel vendendis recessisse; nam per eius recessum non fit inditium sufficiens ad torturam. allegar. l. si eum § ex iusta. ff. de fideicomm. Et ad hoc benè facit; quia in hac re dubia, scilicet ex qua causa recessit interpretamur in meliorem partem. l. non omnes. §. à barbaris. Et hanc sententiam tenebat etiam Lud. de Vr. in l. admonendi. ff. de iureiur. Secundo verò casu quando quis fugit propter processum initiatum, & tunc aut ad inditium faciendum allegatur sola fuga, & illa non facit inditium, & ità loquitur Bart. in l. 1. ff. de bon. eorum, qui mor. si. consci: Aut allegatur fuga cum alijs adminiculis aliquid suspicionis inferentibus cōtra fugientem, & ità simul iuncta faciunt inditium. Argum. l. 1. cum ibi no. C. qui numero tut. & ita dicit Iud. de vrbe. in l. lex Cornelia, qui etiam limitat dictum Bart. in l. 1. C. de bon. eo. qui mor. si. nisi Iudici fuerit porrectus libellus minatorius de accusando, licet accusatio nō interuenerit ad huc; quia de hoc resultat in multis casibus idem effectus, qui resultaret ex libello accusatorio. Vt est Text. in l. miles §. ubi. ff. de adulter; qui etiam militat Tertio dictum Bart. ibidem nisi post accusationem institutam quis fractis carceribus aufugerit; nam tunc fuga plenam probationem facit, & facit eum haberi pro confesso de eo, de quo prætendebatur contra eum. l. in eos. & l. fin. de custo. reo. & in d.l. lex Cornelia. Quod est verum, nisi aufugerit ostio carceris existente aperto; quia tunc non ha-

habetur pro confesso, nec fuga facit probationem criminis secundum Guil. de Cu. & Bal. in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. Item idem Bal. in d. l. admonendi limitat illud verum, quando quis aufugerit de publico carcere; secus si de Palatio Gubernatoris allegat etiam Guil. in d. l. succuritur. Vbi hoc tenet. De eo autem, qui aufugit fractis cippis Bal. in d. l. contra ipsum tanquam si confessus fuisset, quasi nihil intersit, an parietibus, an compedibus teneatur. Dixit tamen Bart. in d. l. Cornelia, quod quamuis fuga deducta ad probationem, criminis non plenè probet; tamen inditium facit ad torturam. Quod maximè habet locum, quando est adminiculata. l. vnica. C. de rapt. virg. licet. Curt. Iun. d. l. admonendi. num. 49. & seq. ff. de iureiur. ibi dicat, quod parit qualem qualem præsumptionem tantum. Quamuis alij DD. dicant, quod fuga operatur vires suas, quando patrato delicto quis citatus aufugit, vel citatus nō vult comparere. Vt per Bart. & alios in d. l. lege Cornelia. ff. ad Sillan. Plot. cons. 65. nu. 22. diuers. lib. 1. Aut in d. fuga perseuerat, quia tunc dicunt, quod facit inditium probabile ad torturam. Boss. tit. de indit. num. 49. vers. aliud inditium. Nec non quod inducit præsumptionem, & inditium; quod omninò est menti tenendum, & alios suos operatur effectus, quando est certa, & manifesta saltem per vehementem præsumptionem; quod se illa de causa absentauerit. Archid. qui ità signanter notauit. 3 q. 8. c. nihilhominus & in c. cum contumacia. de hæret. in sextò. Item aduertendum est, quod fuga non inducit inditium sufficiens, quando fugiens per prius reputabatur bonæ vitæ, & famæ secundum Archid. in c. decernimus. 3. q. 9. & fuit de mente Baldi in d. l. bonæ fidei. C. de iureiuram. Vbi dicit, quod absentia alicuius in dubio præsumitur in bonā partem, & formam, vt superius dictum est. Tamen fugiens statim commisso delicto, & ante formatam Inquisitionem dat certitudinem descendentem ab inditijs, & coniecturis apparentibus humana lege, & probatis ratione, quod ipse, & non alius v. g. occiderit. Et quando materia est talis, in qua certitudo haberi non potest nisi ex coniectura, illa fugæ coniecturalis certitudo sufficit. Bal. in l. 1. §. debebit. ff. de bon. agno scen. Dec. in c. ad hec in beato. n. 17. & seqq. de postulat. Prælat. Et ideò euidens probatio dicitur illa, que ex coniectura colligitur. Vt per plura iura ostendit Ioan. de Imol. in c. quia quesitum. de offic. deleg. Hinc est, quod ista fuga parit inditium verisimile, & accusat fugientem. §. si verò. Auth. de exhiben. introd. rei. propterea delictum probatur, etiam præsumptiuè. l. 3. §. interdū. ff. de his, quis deiec. & effud. quem Text. sic intelligit Glos. in l. 1. §. fin. de probat. Abb. in c. 3. loco. col. fin. de præsumpt. Verum ex mea sententia fuga probatur in genere idest ad inquirendum tantum non autem in specie cōtra personā Inquisiti.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens è carcere ob aliquam causam, puta quia malè tractabatur, vel quia timebat seuitiam Iudicis, & ad superiorem confugiens non punitur.*

2 *Itineris arreptio ad superiorem habet vim appellationis.*

3 *Fugiens è carcere non habetur pro confesso, nec vti carcerum effractor punitur.*

4 *Fugiens eo quia timet seuitiam Iudicis non habetur pro confesso, & sufficit probabiliter timere.*

5 *Fuga quando causatur culpa, & facto Iudicis non punitur, quamuis adsit cautio de non discedendo, quia tunc dicitur sublata cautio.*

6 *Delictum vnum dupplici pœna non potest puniri.*

7 *Fuga è cercoribus non attenditur, quando non constat Reum deliquisse.*

8 *Fugiens e carcere iniustè detentus non punitur, quia licet ei carceres effrangere.*

9 *Fugiens è carcere animo reuertendi, & statim rediens non dicitur carceris effractor.*

10 *Fugiens è carceribus non carceres rumpens, sed quia ostium ab alijs inuenit apertum, non potest puniri de effractione carceris.*

11 *Fugiens è carcere timens potentiam aduersariorum, seu Iudicis nequitiam, vel ob aliam probabilem causam, non ideò est torquendus.*

12 *Fugiens è carcere facit sibi aliquod inditium, verum inditium eliditur, si cito reuertatur.*

13 *Fugiens è carceribus, quia iniustè tortus fuerat, non punitur, quia potest fugere timens, nè iterum iniustè torqueatur.*

14 *Fugiens è carceribus absq; conspiratione, & fractura nō punitur pœna capitis.*

15 *Fugiens ad Ecclesiam non potest ab ea extrahi etiam ob crimen læsæ maiestatis.*

16 *Fugiens ad Ecclesiam citari debet verbotenus.*

17 *Fugiens ad Corpus Christi an possit extrahi Vide Boss. tit. de captura. num 29*

18 *Fugiens ad domum præsbiteri quæ sit citra 30. passus prope Ecclesiam quando securus sit, & non possit extrahi.*

19 *Fugiens post formatam inquisitionem, & accusationem præsumitur fugere timore molestiarum, & vexationū.*

20 *Fugiens ostio carceris existente aperto non habetur pro confesso, nec fuga facit probationem criminis.*

DISCEPTATIO CLVI.

De Fugiente è carcere.

1 CArcerato ob eius fugam è carcere non
potest infligi tortura, quando proba-
bilem aliquam habet causam; puta quia ma-
lè tractabatur, vel quia timebat seuitiam Iu-
dicis, seù nequitiam, & ad superiorem con-
2 fugit; quia tunc itineris arreptio habet
vim appellationis. Vt in l.sed etsi per Præ-
torem.§.fin.& ibi Bal.ff.ex quib.caus.maior.
3 Quapropter sic effugiens nec habetur pro
confesso, nec vti carcerum effractor punitur.
Hostien. in c. Vt dilectus. ext. de appellat.
Paris.de Put.in tract.de Scindic.in verb.fuga
officialis.c.2.incip. An Iudex, vel officialis.
nu.4.fol.mihi 190.à tergo. Iacob. de Sancto
Georgeo in l.1.num.9.C.de seru.fugit.Ioan.
de Amic.cons.7.nu.20.Boer. decis. 215. nu.
28.Gram.vot.39.num.12.Cœpoll.in l.quis
sit fugitiuus. in princ. num. 21. ff. de Edilit.
Edit.Paul.Ghirlan.tract.de relaxat. carcerat.
Rubr.de fuga Incarcerat.nu.10.seq. Caccia-
lupus in tract.de Debitore suspecto, & fugit.
q.1.n.2.inter tract.ãtiquos tom. 16.fol. mihi
181.Mascard.de probat.lib.2. conclus. 820.
num.13.Farinac.q.30.num. 171. Carrer.in
pract.crim.in 2. tract. de ind.t. §. tertium est
inditium.num.38.Foller.in pract. crim. par.
4.in verb. Etsi confitebuntur, nu. 57. Paris.
d. Put.tract.de scindic.in verb.An Iudex, vel
officialis fol.mihi.140. Vbi timens seuitiam
4 Iudicis, ob fugam à loco, vbi permanet Iu-
dex, non habetur pro confesso, & sufficit pro
babiliter timere, etsi nõ iustè.l.rectè. ff. quod
met.caus.Boer.decis.215.nu.27.in fin. Immo
5 fuga quando causatur culpa, & facto Iudicis
iniustè punitur, quamuis adsit cautio de non
discedendo, dicitur sublata d.cautio.Bal.l.fin.
6 C.de nouat.Foller. Vbi supra. Ratio est, quia
pro vno pretenso delicto quis dupplici pœ-
na affici non debet. Glos.l. qui de crimine. in
verb.plurima.C.de accusat.Clar.q. 84. vers.
7 alius casus est. Et quando non constat, Reũ
in aliquo deliquisse, fuga è carceribus nõ est
8 attendenda. Mar. cons. 18.num.34. Brunor.
à Sole in suo vnico cons.crim.num.13.Boss.
tit.de delict.n.53. Et maximè quando iniu-
stè detinetur, licet ei carceres effrangere, &
aufugere absq; incursu pœnæ. l. vis eius. &
ibi Bart.C.de probat.Clar.q.21.vers.3 autẽ
9 modo. Immo quando fugit animo redeundi,
& statim redit, carceris effractor non dicitur.
Alex.ad Bart.in l.1.ff.de effract.Vulpell.cõs.
10 139.num.5. Et eo magis quando carceres
non rumpit; sed quidem, quia ab alijs ostium
carceris inuenit apertum, non potest puniri
de effractione carceris. Bart.tract. de carcer.
propè fin. vers. Sed iuxta prædicta quæro,
quod si ostium carceris erat apertum. Franc.
Becc.cons.44.num.210.& 36. Rip. l. admo-
11 nendi.nu.170.ff.de iureiur. Vbi ait hanc esse
communem opinionem. Et quando accidit,
quod fugiens è carcere, eo quia veritus est se
uitiam Iudicis, aut potẽtiam aduersariorum,
vel ob aliam probabilem causam nec etiam
est torquendus.c.accedens.2.Vt lit.non con-
test.Bal.in l.bonæ fidei.C.de reb.credit.Blãc.
in l.vlt.ff.de quæst.num.285.Simanc.eo tit.
12 num.17. Et quamuis aliquod sibi faciat in-
ditium.Bal.in l. 1. num.4. C.de Edilit. act.c.
vulgaris.§.diuortium. de pœni. d. p. & in c.
præsenti.de preben.in sexto tamen d.inditiũ
eliditur; si illicò reuertitur. Vt Alex.in cons.
144.n 2.Bart.in l.quis sit fugitiuus.§.sicut.ff.
de Edilit.edict. Bal. in l. 1. C. de seru. fugit.
Nouell.in tract.ad defens.num.102.seq.car.
13 mihi 67. Quibus quoq; additur, quod fugiẽs
è carceribus eo quia iniustè fuerat tortus, nõ
punitur.l.in eos.ff. de custo. reo. quia potest
fugere, timens nè iterum iniustè torqueatur.
Glos.in Clem.pastoralis.vers.per violentiã,
ibi cõmuniter recepta de re iudic.Ioan.Andr.
ad spec.Rubr.de iureiur.Anc.reg. peccatum.
3.q.de reg.iur.in sexto. Etsi carceris fractura
præcesserit.Ex congestis ex Didac.lib.1.re-
solut.c.2.nu.11.Bal.cons.7.nu.41.in 1.Plac.
lib.1.Epit.delict.c.23.nu.6.Clar.lib. 5. sent.
§.fin.q.21.vers.3.autem n.17. qui de cõite-
statur.Vulpell.cons.21.n.7. Quinimò fugiẽs
quia iniustè tortus pro confesso non habetur.
Vulpell.ibidẽ.n.8. Ideq; et præcipue in huius-
14 modi materia est aduertendũ, quod fugienti
è carceribus absq; conspiratione, & fractura,
capitis pœna nullo modo puniri potest. Albe
in l. inter eos.ff.de custo.reo. Angel.l.1. ff.de
effract.Comen.cõs.106.Clar.§.fin.q.21.vers.
3.autẽ,modo, & ita seruari testatur in praxi.
15 Vulpell.cõs.70.n.1. Et quãdo fugiens è car-
cere, vel alias confugit ad Ecclesiã nec ẽt ob
crimen lesę maiest.ab ea extrahi potest. Boss.
16 tit.de captura.n.32. Et qñ est citandus, citari
17 debet verbotenus. Boss.d.tit.nu 28. Sed fu-
giẽs ad Corpus Christi, an possit extrahi. Vi-
18 de d.Boss. d. tit. num. 29. ita pariter fugiens
ad domum præsbiteri quæ sit intra 30. pas-
sus propè Ecclesiam quando securus sit
& non possit à Iudice extrahi. Vide d.
Boss.

19 Bofs.d.tit.num.30. Verum dato quod quis è carcere fugiat post Inquisitionem formatã, & accusationem, in omnibus casibus timore molestiarum, & vexationum fugere præsumitur, quæ ex carceratione proueniunt, quas non omnes subire volunt, etiam quod innocentes sint. Dixit Bart. per illum Text.l.
20 1.num.1.ff.de bon.eorum. Deniq. dicere nõ est prætermittendum, quod fugiens ostio carceris existente aperto non habetur pro confesso, nec fuga facit criminis probationem secundum Guil. de Cu. & Bal. in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. Item idem Bal. in l. admonendi. limitat illud verum, quando quis aufugerit de publico carcere, secus si de Palatio Gubernatoris allegat etiã Guil. in d.l. succurritur. Vbi hoc tenet. De eo autem, qui aufugit fractis cippis. Bal. in d.l. succurritur. per illum Text. tenet idem quod si fregisset carceres, & sine fuga probat contra ipsum, tanquam si confessus fuisset, quasi nihil intersit, an parietibus, an compedibus quis teneatur. Dixit tamen Bart. in l. lege Cornelia ff. ad Sillan. quod quamuis fuga deducta ad probationem criminis non plenè probet, tamen inditium, facit ad torturam. Cæterum vt melius huiusmodi materia intelligatur, ac plenius de ipsa tractetur, dicitur quoq; quod Attentantes fugam è carceribus eos frangentes cum effectu fugæ; licet l.1 ff. de effracto carcere dicatur puniri debere pœna capitis; tamen non intelligitur de
21 naturali, sed de ciuili. Glos. in l. 1. in verb. capitali. C. ne christianum mancip. & in l. vt frumentum. Vbi Bal. & Salyc. C. quæ res vend. non poss. cum alijs, quę pluribus, quos ibidẽ adducit Petr. Duen. in suis reg. vtriusq; iuris. in reg. 393. incip. fugiens fractis carce-
22 ribus. limit. 8. Vbi probat hanc esse communem. Quando verò non sequitur fuga, tunc non statuitur pœna, nisi quod habeatur pro confesso, & conuicto de criminibus, pro quibus detinetur, vel in arctiores carceres detrudatur. Per l. in eos. ff. de custo. reo. Vbi ita declarant Alberic. & Angel. cum alijs, quos refert Bofs. in sua prax. tit. de carcere. num. 5. & tit. de effractoribus carcerum. nu.
23 1. Sed hoc etiam recipit limitationem; nam si quis attentauerit fugam, & carcerum fracturam ex se ipso non facta conspiratione cum Socijs, tunc cessat dispositio d.l. in eos, & non habetur pro confesso. Ita Bal. notanter cons. 32. lib. 3. num. 1. vers. aut detinetur pro inquisitione, & cum alijs adductis per eundem Petr. Duenam reg. 392. limit. 6. Et vt dicit Alber. in d.l. in eos. vel debet talis attentans detrudi in carceres arctiores, vel haberi pro confesso, & conuicto, & sequitur
24 Bofs. d. tit. de carcere. num. 5. Et sic cum pœna sit posita alternatiuè, Iudex, vel Fiscus eligendo vnam pœnam, alteri renunciauit; quia (vt dictum est) nemo debet dupplici pœna puniri. l. plura delicta. ff. de actio. & oblig. Et Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. quæ de fullone cum ibi traditis
25 per DD. Et aufugiens è carceribus rupto pariete carcerum, si plebeius est operis publici; si autem nobilis sit, relegationis pœna tenetur. Per Text. in l. 1. in fin. de effract. Vbi omnes. Et quamuis Bart. in d. l. eos. quẽ ibi omnes sequuntur. ff. de custo. & exhib. reo. dicat, quod Reus frangens carceres, & aufugiens puniatur pœna criminis, pro quo detinebatur; ac si verè illud commisisset, & habeatur pro conuicto, & confesso. Per d. Text. in l. in eos. apertissimè colligitur id esse contra Text. expressum in d. l. 1. in fin. ff. de effracto. Vbi expressa pœna est aufugientis ruptis carceribus (vt supradictum est) vt nõ puniatur pœna criminis, sed de carcerum effractione, alias esset actor carcerum pœna delicti puniretur non de fracto carcere. Vt Text. est in l. in eos. declarat Boer. dec. 215. num. 22. vers. & ad sextum. Et notabiliter Ioan. Igne. in l.3 §. subuenitur. num. 65. vsq; ad nu. 83. 93 94. cum alijs seqq. ff. de senat. consul. Syllan. Nec quisq; moueri debet, quod Bart. opinio d.l. in eos videatur communis, vt attestatur Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. 3. Et propterea à communi opinione nec in consulendo, nec in iudicando recedendum videatur. Per Text. in l. 1. §. sanè. ff. de offic. quæst. Vbi scribentes & in l. maximum vitium. §. nam hoc corrigentes. C. de lib. pręterit. Et vtrobiq; scribentes, & videatur non sani capitis recedens à communi. Vt per Rim. cons. 86. vers. vltimò hoc sequitur quoniam difficillimum est maiorum Sententias reuoluere. Per Text. in c. veniam. 35. q. 9. Vbi Glos. & scribentes Rip. in l. dies. §. hoc autem iudicium. nu. 106. ff. de damn. infect. Tamen in pluribus fallit conclusio ista. Primò quando extat Text. in contrariũ de quo in communi opinione nulla habetur consideratio, & ad quem sequentes communem nõ aduerterunt, vt respondit Siluan. in cõs. 10. n. 16. vol. 1. cum alijs ibi per eum congestis. Et quia Textũ in hoc casu nõ habemus declarã

tem pœnam effractoribus carcerum irrogan. de quo Bart. mentionem non facit in d. l. in eos. ergò. Secundò fallit quando contraria opinio est melioribus, & fortioribus rationibus fulcita: Tunc enim opinio plurium non attenditur. Vt per Text. expressum in d. l. 1. §. sed neq; ex multitudine. Vbi Glos. & scriben. C. de veter. iur. enuclean. Text. in l. qui folium. §. sabinus. vers. Imperator. ff. ad senat. consult. Trebell. Opinio Boer. in d. decis. 215. Et Ioan. Igne. in d. l. 3. d. §. subuenitur. num. 63. 64. 65. cum alijs seqq. contra communem opinionem videtur esse melioribus rationibus comprobata. Vt plenè ibi per Igne. Ideò à communi opinione tanquā erronea, quod tantorum patruum venia dixisse volui, discedendum putauit, per ea, quæ idem Ioan. Igne. respondit in d. §. subuenitur. num. 64. seq. Text. est in c. Nicena. Vbi Glos. & scribentes 31. destea. Fœlyn. in c. 1. num. 102. & seq. extra de constit. opinio illa ex duabus spectan. est sequenda, quæ ex melioribus oritur rationibus. Rolan. Valle cōs. 100. num. 49. vol. 2. Paris. consil. 722 num.
26 41. vol. 1. Quæ conclusio procedit etiamsi opinio contra communem sit tantum vnius Doctoris, etiam deterioris. Per Text. in d. l. 1. §. sed neq; ex multitudine. C. de veter. iur. enuel. Fœlyn. in c. 1. num. 1. extra de re iudic. Et quando duæ opiniones sunt in causa criminali, quarum vna communis, & seuerior, altera non communis & mitior, est amplectenda. Vt respondit Rolan. à Valle consil. 51. num. 44. vol. 1. & consil. 64. num. 31. vol. 2. Sed semper requiritur, quod fuerit secuta consumatio delicti.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici dictum contra fidelem, & catholicum ad torturam non facit inditium.*
2 *Hæretici dictum contra catholicum Inquisitores contemnere non debent.*
3 *Hæreticus non est testis omni exceptione maior.*
4 *Infidelis qui est Deo non potest esse fidelis hominibus.*
5 *Hæretici dictum non facit semiplenam probationem, vt possit ad capturam deueniri.*
6 *Hæretici dictum facit inditium ad inquirendum tantum.*

DISCEPTATIO CLVII.

De Hæretico contra Catholicum.

1 HOmini fideli, qui pro vero fideli, & catholico reputatur, non est infligenda tortura, quando hereticus crimen heresis ei imponit, siue eum dicat Socium crimi-
2 nis, siue non; Et quamuis Inquisitores ipsius vocem contemnere nō debeant; tamen quia non est omni exceptione maior, plena non
3 est ei adhibenda fides, prout adhibetur testibus integris, & omni exceptione maioribus:
4 Tum quia qui est infidelis Deo, non potest esse fidelis hominibus. c. non potest. 2. q. 7. & tenet. Petr. de Anchar. consil. 317. Tum etiam
5 quia hoc in casu hæresis certum est, quod ipsius dictum non facit semiplenam probationem, vt ad capturam possit deueniri; sed
6 ad inquirendum tantum facit inditium; quod si cum alijs coniecturis verisimilibus, & adminiculis coniungatur, tunc ad cætera parat viam. Et ab hac sententia credo non esse recedēdum Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 611. comm. 117. col. 1. seq.

SVMMARIVM.

1 *Iudeus non potest esse testis contra Christianum etiam in exceptis.*
2 *Infidelis testimonium ferre non potest contra Christianū.*
3 *Iudeus est adeò incapax testimonij contra christianum, quod Christianus huic priuilegio renūciare non potest.*
4 *Iudeus sicut est infidelis Deo, ità & Christiano.*
5 *Iudei quia sunt in superstitione reprobata, dicuntur esse semper in delicto.*
6 *Iudei non sunt liberi, sed seruilis conditionis christianorum ob eorum delictum.*
7 *Iudei, quia testimonia diuina contemnunt, humani testimonij pondus perdiderunt.*
8 *Iudeus in causa hæresis contra christianū ferre nō potest.*

DISCEPTATIO CLVIII.

De Iudeo contra Christianum.

1 CHristiano ad depositionem Iudei non potest infligi tortura; quoniam Iudeus non potest testimonium ferre contra Christianum. c. si hereticus. & c. non potest. 2. q. 7. Glos. in c. Iudeis. Vbi not. omnes de test. l.
2 quoniam. C. de hæret. Afflict. decis. 214. Idq; etiam dicitur de Infideli, qui pariter contra Christianum testis esse non potest. Director. Inquisit. pag. mihi 144. Eymeric. 3. par. q. 68. Ratio est, quia (vt alias dictum est) qui

est

est infidelis Deo, non potest esse fidelis hominibus.d.c.non potest.2.q.7. tenet Petr. de Anchar. cons. 317. Quod procedit etiam in crimine excepto. Glos.no rab.in c. Pagani.2. q.7. Idem tenet Ioan. Andr. & Butr.c. 1. de
3 test. Quoniam Iudeus est adeò incapax testimonij contra christianum, quod Christiani huic priuilegio renunciare non possunt. Fœlyn.c. Iudei. de test. Alber.l. quoniam. C. de
4 hæret. Et optima ratione quidem nam sicut est infidelis Deo, ità & christianis. Vt per Plot. in l.si quando. num. 363. C. vnde vi.
5 Nec mirum esse debet, si d. Iudeus non potest esse testis; quia cum sit in superstitione reprobata, ideò semper est in delicto. Not.
6 in l.non erit.§. Diuus. ff. de iureiur. Additur etiam quod Iudeus non potest esse testis cõtra christianum dupplici ratione. Prima ratio est, quia non est liber, sed seruilis conditionis christianorum ob eius delictum. Secunda
7 ratio est, quia cum diuina testimonia contemnat, humani testimonij pondus perdidit. c. ipsa pietas. 23.q.4.d.l.quoniam.C.de hæ-
8 ret. Cæterum Iudeus contra christianum testimonium ferre potest in crimine hæresis. 4.q.3.placuit. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 209. col. 2. Sed ego puto ad præsumptionem faciendam, seù ad inquirendum tantum, cum non sit omni exceptione maior.

SVMMARIVM.

1 *Neophitus non admittitur ad testificandum contra christianum.*

DISCEPTATIO CLVIIII.

De Neophito contra Christianum.

CHristiano ad dictum Neophiti non po-
1 test infligi tortura; quoniam Neophitus cum nuper sit ad fidem conuersus, non admittitur ad testificandum contra christianum. c.2.48. distin. Crott.tract. de test.num. 136. Roman. singul. 672. Mascard.de probat.lib. 3. conclus. 944. num. 3. seq.

SVMMARIVM.

1 *Homicidio de nocte commisso qui præsens fuit, non potest torqueri vti verisimilibus informatus.*

DISCEPTATIO. CLX.

De Præsente homicidio de nocte commisso.

IN casu homicidij de nocte commissi Inquisito non potest infligi tortura; quamuis fuisset præsens; quoniam verè non po-
1 test deponere vidisse interfectorem, nec vti verisimiliter informatus potest super ipso torqueri; nanque falsò id deponeret. Vt in proprijs terminis tradit. Bal. in l. si cum. §. in hoc. ff. quod met. caus. Ias. in l. non minorem. num. 4. C. de transact. Dec. cons. 163. col. 3.

SVMMARIVM.

1 *Homicidio qui præsens est, & non obuiat, licet obuiare possit, non est torquendus.*
2 *Quod procedit etiã si videret hominem corã se interfici.*
3 *Procedit etiãsi clamore obuiare, & hominẽ eualere possit.*
4 *Homicidio opem præstare non dicitur, qui non iuuat eum qui occiditur.*
5 *Homicidio quis obuiare tenetur duobus concurrentibus.*
6 *Quis non dicitur posse prohibere, nisi commodè possit.*
7 *Homicidio qui præsens fuit, non tenetur credere, socium voluisse committere d. homicidium; cum nemo præsumatur delinquere velle.*
8 *Homicidio qui non tenetur obuiare, non obuians non tenetur aliqua pœna.*
9 *Homicidio qui præsens est secundum aliquos tenetur obuiare, & si non obuiat est puniendus si facere potest, & si non potest opere saltem clamore.*
10 *Homicidio qui præsens est tenetur obuiare secundum aliquos si est officialis secus si priuata persona.*
11 *Homicidio qui præsens fuit in dubio secũdũ aliquos casualiter, & ex accidẽti, & non studiosè adfuisse præsumitur.*
12 *Homicidio qui præsens fuit, illud non dicitur commisisse, nisi probetur, quod opem dedit.*
13 *Homicidio qui præsens fuit, non potest inquiri tanquam particeps criminis.*
14 *Tractatus ad homicidium probari debet.*
15 *Homicidio qui præsens fuit non tenetur de assistentia, nisi constet de auxilio & tractatu.*

DISCEPTATIO CLXI.

De eo, qui Homicidio præsens est, non obuiat.

1 INquisito non potest infligi tortura sub prætextu quod opem dedit homicidæ, eo quia homicidio præsens fuit, & non obuiauit, cũ obuiare posset; quoniam nemo obuiare tenetur. Bal. in l. 1. §. si in eo. ff. ad

2 Silan. Quod procedit, etiamsi videat hominē corā se interfici Castren.l.fin.in fin.C.de his, quib. vt indign.nec non etiamsi clamore
3 obuiare, ac hominē euadere possit. Bal. l. vt vim q.8.ff.de iust.& iur.Dec.c.1.col.4.n.6.de offic. delegat.Nanq; nō dicitur prestare opē,
4 qui non iuuat eum, qui occiditur. Bal. l. 1. col. 3. vers. ex personis deniq; C. de seru. fugit. Quod habet locum etiā de iure canonico, vt in foro contentioso nulla pœna teneatur, licet in foro pœnitentiali peccaret. Ias.l.vt vim.col.pen.ff.de iust. & iur. Barbat. c.1.col.10 num.64.de offic.delegat. Vt v.g. Ego sciui, quia Titius mihi dixit velle occidere Caium; non tamen dolo meo, vel culpa permisi, d. Caium fuisse occisum; sed potui prohibere, & non prohibui, & de hoc fui accusatus; nulla pœna sum puniendus, licet quoad Deum peccarem. Argum.ēxt.de hæret.c.2.& 2.q.7.negligere cum possis ēxt. de hæret.c.cum ex iniuncto.Iuxta illud Diliges
5 proximum tuum sicut te ipsum. Nec ab re videri debet, quoniam in omnibus casibus, in quibus quis tenetur obuiare delicto ad eius præsentiam cōmisso intelligitur semper. duobus concurrentibus. Primo quod sciat delinquentem delinquere velle. Secundo 9 prohibere possit, aliàs imputari non potest. Alex.l.non solum.§.si quis ipsi Pretori.super 10.q.col.6.l.in omnibus.cū l.seq. ff. de noxal.act.& in l.scientiā in princ.ff.ad l. Aquil. Bart.in 1.col.ff.de no.op.nunciat.& ibi etiam Ias. & est Text.in l. qui omnibus cum l.seq.
6 ff. de noxal. act. Et ille solus dicitur posse obuiare, qui commodè potest l. Nepos proculo.ff.de verb.significat. Fœlyn. c. quanto. col.1.de sent.excomm.Cagnol.l. culpa.caret
7 in princ.de reg.iur. Veruntamen non tenetur credere, Socium voluisse homicidium committere; cum nemo præsumatur delinquere velle.Bal.c. cum in iuuentute. de præsumpt.
8 Sed qui non tenetur obuiare, non obuians nulla pœna tenetur. Tradit Bart.l.1.§.si in eo. ff.ad Sillan. Sunt autem qui dicunt, quod tenetur, & est puniendus, si non prohibet, si facere potest. Casus est in l.qui scientiam. ff.ad
9 l. Aquil.d.l.in omnibus.de noxal.act.& facit 33.q.3 non inferenda vltimò. Quod si non potest opere saltim clamore.l.2.§ hoc autē.
10 ff.ad Sillan.Alij dicūt, quod si est officialis tenetur, secus si priuata persona. Et de hoc not. c.quartæ præsumptionis.ēxt.de sent.excōm.
11 c.sicut.ēxt.de homic.§.1.ibi etiam nota contrariū.Bonifa.Rubr. quid sit accusatio.n.42.

Verum homicidio, seù delicto quando quis interfuit, in dubio casualiter, & non studiosè adfuisse præsumitur. Tradit. Fœlyn. c. sicut dignum.sub num.5.vers.& ista omnia limita de homic.quem sequitur post alios, quos alle gat.Hyppol.l.fin.num.28.ad l. Cornel. de Sicar.quoniam qui delicto præsens fuit, non
12 dicitur cōmisisse delictum, nisi probetur dedisse opem delicto Angel.in tract.malef.Augùst.de Arimino in Addit.ad Angel.in Glos. præcedent.quia ex Bal.(vt dictum est) præsumitur casu interfuisse, & ex accidenti potius, quam ex proposito, cum alijs adductis
13 per Bertaz.cons.516.num.3. seq. Et iste talis non solum non potest inquiri tanquam particeps criminis.Paris.cons.152.num.33.
14 vol.4. nisi probetur tractatus. Bart. Teg.in tract.suis criminal.num.12. pract. num. 10.
15 vers.4. Sed nec etiam tenetur de assistentia, nisi constet de eius consilio & tractatu. Burs. cons.65.num.11.Claud.in pract.crim.regal. 207.num.2.seq.

SVMMARIVM.

1 *Associans aliquem, qui homicidium commisisse prætenditur, non torquetur, nec aliqua pœna tenetur quando non vadit animo committendi homicidium.*
2 *Homicida quis fuerit, quando non constat, associans non est torquendus.*
3 *Inditia quando non extant non minus contra unum, quà contra alium quid agendum.*
4 *Innocens pro nocente torqueri non debet.*
5 *Homicidium commissum de nocte magis incertum reddit illum qui occidit.*
6 *Associantes, & assistentes quod deliberate accesserint, per fiscum probari debet.*
7 *Associantes, & assistentes etiam armati non puniuntur, nisi deliberatè homicidio astiterint.*
8 *Associantes, & assistentes quod non deliberatè accesserunt; statur ipsorum iuramento.*

DISCEPTATIO CLXII.

De Vocato ab amico vt arma capiat, & ipsum associet.

NOn solum tortura, sed nec etiam alia pœna potest infligi Inquisito vocato
1 ab amico, vt arma capiat, & ipsum associet ad aliquem locum; si d. amicus obijcitur inimico, & ipsum occidat; Ratio est, quia non iuit animo committendi homicidium. Ità Marsi.in l. vnica.num.81. C.de rapt.virg. Et quod nulla pœna sit puniendus associans scribit Cephal.cons.77.num. 75. Iob. Non-
cons.

conf. 101. num. 15. seqq. Bal. in l. ob hæc
1 verba ff. de his, qui not. infam. Quinimò in huiusmodi casu etiamsi non constaret de cer-
2 to interfectore, adhuc dicitur associantem nec super pretensa assistentia, nec super pretensis
3 percussionibus non esse torquendum; quoniam quando inditia extant non minus contra vnum, quam contra alium, Iudex prudens
4 non permittet, vt Innocens pro nocente torqueatur. Boss. tit. de homic. num. 28. Blanc. de indit. num. 227. & num. 246. cum alijs adductis per Bursatt. conf. 316. num. 10. seqq. lib. 3. Et eo magis quando homicidium fuit
5 commissum de nocte; quoniam homicidium commissum de nocte magis incertum reddit illum, qui occidit, nisi aliter constet. Ità Bursatt. d. cons. 216. numer. 13. seqq. lib. 1.
6 Et ideò assixentes etiam armati non puniuntur, nisi deliberatè accesserint; & quod deliberatè accesserint, tenetur fiscus probare.
7 Text. est expræssus in l. 3. §. homines. ff. de vi bon. rapt. Mars. in pract. §. constante. nu. 60. latè Carrer. in pract. crim. §. homicidium. nu. 48. seqq. Crauett. cons. 124. num. 5 Et isto casu statur iuramento ipsorum, quod non deliberatè accesserunt. Gram. decis. 25. num. 5. Ruyn. cons. 1. num. 3. in fin. seq. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium commissum in aliquo loco non potest asscribi alicui sub prætextu quod per d. locum est solitus transire, & conuersari quando maleficia non est solitus perpetrare.*

DISCEPTATIO CLXIII.

De Homicidio commisso in loco, per quem aliquis est solitus transire.

1 Tortura non potest infligi Inquisito ob homicidium commissum in loco, per quē erat solitus transire, & conuersari; quando maleficia non est solitus perpetrare. Argum. l. si cui. §. hisdem. ff. de accusat. & in l. si ità. §. fin. ff. de fun. instru. Et istud puto per ea, quæ in simili not. Glos. & Bal. in l. fin. ff. de hæred. instit. Et de hoc habetur per Iud. in l. 1. §. si quis vllam. ff. ad Sill. Vbi inducit illū Text. quod si ante ostium domus. N. reperitur corpus mortuum, præsumitur à d. N. interfectum; quod etiam limitandum puto, vt proximè dixi, de quo per Bart. in l. Ediles ff. nè quid in via publica.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarij dictum nullum ad torturam facit inditium contra mandantem sine alijs adminiculis.*
2 *Mandatarius non parit inditium ad inquirendum contra mandantem.*
3 *Mandatario si daretur fides, facilè posset impius accusare virum bonum.*
4 *Quod procedit quamuis Mandatarius diceret, se non acceptasse mandatum.*
5 *Mandatarij depositio quando non fuit incontinenti, sed post aliquos annos non officit Mandantem.*
6 *Mandatarius per acceptationem mandati facit se socium criminis.*
7 *Mandatarius pretensus, & suspectus si non confiteatur habuisse mandatum tamen suspicatur habuisse, nullum ex hoc oritur inditium contra Mandantem.*
8 *Mandatum probari debet, quando delictum prætenditur patratum de mandato alterius.*
9 *Mandatum in delicto non præsumitur ex sanguinis coniunctione, familiaritate, vel amicitia.*
10 *In mandato quando Fiscus se fundat, debet illud probare, cum sit fundamentum suæ intentionis.*
11 *Facta non præsumuntur, sed probanda sunt.*
12 *Delictum ab aliquo factum intelligitur à me factum si ille opera mea, & tractatu intentauerit.*
13 *Filius si homicidium commisit, non dicitur commisisse de mandato patris.*
14 *Ratihabitione delicti per alium commissi, vt quis teneatur, duo requiruntur ità vt vnū tantū sufficit interuenisse.*
15 *Primum quod sit nomine meo gestum, aliàs non teneor.*
16 *Secundum est, quod illud approbem tanquam nomine meo gestum.*
17 *Mandato, seù Ratihabitione non comparatur gaudium, seù dolor.*

DISCEPTATIO CLXIV.

De Mandatario contra Mandantem.

1 Mandanti ad depositionem, seù dictum Mandatarij sine alijs adminiculis nō potest infligi tortura. Vt per Salyc. in l. fin. C. de accusat. & ibi Glos. & Imol. in c. 1. de confess. Alex. cons. 137. vol. 4. post alios, quos allegat. Gram. vot. 34. num. 1. seq. loquentes omnes in terminis homicidij. Imò
2 nec etiam d. Mandatarius contra Mandantē ad inquirendum parit inditium. Mars. §. dili-
3 genter. num. 39. Vbi quod si ei fides adhiberetur, facilè posset impius accusare virum bonum, refert, & sequitur Menoch. cons. 98.
4 num. 20. lib. 1. Quod procedit, etiamsi Mandatarius diceret mandatum non acceptasse. Clar. §. fin. q. 21. ver. & hac conclusione. Hieron. de Monte q. 16. num. 20. Farinac. q.
5 44. num. 16. seq. Et maximè quando Mandatarij depositio non fuit incontinenti, sed

per

6 per aliquot annos post commissum delictũ, seù homicidium factum. Gram.decis.28.nu. 26. Rolan.conf.14.num.7. lib.4. Farinac.d. q num.17. Ratio est, quia Mandatarius per acceptationem mandati fecit se socium criminis. Eugen.consi.27.num.47. Bertaz.cons. crim. 116.num.23.lib.1. Farinac.d.q.nu.2.
7 Sed dato quod aliquis pretesus, & suspectus Mandatarius non confiteatur habuisse mandatum v. g. ad aliquem occidendum; sed tantum suspicatur illud habuisse, eo quia d. pretensus & suspectus Mandatarius est v. g. consanguineus, seù famulus pretensi Mandantis; tamen nullum ex hoc potest oriri in-
8 ditium contra pretensum Mandantem; quoniam mandatum probari debet, quando delictum prætenditur patratum de mandato al-
9 terius. Hinc est, quod sanguinis coniunctio, seù familiaritas non sufficit ad præsumẽdum mandatum in delicto. Bal.in l.1.C.de Episc.
10 & Cler. Et quando Curia fundat se in mandato, habet hoc probare; cum sit fundamentum suæ intentionis. Et quoniam mandare,
11 & tractare consistunt in facto; Facta non pręsumuntur, sed probanda sunt. l.in bello.§.facta. ff. de capt. Et ideò dixit Bal. in l. vnica.
12 col.1.C. de Rect.prouinc. Ità demum quod fit ab alio Delinquente, intelligitur à me factum, si opera mea, & tractatu intentauerit.
13 Idem scribit Franc.de Curt.cons.41.Vbi voluit, quod si filius commisit homicidium, non dicitur fecisse de mandato patris. Non obstat, si dicatur teneri saltem de Ratihabitione delicti, quasi ratum habuerit d. homicidium
14 patratum: Nam ad hoc vt quis teneatur de Ratihabitione delicti per alium cõmissi duo requiruntur; ità quod vnum non sufficit in-
15 teruenisse: Primum quod v. g. sit nomine meo gestum, aliàs non teneor. l. si seruus. ff.
16 de prec. Alterum est, quod illud approbem, tanquam nomine meo gestum. Glos. in l. 1. § sed si quis. ff.de vi,& vi armata. Vbi Glos. ex hoc Secundo infert, quod possum dolere de aliquo vti facto nomine meo, & gaudere, quod sit factum eodem nomine; nec illud
17 gaudium comparatur mandato, aut Ratihabitioni, & ità etiam sentit Bal. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Mendicus in causa ardua à testificando repellitur.*
2 *Testis debet esse idoneus, & legalis.*

DISCEPTATIO CLXV.

De Mendico.

1 Mendici dictum non sufficit ad torquendum Inquisitum; quoniam Mendicus in causa ardua a testificando repellitur. Alex.conf.236.num.4.vol.5. Marl.conf.28.
2 num.20. Natt.conf.315. num. 7. Ratio est, quia testis desuper deponens debet esse idoneus, & legalis. Ità Bero.in c. Atsi Clerici. num.137. de Iudic. Viui. commun. opin. in verb. testis propter solam paupertatem. in fin. Clar.q.24. vers. quæro etiam nunquid. Rolan, cons. 63.num.34.lib.2. Ioan. Andr. & alij c. si quis testium. de test. l.3. in princ. ff. eo. tit. Alia ratio est, quia facilius corrumpitur.

SVMMARIVM.

1 *Mercennarius vel quod habitet, vel non in domo, dumodo domum frequentet, vt laborator, dicitur domesticus, & ideo a testificando repellitur.*
2 *Mercennarius nullum parit inditium.*

DISCEPTATIO CLXVI.

De Mercennario.

1 Mercennarij dictum non sufficit ad torquendum Inquisitum; quoniã Mercennarius vel quod habitet, vel non habitet in domo, dumodo domum frequentet, vt laborator, dicitur domesticus; & ideò non solum non admittitur ad testificãdum. Gabriel tit. de test. conclus. 10. num. 4. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 533. sub. num.5. seq. & lib 3. conclus. 1358. num. 7. Roman.cons. 420. Marl.in l.1.§. idem nuncio. num. 4. ff. de quæst. spec.tit.de test. §. 1. num. 12. vers. sunt etiam domestici Castrens.l.etiam.nu.1. in fin. C. de test. Sed nec etiam vllum parit inditium.l.respiciendum.§. furta. ff. de pœn. & l.si libertus.§. furti.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix cum sit infamis nec in ciuilibus, nec in criminalibus potest esse testis.*
2 *Meretrix quamuis desierit meritricari, quia adhuc reputatur infamis, non potest esse testis.*
3 *Meretrix non solum quæ facit, sed quod facere desijt, lege notatur.*
4 *Turpitudo non aboletur, quæ postea intermissa est.*
5 *Meretrix quamuis examinata nullam facit probationẽ*

gra-

gradum ob eius malam vitam, maximè in causa ardua.
6 Fides caret, quando vita bona deest.
7 Iustitia non potest cum sceleratis mulieribus habere commercium.

DISCEPTATIO CLXVII.

De Meretrice.

1 AD Meretricis dictum non potest torqueri Inquisitus, quoniam cum sit infamis. Text. in l. palam. §. non solum. ibi lege notatur. ff. de rit. nupt. & in l. Athletas. §. ait prætor. ff. de his, qui not. infam. Glos. in l. 3. §. lege Iulia. Ibi quæ vel palam quæstum faceret, & ibi Glos. verb. palam. ff. de test. Nepos de Monte Albano in tract. de test. nu. 17.
2 Farinac. q. 56. nu. 138. seq. Nec in ciuilibus, nec in criminalibus potest esse testis, etiam quod desierit meretricari; quia adhuc reputatur infamis. d. Text. in l. palam. §. non solū:
3 Non solum autem inquit Vulpianus ea quæ facit, sed quæ facere desijt lege notatur:
4 Neque enim abolitur turpitudo, quæ postea intermissa est. Immo etiam quamuis examinata nullum facit inditium, seu probationis gradum ob eius malam vitam. Alex.
5 cons. 11. vol. 1. maximè in causa ardua. Paris. cons. 54. num. 49. seqq. & cons. 67 nu. 80. lib. 1. Crott. tract. de test. num. 46. Idem Alex. cons. 237. nu. 4. lib. 6. Natt. cons. 315. nu. 7. l. 3. in princ. & in l. lege Iuli. ff. de test.
6 Ratio est, quia quando bona vita deest, caret
7 fides: non enim potest Iustitia cum sceleratis mulieribus habere comercium. c. totus. in fin. de verb. signif. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1063. num. 4.

SVMMARIVM.

1 Monachus non potest esse testis contra laicum.
2 Monachus deponens sine licentia superioris coram Iudice laico nullum parit inditium.
3 Licentia superioris quando requiritur in aliquo casu, tunc illa precedere debet.

DISSCEPTATIO CLXVIII.

De Monacho contra Laicum.

1 LAico ad dictum Monaci non potest infligi tortura; quoniam Monachus non potest esse testis contra ipsum. c. testimoniū. cum ibi not. 11. q. 1. Abb. c. de cætero, in primo notab. de test. Quod eo magis dicendum videtur, quando deponit coram Iudice laico
2 sine licentia eius superioris; quia tunc ipsius dicta non tenent, nec aliquod pariunt inditium. c. quanquam 14 q. 2. Albert. Auth. si
3 dicat. C. de test. Et quando in aliquo casu requiritur licentia superioris, tunc illa præcedere debet. Tradit. Bart. l. si autem. ff. de aqua pluuial. arcen.

SVMMARIVM.

1 Murator, ex quo ascendit cum periculo vitæ cacumina, & tecta ædificiorum, efficitur infamis.
2 Murator in totum à testificando repellitur.

DISCEPTATIO CLXIX.

De Muratore.

1 OB Muratoris dictum non potest torqueri Inquisitus; quoniam Murator, ex quo pro modico lucro ascendit singulis horis cum periculo vitæ cacumina, & tecta ædificiorum, efficitur infamis, & nulla est ei adhibenda fides. Angel. in l. 1. §. bestijs. de
2 postul. & ibi Alber. Vbi quod in totum à testificando repellitur.

SVMMARIVM.

1 Consanguinei, & affines nec in casu difficilis probationis, occulto, & in quo veritas per alios haberi non potest, admittuntur.
2 Consanguinei & Affides computantur inter inimicos, & non inter testes inhabiles,
3 Inimicorum depositio respicit odium, rancorem, & inimicitiam accusati, & offensi.

DISCEPTATIO CLXX.

De Consanguineis, & Affinibus.

1 OB depositiones Consanguineorum, & Affinium v. g. Offensi non potest torqueri inquisitus; quoniam pater, mater, frater, soror, consanguinei, affines non computantur inter testes inhabiles, qui prætenduntur posse admitti in casu difficilis probationis, occulto, & in quo veritas aliter haberi
2 non potest; Sed computantur inter inimicos propter honorem, & dedecus, ac etiam propter interesse, quo casu omninò repelluntur. Vt post Alex. optima ratione tenet Curt. Iun. viden. cons. 27. sub. num. 4. lib. 1. Ratio affertur à Gomez. in tract. de delict. tom. 3. c. 11. in tit. de probat. delict. num. mihi 14.
3 quia particulariter depositio inimicorum respicit odium, rancorem, & inimicitiam accusati, & Inquisiti, ob quæ resultat verisimilis timor

timor falsitatis, & ideò meritò a testificando repelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui in primo examine dicit non recordari, quomodo factum processerit, & in secundo recordatur; impossibile, seu falsum non dicit, maximè si est rusticus, & idiota.*
2 *Testis, qui heri dixit non credo, hodie potest credere, & qui dixit heri nescire, hodie potest scire.*
3 *Falsitas nulla necessariò sequitur possibili veritate in esse posita.*
4 *Testis potest vno tempore recordari, & alio tempore non recordari vel è conuerso.*
5 *Obliuio in teste non est lata culpa, maximè quando est longum tempus post commissum delictum.*
6 *Obliuio ob longum tempus facilè inducitur.*
7 *Testis ex temporis cursu, seu tractu potest quodamodo fidem variare.*
8 *Memoria hominum est labilis, & de facili non diuturna.*
9 *Testis de facili potest de praeterito obliuisci de eo, etiam quod ipsemet fecit.*
10 *Testis in simili casu nec inditium facit ad inquirendum, quis iterum falsum iurare praesumitur.*
11 *Testis vt falsi poenam euitet satis est, quod dicat, se in primo examine recordatum non fuisse.*
12 *Obliuio post biennium praesumitur etiam in facto proprio.*
13 *Testis in simili casu non dicitur incidisse in aliquam poenā, nec potest dici periurus licet veritas sit in contrarium.*
14 *Iurans aliquid esse verum iusta credulitate ductus non punitur de periurio, licet veritas sit in contrarium.*
15 *Credulitas vehemens habetur pro certitudine.*
16 *Obliuio potest cadere in quantumcunque bonis, & perfectis viris.*
17 *Obliuio non solum annorum sed etiam mensis cadit in teste.*
18 *Obliuio de facili cadit in teste de re aliqua non gesta.*
19 *Reminiscentia nunquam consisterari potest.*
20 *Reminiscentia non cadit super non ente.*
21 *Testis quando allegat nouam causam sua memoriae, cur potuit noniter recordari aliquius rei, non potest dici varius, & sibi ipsi contrarius.*

DISCEPTATIO CLXXI.

De Teste dicente in primo examine non recordari, & in secundo recordari.

1 Testis, qui in primo eius examine dixit non recordari, quomodo factum praecesserit, & in secundo recordatur, non potest infligi tortura; quoniam impossibile, seu falsum non dicit. Ita Bart. l. quae bona. §. si quis stipulatus. ff. de damn. infect. Bal. in c. 1. §. si enim. num. 3. quid sit inuestitura. Alex. cons. 4. num. 7. cons. 47. in 2. & cons. 56. num. 7. in 2. & maximè in rustico, & idiota, Vulpell. cons. 71. num. 1. Et ideò dixit Bal. in c. 1. §.
2 notandum. de notis Foeud. quod testis, qui dixit heri non credo, hodie potest credere; & qui heri dixit nescire, potest hodie scire. Iacob. de Aret. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. quem sequitur Bal. d. tit. de notis Foeud. Nell. tract. co 1. qualiter. num. 1 1.
3 Bois. tit. de fals. num. 135. quoniam possibili veritate in esse posita nulla necessariò sequitur falsitas, nec potest dici periurus. Tradit Bal. l. de tutela. C. de in integr. restit. minor. Angel. l. quidam Tabula. ff. de furt. nec potest l. Cornelia plecti. Iacob. de Aret. in d. l. 2. §. obseruari. C. de iuram. calumn. Vulpell. cōs. 29. num. 9. quia potest vno tempore recor-
4 dari, & alio tempore non recordari, vel è conuerso. Glos. c. cùm causam. de test. nec incidit in falsum. Bois. tit. de fals. num. 135.
5 Nanque obliuio in teste non est lata culpa. Innoc. in c. qualiter, & quando de accusat. Bal. in l. praesbiteri. C. de Episc. & cler. Et ma-
6 ximè quando adest longum tempus post commissum delictum, seù homicidium: nam ob longum tempus facilè inducitur obliuio. Crauett. cons. 171. n. 9. vers. quaesito itaque. latè Ruyn. cons. 10. num. 6. & cons. 2. nu. 10. lib. 2. Ratio est, quia ex cursu, seù tractu tem-
7 poris potest quodamodo variare fidem. l. 3. §. duae autem sunt caustae. ff. de carbu. Edict.
8 cum hominum memoria sit labilis, & de facili non diuturna. l. 2. C. de veter. iur enuclean. Gram. in proprijs terminis cons. 47. num. 14. post alios, quos allegat stante cursu
9 longi temporis. l. si arbiter. ff. de probat. specul. tit. de locat. § 6. Vbi quod de facili po-
10 test quis de praeterito obliuisci de eo, etiam quod ipsemet fecit. Sed vt d. testis euitet
11 poenam falsi, satis est, quod dicat, se in primo examine recordatum non fuisse. Bal. in d. c. 1. §. si enim. tit. quid sit inuestitura, nu. 7. Vulpell. cons. 71. num. 5. Et hac ratione quidem
12 quia obliuio praesumitur etiam in facto proprio post biennium cum memoria sit labilis, & de facili non diuturna (vt dictum est)
13 Ideò rebus sic stantibus non dicitur testis incidisse in aliquam poenam, nec periurus dici potest, licet veritas sit in contrarium. Ità notabiliter scribit Bal. in d. l. 2. §. quod obseruari. Innoc. in c. fin. post med. Vbi iurans ali-
14 quid esse verum iusta credulitate ductus non punitur de periurio, licet veritas sit in con-
15 trarium; quoniam vehemens credulitas habetur pro certitudine. Et d. obliuio potest
16 etiam cadere in quantumcunque bonis, & perfectis viris. Bal. in l. fin. C. de test. Immo
17 d. obliuio non solum annorum, sed etiā mensis

stis de facili cadit in teste. Vt per Fatinac. cõs.
18 44. num. 5. Et eo magis obliuio cadit in teste, quando deponit de re aliqua non gesta; sed solum puta de cognitione alicuius; quoniam
19 nunquam considerari potest Reminiscentia. Riminal. Iun. conf. 213. num. 11. lib. 2. Vbi quod ità omnes DD. loquuntur, refert, & sequitur Additio ad Magon. decis. lucen. 42.
20 in littera B. in fin. Ratio est, quia super non ente non cadit reminiscentia. Et quando testis allegat nouam causam suæ memoriæ, cur potuit nouiter recordari alicuius rei, nemini dubium est, quod non potest dici varius, nec sibi contrarius. Crauett. cons. 75. num. 33. Fœlyn. in c. præterea. col. fin. de test. cogen. Grott. tract. de test. num. 340. in 2. & 5. casu.

SVMMARIVM.

1 *Senex qui habet iuris præsumptionẽ ad sui fauorẽ torqueri non potest.*
2 *Senex habens pro se iuris præsumptionem, dicitur habere intentionem fundatam quod non delinquat.*
3 *Senex sexagenarius censeri debet impotens ad res venereas, vel non suspectus.*
4 *Senex non præsumitur abiecisse iugum Domini fætorem libidinis amplectendo.*
5 *Sene cõsiderata eius ætate cessat omnis suspicio incõtinẽtiæ*
6 *Senex potest retinere in domo mulieres etiam extraneas absque aliqua venerea suspicione.*
7 *Senex sexagenarius tanquam ad generãdum non idoneus lege Pompeia Poppia vxorem ducere non potest.*
8 *Senex sexagenarius verè dicitur senex.*
9 *Seni incipit deficere intellectus quando annum quinquagesimum secundum excedit.*
10 *Senex sicut puer ignorat, quid agat.*
11 *Senex si puerum amat, non est trahendum ad malum.*
12 *Senex mirè delectatur pueris, quarè similis ad summum amorem propensus repuerescere dicitur.*
13 *Inditium vnum innocentiæ quando extat pro Reo, tollit omnia alia inditia etiam indubitata.*
14 *Iudicio nunquam statur vbi possibile est rem aliter se habere, vel esse.*
15 *Inditium vnum tollit aliud.*
16 *Præsumptio vna tollit alias.*
17 *Senex cum habeat præsumptionem naturalem pro se, illa tollit omnem aliam contrariam opinionem.*
18 *Sene inditium quod non committat delictum attenta sene ætate facit, quod torqueri non possit.*
19 *Præsumptiones vbi militant hinc inde, nempè inter Oratiam & Reum, cessat quæstio.*
20 *Senex imprudenter delinquens nullatenus punitur.*
21 *Senex decrepitæ ætatis, si quid impium dixerit, excusatur velut puer.*
22 *Senex delinquens non punitur quando inaduertenter aliquid mali fecit.*
23 *Senex intellectu & sensu caret. & puero æquiparatur.*
24 *Senes, & pueri excusatur à pœna.*
25 *Senibus parcendum est; nè quæstionibus subijciantur.*
26 *Senex amator ad breuius tempus quam adolescens est relegandus.*
27 *Senis ætati, & imprudentiæ in pænalibus succurrẽdũ est.*

DISCEPTATIO CLXXVII.

De Sene.

1 SEni non potest infligi tortura, cum habeat in sui fauorem iuris præsumptionem. l. si de talibus. Vbi expressè tenet Bal.
2 ff. de fid. instrum. Et cum habeat iuris præsumptionem pro se, dicitur habere eius intentionem fundatam, idest quod non delinquat. l. generaliter. § si petitum. in fin. ff. si fideicom. libert. Dec. cons. 400. vol. 3. vers. & ratio manifesta. Cæphal. post alios, quos allegat cons. 4. num. 32. & maximè quod non delin-
3 quat in rebus venereis: Nam senex sexagenarius censeri debet impotens ad res vene-
4 reas, vel ad minus non suspectus, Tum quia non præsumitur abiecisse iugum Domini Fœtorem libidinis amplectendo. Ait Text. in
5 c. cum iuuentute. de præsumpt. Tum etiam quia considerata eius ætate cessat omnis suspicio incontinentiæ. c. ad apostolicam. de
6 conuers. coniugat. Vnde potest retinere in domo mulieres etiam extraneas absque aliqua venerea suspicione. Abb. c. 1. de cohabit.
7 cler. & mulier. Et idcò l. Pompeia Poppia constitutum fuit sexagenarium tanquam ad generandum, minimè idoneum vxorem ducere non posse. l. si pater. § vlt. de adopt.
8 Quarè qui est sexagenarius, verè dicitur senex. scripsit Gram. decis. 34. nu. 4. post Glos. c. 1. de celebrat. missarum. Tiraquel. de pœn temperan. aut minuer. caus. 8. num. 3. quam-
9 uis ipsi intellectus deficere incipiat, quando annum quinquagesimum secundum excedit. Aristot. in Politicis, quem refert Menoch.
10 cons. 72. num. 183. lib. 1. Et sicut puer ignorat, quid agat. l. 1. § infans. C. de fals. monet.
11 Itaque dicendum est, quod si senex amat aliquem puerum, non est trahẽdum ad malum;
12 nanque senex mirè delectatur pueris, quarè similis ad summum amorem propensus, & repuerescere dicitur ex Luciani sententia in
13 saturnalibus, quasi iterum in pueritiam reuersus. Quæ cum ita sint, dicitur, quod vbi pro Reo extat vnum innocentiæ inditium, & tollit omnia inditia, quamuis indubitata. Ias. l. fin. in fin C. commun. de legat. l. Diuus, & ibi Bart. ff. de in integr. restit. Hinc est, quod vbi possibile est, rem aliter se habere, vel esse, nunquã statur iudicio. Jacob. Butr. l. fin. C. de

pro-

probat Castr. cõs. 273. col. 1. vol. 1. soc. cons.
15 8. col. 3. vol. 1. Et vnum indicium tollit aliud.
16 d. l. Diuus. & ibi idem Bart. Et vna præ-
sumptio tollit alias, c. tuam, & ibi Glos. de
sponsa. Vlterius dicitur, quod cum senex
17 habeat pariter præsumptionem naturalem
pro se, illa tollit omnem aliam contrariam
opinionem. Bal. l. cum qui. C. de Episc. &
18 Cler. Et indicium, quod non committat de-
lictum attenta senectute, facit, quod torqueri
non possit. Alex. cons. 180. col. 3. num. 20.
Boer. decis. 165. in fin. Vbi attestatur de cõ-
muni opinione, & ità pluries fuisse iudicatũ.
19 Et vbi hinc inde, nempè inter Curiam, &
Reum militant præsumptiones, cessat quæ-
20 stio. Immo senex imprudenter delinquens
nullatenus punitur. Gand. tit. de pœn. reorũ
post numerum 30. vers. Item in sene, quem
refert, & sequitur Farinac. tit. de pœn. tempe-
21 ran. q. 82. num. 28. Quinimò senex decrepitè
ætatis si quid impium dixerit, excusatur velut
puer, cum debilitate nimia confectus sit. Vt
Cassiodorus lib. de anima. c. tanta nequitia
86. distin. l. si quis ingrauescente § ignoscitur.
ff. ad Sillan. Simanc. Enchirid. tit. 47. De
Defensio. num. 12. Nec est nouum, quod
senex Delinquens non puniatur, quãdo ina-
22 duertenter aliquid mali facit: Ratio est, quia
intellectu, & sensu caret, & puero æquipara-
tur iuxta illud Plauti in Mercatore. Senex
qui exemplo est, nec sentit, nec sapit. Plato
lib. 1. de Republ. & lib. 1. de legib. refert di-
23 ctum Grecorum Bis pueri senes post alios
concordantes, quos refert, Tiraquell. tract. de
pœn. legum &c. causa 8. Et ob id excusan-
24 tur à pœna ità senes, & pueri. Et clarè proba-
tur in l. si quis in graui. §. ignoscatur. ff. de
25 his, quib. ut indign. Vbi Vulpianus censuit,
senibus parcendum esse; nè teneantur pœna
illius senat. consulti, nè questionibus subij-
ciantur. Vt in l. 2. ff. de termino moto. Vbi se-
26 nem amatorem ad breuius tempus, quam
adolescentem relegandum esse. Ob id scribit
Paul. I. C. in l. ferè. in omnibus. ff. de reg.
27 iur. In pœnalibus iudicijs etiam ætati, & in-
prudentiæ succurrendum est ob eorum de-
crepitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Solitus delinquere quod quis sit, sub isto prætextu tantum,*
non potest torqueri.
2 *Solitus delinquere quis dici non potest, qui semel tantum*
deliquit.
3 *Solitus delinquere vt quis dici possit, necesse est, vt bis*
deliquerit ante vltimum prætensum delictum.
4 *Solitus delinquere quis non dicitur nisi in processu appa-*
reat ipsum fuisse alias cõdẽnatũ in eodẽ genere delicti.
5 *Solitus delinquere vt quis dicatur debet esse in eodem ge-*
nere mali.
6 *Solitus delinquere ille dicitur, qui per tres vices deli-*
quit.
7 *Delinquentem semel tanquam solitum punire absurdum*
est.
8 *Solitum delinquere si à tribus annis citra appareat, non*
deliquisse, mala eius fama purgata censetur.
9 *Solitum delinquere si à tribus annis citra appareat non*
deliquisse, cessat illa præsumptio semel malus semper
præsumitur malus &c.
10 *Solitus delinquere quando non apparet aliàs v. g. com-*
misisse falsum, ex aduersis delictis non potest inferri ad
istud falsi ità vt subiciatur torturæ.
11 *Malus semel ad hoc vt semper præsumatur, intelligitur in*
eadem qualitate delicti.
12 *Malus semper quis dici non potest, quando non est malus*
in eadem qualitate delicti.
13 *Exemplo non est iudicandum.*
14 *Similibus non est iudicandum, cum diuersi sunt termini.*
15 *Ex diuersis argumentari non licet.*
16 *Malus quando per triennium stetit, quod non commisit*
delictum & benè, & laudabiliter vixit, cessat illa præ-
sumptio, quod semel malus semper præsumitur malus.

DISSCEPTATIO CLXXIII.

De Reo solito delinquere

1 INquisito, sub prætextu tantum quod sit
solitus delinquere non potest infligi
tortura. Vt post multos, quos allegat, osten-
dit Mar. in pract. §. diligenter. num. 39.
nec dissentit Blanc. de indit. num. 246. cum
2 pluribus seqq. Et solitus delinquere quis di-
ci non potest, quando semel tãtum deliquit;
3 quia necesse est, quod bis deliquerit ante vl-
timum pretensum delictum. Bal. in l. 3. nu. 5.
4 C. de Epis. Aufert. Immo solitus delinquere
quis non dicitur, quando in processu non
apparet, ipsum fuisse aliàs condemnatum in
eodem genere delicti. Vt per Alex. cons. 5. n.
5 3. lib. 1. Natt. cons. 42. num. 6. Et propterea
debet esse in eodem genere delicti. Vt per
plura iura ostendit Natt. cons. 59. num. 18.
6 Quinimo solitus delinquere dicitur ille, qui
per tres vices deliquit: luc. de Penna in l.
1. C. de super exact. lib. 10. Alioquin quid
7 absurdius, quam punire semel delinquen-
tem tanquam solitum? Ità Bal. in l. 3.
numer. 5. C. de Episc. & Cler. in vlt. notab.
dum dicit, quod qui fecit duo furta dici-
tur consuetus furari, & pro tertio furto

mit-

mittitur ad furcas. Cæterum si d. solitum delinquere à tribus annis citrà appareat non commisisse delictum, non solum eius mala fama censetur purgata. Ias. in l. si prius. col. 143. ff. de no. op. nunciat. Rom. cons. 236.
9 col. 3. Nouell. in tract. ad defens. car. 67. num. 106. Sed etiam cessat illa præsumptio, quod semel malus sēper præsumitur malus; Nanq. d. præsumptio procedit in eo, qui apparet, quod fuit malus in eodem genere mali. Bart. & alij in l. Cassius. ff. de Senat. Bal. in. l. fin. ff.
10 de hered. instit. Vnde quando non apparet, inquisitum aliàs comisisse v. g. falsum, non potest ex aduersis delictis inferri ad istud fal si ità vt subijciatur torturæ. Alex. in terminis cons. 5. lib. 1. sequitur Natt. d. cons. 42. nu. 5.
11 Ratio est, quia d. Regula semel malus semper præsumitur malus, intelligitur in eadem
12 qualitate delicti: Et quando non sumus in eadem qualitate delicti, non intrat d. Regula. Bal. in l. fin. ff. de hæred. instit. Gram. decis. 25. num. 7. Nec est verum quod Argumentum à simili, licet non sit omninò simile, sit vali-
13 dum; quoniam ex exemplis non est iudicādum, nec similibus; cum diuersi admodum sint termini, tale argumentum facile prosternitur vna adducta similitudine. not. in c. trā-
14 slato. de constit. Et ex diuersis argumentari
15 non licet. l. vlt. C. de calumniat. cum similibus. Immo dicitur, quod malus, quando per
16 triennium stetit, quod non commisit delictum, & benè, & laudabiliter vixit, cessat d. præsumptio, quod semel malus, item præsumitur malus. Text. est in §. Sancimus. verb. nequaquam & ibi Angel. in Authen. de Monach. ibi triennalis termini testimonium. col. 1. Rom. cons. 263. nu. 5. seq & ibi Mandos. in Addit. letera. Et Corlett. sign. in verb. præsumptio. 1. Ias. in Rubr. de iust. & iur. num. 7. Boer. in Addit ad Dyn. in Reg. semel. de reg. iur. in sexto Curt. Iun. in l. vnica. num. 36. C. de prohib. seq. pec. Alciat. reg. 2. presumpt. 7. num. 3. Cason. cons. 60. in c. Quidam Prior. num. 4. Dec. cons. 163. nu. 2. Foller. in pract. crim. vers. Item quod sororem venenauit. nu. 28. vers. quia probatur ex aduerso. Rolan. cons. 63. num. 12. seq. lib. 3. & cons. 11. num. 35. seq. eo. vol. & cons. 64. n. 36. lib. 2. Blanc. in pract. crim. in fin. nu. 14. cautela. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222. num. 22. Vbi plures adducit cōcordantes. Et cōclus. 1003. num. 41. lib. 2. & conclus. 465. num. 10. seq. lib. 1. Menoch. in suo tract. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 105. lib. 5. præsumpt. 32. num. 30. Ludou. Peguer. decis. crim. 17. num. 14. seq. Hieron. Laurent. decis. Auinionen. 1. num. 13. Vbi probat hanc limitationem. minimè probari in d. § Sancimus; sed pro ea allegat Text. in l. Imperialis. C. de nupt. & in c. ferrum. 50. distin. Farinac. q. 23. nu. 26.

SVMMARIVM.

1 *Spurius, cum sit infamis infamia facti non admittitur in testem.*

2 *Iuramentum suppletorium probationis non defertur probanti per vnum testem illegitimè natum.*

DISCEPTATIO CLXXIV.

De Spurio.

1 SPurij dictum, seù depositio non sufficit ad torturam contra Inquisitum; quoniam Spurius, cum sit infamis infamia facti non admittitur in testem. Crott. post alios, quos allegat tract. de test. num. 165. seqq. Fa-
2 rinac. q. 56. num. 401. Hinc infertur, quod probanti per vnum testem illegitimè natum, non defertur iuramentum suppletorium probationis. Rom. l. admonendi ff. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Tabernarius, seù hospes, cum sit de genere predonum, lex malè sentit de ipso*

2 *Tabernarius, seù hospes tanquam infamis à testificando repellitur.*

DISSCEPTATIO CLXXV.

De Tabornario, seù Hospite.

1 TAbernarij, seù hospitis depositio nō sufficit ad torquendum Inquisitum; tum quia continuò bibit, & commedit; tum etiā quia, cum sit furacissimum genus hominum, sit ù de genere predonū. l. 1. § 1. ff. naut. caup. stabul. lex malè sentit de ipso. Vt ait Clar. § furtum. vers. pro complero. Alex. in l. 1. in fin. C. de eden. Mascard. de probat. conclus. 1356.
2 nu. 28. Et ideò tanquam infamis à testificando repellitur. Rolan. cons. 34. num. 5. lib. 2. Nepos de Monte Albano tract. de test. nu. 18. Vbi in argumentum allegat Text. in l. humilem. C. de incert. nupt.

S SVM-

SVMMARIVM.

1 *Temerario non infligitur tortura.*
2 *Temeritati in totum parcitur, quamvis sit commissa in Principem seu superiorem*
3 *Temeritas in criminalibus non punitur.*

DISCEPTATIO CLXXVI.

De Temerario.

1 Temerario nõ potest infligi tortura, quoniam temeritati in totum parcitur. c. si quis pœnituit. §. totandum in fin. 2. q. 3. l. famosi. vers. quanquam. ff. ad l. Iul. maiest. Vbi
2 loquitur, quando temeritas committitur immediatè contra Principem, seu superiorem. Idq; eo magis dici debet de temeritate commissa in priuatā personam. Auth. multo magis. C. de Sacrosanct. Eccles. Et ideo temeri-
3 tas in criminalibus non punitur. l. 1. §. queri possit. ff. ad Turpill. que lex est canonizata in c. fin. § si autem interloquendo, 2. q. 3. Innoc. in c. in princ. de maled. Menoch. cons. 145. n. 13. post alios, quos allegat cons. 46. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium factum contra aliquem parit inimicitiam capitalem.*
2 *Testis, qui vna vice se examinauit contra aliquem, alia vice contra eundem nõ potest se examinare, quia præsumitur eius inimicus.*

DISCEPTATIO CLXXVII.

De Teste, contra quem alias Inquisitus se examinauit.

1 Ad depositionem testis contra quẽ Inquisitus alias se examinauit, d. Inquisito non potest infligi tortura; quoniam ex tali testimonio contracta fuit inimicitia capitalis. Farinac. q. 53. num. 47. seq. vsq; ad numerum 50. prout non potest infligi tortura alicui in vna causa criminali ad depositionẽ Inquisiti contra quem in alia causa criminali d. Inquisitus testificatus est; quoniam ex primò testimonio præsumitur eius inimicus; sed intelligitur, quando spontè se obtulit examini; secus si coactus. Verum in omni casu non potest dici testis omni exceptione maior. Farinac. q. 53. num. 47. seq.

SVMMARIVM.

1 *Testis suspectus de eodem crimine, quo laborat Inquisitus ad testificandum non admittitur.*
2 *Testis suspectus de eodem crimine modica exceptione vitiatur.*

DISCEPTATIO CLXXVIII.

De Teste suspecto de eodem crimine, quo laborat Inquisitus.

1 Inquisito non potest infligi tortura ad dictum testis, qui est suspectus de eodem crimine, quo laborat ipse Inquisitus; quoniam ad testificandum non admittitur. Glos. in l. 3. §. lege. Iulia. ff. de test. Spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod accusatus. sub num. 90.
2 Et quando testis est suspectus de eodem crimine, vt sunt famuli &c. modica exceptione vitiatur. Ruyn. cons. 149. nu. 30. vol. 2. Natt. cons. 315. num. 10. seq.

SVMMARIVM.

1 *Testis amicus inimici mei non est omni exceptione maior.*
2 *Testis amicus inimici mei reputatur inimicus meus.*
3 *Amicitia diminuit testem de fide, & facit, vt non sit omni exceptione maior.*

DISCEPTATIO. CLXXIX.

De Teste amico inimici mei.

1 Inquisito ad dictum testis, qui sit valdè amicus, socius, vel domesticus, aut cõfederatus inimici eius, non infligitur tortura, quia non est omni exceptione maior. Farinac. q. 53. num. 37. seqq. Et ideò à testimonio re-
2 pellitur; nam ipse quoq; reputatur inimicus eius. Glos. in l. 1. § cum patronus. in verb. cũ inimicus. ff. de offic. Præfect. Vrb. Bart. in l. sciendum. §. 1. ff. de legatio. Cyn. & Bal. in l. si quis. C. de test. Farinac. d. q. num. 36. Ratio
3 est. quia testis amicus inimici mei, qui quotidie mecum commedit, & conuersatur in domo repellitur; nam amicitia diminuit testem de fide, & facit, vt non sit omni exceptione maior. Bos. tit. de opposit. contra test. num. 102. in princ. Vbi de comuni.

SVMMARIVM.

1 *Testi propter solam affectionem in causa nulla adhibetur fides.*

2 *Testis*

2 Testis propter solam affectionem in causa, etiam in exceptis à testificando repellitur.
3 Testis, quando agitur de annexa commoditate, puta de iurisditione, de pascuis, de pecunijs, & similibus à testificando repellitur.
4 Vniuersitas quando pascua prætendit, testes de d. Vniuersitate à testificando reppelluntur.
5 Testis affectionis ratione, nempè quod est filius, frater &c. repellitur.
6 Affectionis, & familiaritatis exceptiones ad reppellendum testem à iure inter principales inhabilitates connumerantur.

DISCEPTATIO CLXXX.

De Teste habente magnam affectionem in causa.

1 TEstis dictum, qui habet magnam affectionem in causa non sufficit ad torquendum Inquisitum; nanq; propter solam affectionem non solum ei non creditur, idest quando v.g. dicit se gerere negocia alicuius, vel esse amicũ l. 10. ff. de test. Bart. in l. omnibus. C. de test. Clar. in pract. q. 32. in princ.
2 Sed etiam in criminalibus omnino a testificando repellitur. Farinac: q. 60. num. 29. etiam in criminibus exceptis. num. 30. etiam
3 quando agitur de annexa commoditate puta de iurisditione, de pascuis, de pecunijs, &
4 similibus. Vbi quis, vel vniuersitas ea pretendit, cum alibi supradicta commodè habere non possit. Scripsit. Bal. viden. c. cum nũcius. ante numerum primum quem refert, & sequitur Foelyn. c. insuper. nu. 5. Coepol. tract.
5 de seruit. iur: pascen. sub. num. 18. Item repellitur quoq; ratione affectionis, nempè quando est filius, frater &c. quæ affectio valde
2 consideratur in teste. l. parentes. C. de test. spec. tit. de test §. 1. Et huiusmodi exceptiones affectionis, & familiaritatis ad repellendum testẽ à iure inter principales connumerantur inhabilitates. Farinac. q. 55. nu. 57.

SVMMARIVM.

1 Testis deponens ex obrupto absq; aliqua Iudicis interogatione contra aliquem præsumitur suspectus.

DISCEPTATIO CLXXXI.

De Teste deponente ex obrupto absq; Iudicis Interogatione.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito ad dictum testis, qui contra ipsum ex obrupto absq; aliqua Iudicis interogatione deposuit, quia præsumitur suspectus. Ruyn. cons. 146. num. 1. vol. 5. Gram. cons. 66. nu. 1. in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 Testis instructus à parte, seù ab Aduocato nihil probat.
2 Testis instructus, & suspectus presumitur eo ipso, quod ante examen allocutus fuerit partem.

DISCEPTATIO CLXXXII.

De Teste instructo à parte.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito ad depositionem testis, qui fuerit instructus à parte, seù ab Aduocato, quoniam talis testis nihil probat. Farinac. q. 67. nu. 284. & maximè si pars, seù Aduocatus ei schedulam dederit Bois. tit. de opposit. contra test. num. 31. & 50. Et instructus, & suspectus, præsumitur, eo ipso quod ante examen allocutus fuerit partem. Farinac. q. 67. n. 285.

SVMMARIVM.

1 Testis habens interesse cum inquisito non est idoneus.
2 Particeps in Societate non probat.
3 Testis tractans, seù deponens pro eius interesse omninò repellitur.
4 Testis interessatus in aliqua causa nullum facit inditium.
5 Testis quoquo modo habens interesse in causa dicitur deponere in causa propria.

DISCEPTATIO CLXXXIII.

De Teste habente interesse cum Inquisito.

1 NOn potest infligi tortura Inquisito ad depositionem testis, qui cum ipso habeat interesse v. g. in fundico, vel in aliquo alio negotio, quoniam d. testis non est idoneus. l. quoniam. Vbi not. C. de test. Dec.
2 Genue. cons. 71. nu. 9. Vbi quod particeps
3 in Societate non probat. Et testis tractans, seù deponens pro eius commodo, & interesse omninò repellitur. Bal. in l. dicentibus. nu. 3 C. de test. Bois. tit. de opposit. contra test. num. 45. Quod maximè procedit in criminalibus ad condemnandum. Crauett. cons. 6. num. 102. & cons. 63 num. 4. Immò testis
5 interessatus in eadem causa nullum facit inditium. Dec. cons. 56. nu. 4. Crauett. cons. 37. num. 30. Odofred. l. omnibus. C. de test l. nul-
5 lus. ff. eo. tit. Ratio est quia testis habẽs quoquo modo interesse in causa, dicitur depo-

S 2 nere

nere in causa propria.l.1.§.in propria causa. ff.quomodo appellandum sit.Bart.in l.deferre §.idem decreuerunt.num.2.ff.de iur. Fisc. Curt.tract.de test.conclus.38.num.81. Crauett.cons.99.num.1.seq.Bal.in l.distantibus. num 4.C.de testam. Claud. ad Bertaz.cons. 236. littera. C. Vbi testatur de communi. Quod maximè procedit in criminalibus. Crauett.d.cons.6.nu.102.& cons.73.nu.34.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens per eundem, præmeditatumq; sermonem suspectus est quod ante coniurauerit.*

2 *Testis deponens per eundem premeditatumq; sermonem suspectus est de falso.*

DISCEPTATIO CLXXXIV.

De Teste deponente per eundem, premeditatumq; sermonem.

1 TEstis deponens cum alijs per eundem, premeditatumq; sermonem nullũ contra Inquisitum ad torturam facit inditium; quoniam perhibens eisdem verbis testimonium suspectus est, quod antea coniurauerit l.3 §.1.ff.de test.Dec.cons.627. Paris. cons. 55.lib.4 Farinac.cons.5. num. 63. & in Addit.littera B.Oldrad.cons.210.col.2.Bal cōs. 455.lib.4. Crauett. cons.78. in fin. Boss. de
2 opposit.contra test.nu 24. Immo suspectus est de falso, quia videri potest ad perhibendum eisdem verbis testimonium antea coniurasse. Ob eamq; rem Theologi,& Iurisperiti eam suspicionem dignam esse notatione docent. Christo. homil. in Mattheum & illic.Theophilactus.in fin.exordij. Thom.2. 2.q.70.Dec.cons 627.Simanc.Enchirid. tit. 35.de test.num 33.

SVMMARIVM.

1 *Artifex mecchanicam artem exercens à testificando repellitur.*

DISCEPTATIO CLXXXV.

De Artefice mecchanicam artem exercente.

TOrtura non potest infligi Inquisito ad dictum Artificis mecchanicam artem exercentis, quia in criminalibus talis testis repellitur.Farinac.cons.78.num.9.

SVMMARIVM.

1 *Testis tractans de se excülpando, & alium inculpando nullam fidem facit nec in testem admittitur.*

2 *Testis deponens pro sua exoneratione nec in occultis, nec cum tortura probat.*

3 *Testis reprobatur factum proprium in depositione habens crimen admixtum cum alio.*

4 *Tortura proprij interesse vitium non suplet.*

5 *Testis tractans de suo vituperio euitando, & de bona fama acquirenda non probat.*

DISCEPTATIO. CLXXXVI.

De Teste qui tractat de se exculpando.

1 TEstis,qui tractat de se exculpando, seù exonerando,& alium inculpando,cōtra alium nullum ad torturam facit inditium; quoniam fidem non mæretur. Alex. cons.128.in 4.Fulgos.cons.173. Marf. Rubr.ad l Cornel.de Sycar.in pract.§.diligenter.num.39 Vulpell.cons.34.nu.3.nec etiam admittitur in testem.Alber.tract. de test.c.4. num.15.Viui.communi opin.in verb. Testi
2 deponenti pro sua exoneratione. Vbi de cōmuni testatur; Sed etiam nihil probat etiam in occultis,& in tortura; quia dicitur deponere in causa propria.l.nullus.& ibi Alber.ff. de test.Bart.in l.deferre.ff.de iur.fisci. Abb.c. insuper.num.8.de test.Guid.Papa cons.133. col.2.Paris.cons.15.n.29.vol.2. Aym.cons.
3 99.num.2.cons.110. num. 12. Gram.cons. 35.nec etiā in occultis. Decis.Pedamon. 79. num.42. Vbi semper reprobatur testis factũ proprium in depositione habens crimen admixtum cum alio. Aym. cons. 73. num.37. Menoch.casu 99.nu.6. Farinac.cons. 60. nu.
4 54. Etiamsi attestaretur cum tortura, quæ licet omnem quasi defectum purget; proprij tamen interesse vitium non suplet. Vt tradit. Boss. tit. de Inquisit.num.52. Tiraquell. de
5 pœn.remitten.casu 51.num.65. Immo testis tractans de suo vituperio, & damno euitando, & de bona fama, & honore acquirendo nihil probat. Alex. cons. 86.num. 9. vol. 2. Ruyn.cons.153.num.12. vol.1. per Text.in l.omnibus.C.de test.

SVMMARIVM.

1 *Testis allegans mortuum in testem contra aliquem minus vera dixisse censetur.*

D I.

DISCEPTATIO CLXXXVII.

De Teste mortuum contra aliquem allegante.

1 TOrtura non potest infligi Inquisito ad dictum testis, qui contra ipsum mortuum in testem allegat; quia talis testis minus vera dixisse censetur. Ad tradit. per Aym. cõs. 28. num. 7. Neuiz. cons. 8. num. 62. cons. 27. num. 15. Menoch. de arbitrar. qq. lib. 2. casu 187. num. 44. Decis. Pedam. 117. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicens se multa dixisse contra veritatem vi tormentorum non attenditur.*
2 *Protestatio de mentiendo vi tormentorum attendi debet.*
3 *Tormenta plerunq; cogunt ad mentiendum.*

DISCEPTATIO CLXXXVIII.

De Teste dicente multa dixisse contra veritatem.

1 INquisito ad depositionem testis, qui in tortura dixit, se multa dixisse contra veritatem, non potest infligi tortura; quoniam hac eius declaratione, seù protestatione animi sui dicendum est, se vi tormentorum contra veritatem ipsum nominasse. Tradit. Bart. l. non solum §. morte. in materia protestationis declaratoriæ. Et in l. pupill. §. si quis Prętori. ff. de no. op. nunciat.
2 Quæ protestatio, seù declaratio de mentiendo vi, seù formidine tormentorum eo magis attendi debet; quoniam experientia docet, & iure quoq; cautum est, tormenta plerunq; cogere ad mẽtiendum. l. 1. §. in causa. ff. de quæst. Vbi ait Vulpian. torturam esse rem fragilem, & periculosam, & quæ veritatem fallat; cum alij sint tanta impatientia, vt in alios mentiri, quam pati tormenta velint.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens de certa scientia tenetur reddere rationem in d. causa scientiæ*
2 *Ratio bona sicut iustificat dictum testis, sic mala elidit.*
3 *In Scientiæ causa stat effectus.*
4 *Testis dictum à ratione pendet.*

DISCEPTATIO. CLXXXIX.

De Teste Deponente de certa scientia.

1 NOn est torquendus Inquisitus ad dictum testis deponentis de certa scientia delicti, nisi reddat rationem, prout reddere tenetur, in causa scientiæ: nam sicut
2 bona ratio iustificat dictum testis, sic mala elidit; quia in causa scientiæ stat effectus.
3 Bal. in l. 1. ff. si cert. pet. Bart. & alij in l. si seruus legatus. §. quis quis. de legat. primò
4 Alex. cons. 120. num. 6. lib. 5. Vbi quod dictum testis à ratione pendet.

SVMMARIVM.

1 *Testis de vna Ciuitate non plenè probat contra alium de alia Ciuitate, quando adest differentia inter dd. Ciuitates*
2 *Delictũ probari debet per testes fide dignos, & honestos.*

DISCEPTATIO CXC.

De Teste de vna Ciuitate deponente contra alium de alia Ciuitate.

TEsti de vna Ciuitate non est infligenda Tortura ad depositiones testium de
1 alia Ciuitate, quando adest differentia inter dd. Ciuitates, puta confinium; quoniam non plenè probant; nanq; delictum probari de-
2 bet per testes fide dignos, & honestos; non autem per suspectos, & maleuolos. Tradit. Brun. cons. 115. num. 45. tom. 2. inter cons. crim. diuers.

SVMMARIVM.

1 *Testi dicenti se Iudicem corrupisse non creditur, quia tractat de se exonerando.*
2 *Testi dicenti se Iudicem corrupisse non creditur, quia est Socius criminis*
3 *Corruptela debet probari per testes omni exceptione maiores.*

DISSCEPTATIO CXCI.

De Teste dicente se Iudicem corrupisse.

1 IVdici non potest infligi tortura ad dictum testis dicentis se ipsum corrupisse, & ad eum pecuniam detulisse; non solum quia
2 tractat de se exonerando; Sed etiam quia dicitur socius criminis. Bols. tit. de opposit. cõtra test. num. 58. nam testis ad corruptelam

probandam debet esse omni exceptione maior;quia lex multum præsumit de officiali. Gram. viden. cons. 35. num. 38.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis etiam in exceptis nullum contra consocium facit inditium sine alijs indiijs.*

2 *Socij criminis nominatio cum talibus inditijs sufficit ad inquirendum tantum.*

3 *Moribundus in alterius præiudicium non præsumitur dicere verum etiam quod in suo dicto perseuerauerit vsq; ad mortem.*

4 *Socij criminis nominatio, vt faciat aliquam fidem, opus est vt fuerit confirmata in tortura.*

5 *Socius criminis ex proprio delicto efficitur infamis.*

6 *Infamia in criminalibus non purgatur per torturam.*

7 *Infamia facti tollitur per solum Deum.*

8 *Socij criminis nominatio facta in tortura nihil operatur.*

9 *Socius criminis vti criminosus, & infamis nullum contra consocium parit inditium.*

10 *Socio criminis, quia est testis in causa propria, non creditur.*

11 *Accusator, & testis quando facit se socium criminis tanquam infamis ad accusandum non admittitur.*

12 *Mulieres a testificando repelluntur.*

13 *Mulieres quando sunt malæ, seù culpatæ vitæ non attenduntur*

14 *Mulieres quando deponunt turpitudinem suã, non sunt audiendæ.*

15 *Præsumptiones etiam violentissimæ, nempè solus cum sola nudus cum nuda non sufficiunt ad torturam.*

16 *Adulterium non probatur præsumptionibus etiam violentissimis.*

17 *Actus publicè factus caret omni suspicione mali.*

18 *Præsumptionibus non probatur illud delictum, quod consistit in facto.*

19 *Factum non præsumitur, sed per testes probari debet.*

20 *Ex præsumptionibus Iudex bonus, & christianus torquere, seù condemnare non debet.*

21 *Præsumptiones sufficiunt ad pœnam pecuniariam tantũ.*

22 *Testes ad probandum delictum requiruntur omni exceptione maiores.*

23 *Testes sicut ad probandum requiruntur omni exceptione maiores sic etiam ad torquendum.*

24 *Tortura antequam infligatur, liquidè constare debet de facti veritate.*

25 *Tortura non datur ad liquidandum factum, sed personã.*

26 *Præsumptiones* \
27 *Verisimilitudines* \
28 *Coniecturæ* \
29 *Inditia.* \
} *sufficiunt solum ad torquendum seù condemnandum, quando lex expressè disponit ea haberi loco probationis.*

30 *Præsumptiones* \
31 *Verisimilitudines* \
32 *Coniecturæ &* \
33 *Inditia* \
} *probant solum delictum in genere, id est ad inquirendum; & non in specie, idest contra personam Inquisiti; cum ad torquendum, & condemnãdum requirantur testes omni exceptione maiores.*

34 *Inditia non sufficiunt ad torquendum, seù condemnandum, quia requiruntur testes omni exceptiones maiores.*

35 *Inditium non est probatio, sed est signum alicuius maleficij commissi ad veritatem habendam.*

36 *Inditium est adminiculum demostratorium ad veritatem indicandam.*

37 *Inditium est minus quam semiplena probatio.*

38 *Tortura, vt infligi possit, requirit ad minus semiplenam probationem.*

39 *Tortura non potest inferri per semiplenam probationem, nisi sit confirmata alijs adminiculis*

40 *Probatio semiplena est præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum.*

41 *Inditium est minima præsumptio hominis boni, seù distans argumentum a specie veræ probationis.*

42 *Inditium est pars probationis.*

43 *Inditium non est pars probationis, sed est species ipsius.*

44 *Signum indicat, sed non probat identitatem facti.*

45 *Perfectum non potest oriri ex imperfecto.*

46 *Pœna pecuniaria quando venit imponenda, non potest infligi tortura.*

47 *Præsumptio est minus quam inditium.*

48 *Crimen quanto est grauius & atrocius; tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores.*

49 *Criminis atrocitas, & probationis difficultas facere non possunt, vt sine legitimis probationibus Reus torqueri possit.*

50 *Præsumptiones in nullo casu sufficiunt ad torturam, seù condemnationẽ in pœnam aliquam nisi in casu, in quo lex ipsa presumit.*

51 *Inditium, quando non adest præsumptio iuris & de iure, non oritur adeò indubitatum, quin quandam sollicitã recipiat dubitationem.*

52 *Inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*

53 *Inditia indubitata debent esse talia, quod non solum nullã habeant difficultatem etiam minimam, sed opus est vt crimen tangant, vt sufficiant ad torturam.*

54 *Testis vnus de visu non sufficit ad torturam nisi tria copulatiuè concurrant.*

55 *Testis vnicus debet esse omni exceptione maior.*

56 *Testis vt sufficiat ad torturam, debet deponere super maleficio directè, non autem super inditio ad maleficium.*

57 *Testis vnicus non sufficit ad torturam, nisi alia concurrant adminicula.*

58 *Oculus* \
59 *Manus* \
} *sepè falluntur.*

60 *Inditia singula sunt plenè probanda per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos. Ac etiam circumstantiæ delicti sunt planè probandæ.*

61 *Inditia leuia sufficiunt ad probandum quem hæreticum, quando sunt plenè probata.*

62 *Sodomiæ* \
63 *Stupri* \
} *crimen non erit delictum in propria specie, si semen agentis non fuit immissum in anum patientis, vel saltim membrum intus anum impositum.*

66 *Qualitas aggrauans delictum debet constare in actis per testes idoneos.*

67 *Testis in sua depositione necessariò, & non præsumptiuè concludere debet.*

68 *Testis non concludens nec inditium facit ad inquirendum.*

69 *Testis*

69 *Testis deponens de certa scientia delicti tenetur reddere rationem in causa scientiæ.*
70 *Ratio bona iustificat dictum testis.*
71 *Ratio mala elidit dictum testis.*
72 *Testis dictum à ratione pendet.*
73 *Testis debet deponere super delicto per vnum ex quinque sensibus.*
74 *Tortura non potest infligi alicui, nisi inditia sint legitimè probata.*
75 *Testium munus non est iudicare, sed quod oculis vidit testimonium ferre.*
76 *Testi affirmanti, quod vere scire nō potest nō est credēdū.*
77 *Testis debet deponere de facto consumato quia non sufficit deponere de circumstantijs, vel inditijs remotis.*
78 *Testis deponens super circumstantijs delicti. & non super delicto nullum ad torturam facit inditium.*
79 *Testis quando non deposuit de facto consumato non erit in propria specie sodomia sed quædam extraordinaria, & turpis pollutio.*
80 *Pollutio quamuis probata per testes omni exceptione maiores pœna extraordinaria punitur.*
81 *Pœna extraordinaria debet intelligi de pecuniaria, non de corporali.*
82 *Pœna extraordinaria succedit loco pœnæ, & proprie pene*
83 *Attentatum pœnam extraordinariam exigit.*
84 *Sodomiæ.* } *crimen, vt puniri possit, requirit consu-*
85 *stupri.* } *mationem actus non sufficit attentatio.*
86 *Crimine atrocissimo non sufficit actus imperfectus, & non consumatus.*
87 *Pœna corporalis requirit actum consumatum.*
88 *Pœna. quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consumato.*
89 *Attentatum & non consumatum nulla pœna punitur.*
90 *Delictum. quando non perficitur, eo quia quis non vult, cessat pœna.*
91 *Delictum non consumatū est incōsiderabile, & impunibile.*
92 *Delictum si non fuit consumatum eo quia delinquens voluit, sed benè potuit & tunc per eum stetit non punitur.*
93 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus.*
94 *Attentatum, de consuetudine totius Italiæ non punitur.*
95 *Delictum quod fuerit consumatū per Fiscū probari debet.*
96 *Actus obsceni constare debent.*
97 *Præsumptia illa tam violenta, nempè quod vir fuerit repertus cum muliere per Fiscum probari debet.*
98 *Corpus delicti in coppula carnali est exhibere linteolum, seù camisiam sanguinolentam, seù deturpatam.*
99 *Colloquium secretum* } *ad aures ad inuicem habitum,*
Allocutia secreta. } *seù habita. & si esset plenè probata non facit inditium ad torturam.*
100 *Actus dubius, & æquiuocus non parit inditium ad torturam.*
101 *Actus alicuius ambiguus, & multipliciter intelligibilis in dubio semper bonus sumi debet.*
102 *Locus indecens nullum facit inditium.*
103 *Locus non sāctificat homines, sed homines bene viuentes sanctificant locum.*
104 *Tactus mamillarum* }
105 *Osculum. seù* } *cum verbis lasciuis non faciunt inditium ad torturam.*
106 *Deosculatio.* }
107 *Preludia* }
108 *Attentata.* } *non sufficiunt ad delictum, quia in similibus requiritur consumatio ipsius.*
109 *Preparatoria* }
110 *Osculum, seù* } *quamuis per vim mulieri inferatur, ta-*
111 *Deosculatio* } *men punitur solum pœna extraordinaria*
112 *Prosternens in terram mulierem, seù virginem non debet pœna capitis puniri.*
113 *Oscula &* } *quamuis in puerū minorem coniecturan-*
114 *Amplexus* } *dum est, quod potius licito amore, quam libidine fiant.*
115 *Præludia* }
116 *Presumptiones* } *non probant coppulam carnalem.*
117 *Preparatoria* }
118 *Amplexus, &* } *de per se nō faciūt inditiū ad torturā.*
119 *Deosculatio* }
120 *Actus obsceni capiendi sunt quod licito amore & non libidine facti fuerint.*
121 *Actus indifferens ad amorem, & non amorem, prout etiam ad delictum & non delictum, potius præsumendus est ad bonum, quam ad malum.*
122 *Risus* }
123 *Iocus* } *sunt leuia adminicula, quæ non sufficiunt*
124 *Conuiuia* } *ad torturam.*
125 *Choreæ* }
126 *Actus indifferens ad amorem, & non amorem, & ad delictum, & non delictum quis sit.*
127 *Raptus mulieris vicinæ, seù amicæ non est capiendus ad malum.*
128 *Dependens ab animo iuramento probatur.*
129 *Actus quilibet per duos testes omni exceptione maiores probari debet.*
130 *Conuiuia, seù* }
131 *Commedere* } *non facit inditium ad torturam.*
132 *Conuersatio hominis, & mulieris non facit inditium ad torturam.*
133 *Conuersatio cum malis mulieribus tunc solum parit inditium quando est stricta, continua, seu continuata, non autem interpellata.*
134 *Conuersatio stricta & continua illa dicitur, quæ fuit per duennium continuata.*
135 *Habitare in domo nullum prorsus parit inditium.*
136 *Fama mala Rei per Fiscum probari debet.*
137 *Qualitas personæ multum attenditur in delictis.*
138 *Verisimilitudo facti non sufficit ad torturam.*
139 *Verisimilitudo debet constare per probationes, non per præsumptiones & coniecturas.*
140 *Verisimilitudo debet esse tanto potentior, quanto ipsa tortura auget fidem contrariæ depositionis.*
141 *Similibus non est iudicandum.*
142 *Verisimilitudo non est ipsa veritas, sed est aliquale simile, seù signum, aut demonstratio veritatis.*
143 *Tortura vt infligi possit, debet constare de facti veritate per testes omni exceptione maiores.*
144 *Verisimilitudines sufficiunt ad torquendum, seù condemnandum, quando lex disponit.*
145 *Verisimilitudo dicitur probatio in genere, non autem in specie.*
146 *Probatio delicti vt faciat inditium ad torturam debet esse in specie, non in genere.*
147 *Delictum debet concludenter probari.*
148 *Inditia remota non sufficiunt ad torturam.*
149 *Inditium remotum non probatur per vnum testem quamuis omni exceptione maiorem.*

DI-

DISCEPTATIO CXCII.

De Muliere dicente aliquem ea abusum fuisse venere.

Tortura non potest infligi Inquisito ad nominationem mulieris dicentis ipsum
1 ea abusum fuisse venere; quoniam d.mulier, cum sit socia criminis in delicto sine alijs adminiculis, seù indicijs nec etiam in exceptis contra consocium ad d. torturam facit inditium. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. octauum inditium. num. 27. ad fin. Cram.cons.21.num.6.cons.35.nu.22.in fin. & cons.65.num.1.in fin. & decil.28. n. 11.
2 Verum talis nominatio super delicto cum talibus inditijs sufficit ad inquirēdum tantum, siue ad assumendas informationes. Dec.cons. 18. post numerum 63.lib.1.Ludou. Peguer. decis.crim.5.num.30. vers. & hanc vltimam opinionem. Farinac. q. 43. num. 190. seq.
3 Et d. mulier non facit inditium ad torturam etiam quod in d. nominatione perseuerauerit vsque ad mortem, licet morti proximus, seù moribundus mentiri non præsumatur, & immemor esse salutis æternæ. Text. est in l. fin. C. ad l. Iul. repetund. & in c. sancimus. 1. q. 7. Glos. in l. 1. C. de fall. cau. detec. Bal. cons. 25. vol. 1. & cons. 162. num. 4. in fin. vol. 2. quoniam morti proximus non præsumitur esse S. Ioannes Baptista, vel Euangelista, & sic non semper præsumitur dicere verum in mortis articulo, & maximè quando adest præiudicium tertij. Bart. in l. si quis § si quis moriens. ff. ad Sillan. Menoch. cons. 39. num. 44 & 63. vol. 1. Farinac. q. 43. num. 28. & 30. Et nominatio socij criminis
4 ad hoc vt faciat aliquam fidem, requiritur, vt fuerit confirmata in tortura; cum socius criminis ex proprio delicto fuerit effectus infamis. Clar. §. fin. q. 21. vers. scias etiam.
5 Verum Chass. super cons. Burgund. fol. 44. post numerum 14. & Simanc. de hæres. c. 62. num. 6. contrarium tenent, dicentes, quod nec etiam sufficit quamuis fuerit confirmata in tortura; quibus nimirum ego libenter
6 ascribo: Ratio est, quia infamia in causis criminalibus non purgatur per torturam, sed quidem in ciuilibus. Dec. cons. 189. num. 1. ad fin. cons. 94. num. 17. & cons. 95. num. 15. seq. vol. 4. Vbi attestatur de communi.
7 Honded. cons. 106. num. 29. Nec mirum videri debet, quoniam huiusmodi infamia facti tollitur per solum Deum. Glos. in c. ex tuarum. in verb. absoluas. de purgat. canon.
8 Polyant. in verb. Infamia. Immo nominatio Socij criminis facta in tortura, postquam de se ipso fuit confessus, regulariter nihil operatur, cum potius præsumatur facta, vt liberet se a carceribus, quam quod verum dicat. Dixit Cason. in sua prax. crim. tit. de
9 torment. c. 17. Vitra quod vri criminosus, & infamis nullum parit inditium. l. 3. §. 1. ff. de test. Et maximè quia est quoque testis in causa propria, cui ob id minimè creditur. l. nullus. ff. de test. l. omnibus. C. eo. tit.
10 Quinimo etiam quia non solum est testis in
11 causa propria, Sed etiam quia est accusator, & testis simul; qui quando facit se socium criminis, vt in casu de quo agitur, tanquam infamis ad accusandum non admittitur. d. l. nullus. c. forus. §. in omni. de verb. signif. spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod ipse est testis, & accusator. Fœlyn. in c. licet. lib. 6. de Simon. Lanfranc. tract. de test. num. 118. l. si filium. C. de lib. caus. Spec. tit. de accus.
12 §. 1. vers. Item repellitur, quia fuit socius. Additur etiam quod d. mulier nullum facit inditium; cum mulieres de iure canonico à testificando repellantur; & probatur in c. mulierem. ibi nec testis esse, & ibi Glos. in verb. nec testis. 33. q. 5. & in c. forus. in fin. ib si vir, non fœmina, & ibi Glos. in verb. fœmina. de verb. signif. Idem Glos. in c. quoniam. in verb. mulieres. vers. istud sic intelligi debet. ext. de test. Farinac. q. 59. nu. 3.
13 Et maximè quando sunt culpatæ, seù malæ vitæ. l. 3 vers. culpatæ vitæ. ff. de test. Alex. cons. 11. vol. 1. Crott. tract. de test num. 46.
14 nec non in earum depositionibus allegant, seù deponunt turpitudinem suam, vt d. mulier; quoniam tunc nullo modo sunt audiendæ. l. cum profitearis. C. de reuocat. donat. l. si creditoribus. C. de seruo pign. dato. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 37. n. 5. vers. Hoc autem Rot. Rom. veneta donationis coram R. P. D. Bursatto die veneris 7. Nouembris 1614. Additur quoque in huiusmodi casu
15 nec etiam potest infligi tortura, quamuis adesset illa tam violenta præsumptio; nempè solus cum sola, nudus cum nuda in talamo clauso repertus, & vir habet caligas solutas, & mulier recuset aperire ostium clausum, & reperiatur cum vestibus dormire cum d. muliere in eodem lecto; quoniam d. præsumptio non facit inditium coppulæ carnalis consumatæ. Ità Boss. in terminis tit. de opposit. contra test. num. 96. Matthesila. notab. 119.

Corn.

Corn. cons. 192. in fin. lib. 4. Crauett. cons. 205. num. 20. vbi post Anton Rosell. Adul-
16 terium non probari ex eo, quod quis solus cum sola, nudus cum nuda, &c. Gratt. cons. 205. n. 10. cum alijs adductis per Menoch. cons. 31. num. 6. seq. lib. 1. Et si quidam frater, qui per biennium in eodem lecto iacuerat cum sorore sua fuit defensus à Crauett. in suo aureo cons. 321. prout refert Clar. in §. incestus. in princ. multo magis cessat præsumptio, seù suspicio coitus, quando adest casus, quod vir, & mulier iacent in lecto cum vestibus de die, & ostio aperto. Auth. multo
17 magis. C. de sacrosanct. Eccles. quia ea, quæ publicè fiunt, carent omni suspicione mali. Clar. q. 21. in fin. Cessat (inquam) d. præsumptio; quia coitus cum consistat in facto
18 per testes probari debet; nanque delictum, quod consistet in facto non probatur per præsumptiones; quia factum non præsumitur. l. in bello. §. facta. ff. de capt. Alciat. cons. 40.
19 num. 6. lib. 6. Et id iure optimo quidem, quoniam potest esse quod quis maneat cùm muliere solus & nudus in lecto cum ostio clauso, & non veniat ad consumationem copulæ carnalis, vel propter impotentiam ad coitum, vel quia delectatur solum in eam amplectendo, tangendo, deosculando, & similes alios actus carnales faciendo. Qua qui-
20 dem ex re ex præsumptionibus Iudex bonus, & christianus Reum torquere, seù condemnare non debet; quoniam ipsius iudicium debet conformari cum iudicio Dei. c. 1. de re iudic. lib. 6. Sed Deus non fallit per præsumptionem. c. nouit. de offic. delegat. Ita & Iudex christianus tenetur sequi veritatem, & non iudicare, & condemnare ex præsumptionibus, quæ non reddunt rem claram, vt requiritur: Et ideò iudicare secundum apparentiam extrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de Brachio regio. in verb. iudicare secundum apparentiam extrinsecam. Nec facit si per Fiscum dicatur, quod quando adest tam violenta præsumptio, po-
21 test per Iudicem contra Inquisitum procedi ad torturam; quoniam præsumptiones sufficiunt ad pœnam pecuniariam tantum. Boss. tit. de conuict. num. 35. Bart. in l. 1. cum ibi not. ff. de quæst. not. in l. milites. & l. fin. C. eo tit. Idem Boss. post alios, quos allegat. tit. de indit. num. 180. Vbi ait, præsumptiones in criminalibus sufficiunt ad capturam tantum, non autem quo ad reliqua. Ideò omninò dicendum est, quod nec præsum-
22 ptiones, Immo nec etiam inditia sufficiunt ad probandum delicta; sed testes requiruntur omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, & benè concludentes. Text. est in l. sciant cuncti, quæ est final. C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciant cuncti Vbi dum loquitur de probat. test. addit idoneorum; & dum de probat. inditiorum addit indubitatorum, ac etiam luce meridiana clariorum. Et ibi not. Glos. & communiter DD. Dec.
23 cons. 189. col. 1. Itaque sicut ad probandum delictum, seù ad condemnandum Inquisitum requiruntur testes omni exceptione maiores; Ità pariter ad torquendum. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. num. 51. in fin. Farinac. q. 37. num. 58. & q. 56. num. 121. Mantua. cons. 67. num. 37. seq. Marl. cons.
24 63. num. 13. seq. Ob eam que rem omninò dicitur, quod necesse est, vt per dd. testes liquidè cōstet de facti veritate, antequam tortura infligatur. Ariminen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb. & fama publica. num. 108. in fin. Vbi secundum Bal. quem allegat in l.
25 3 §. eiusdem. ff. de test. Ratio est, quia tortura non datur ad liquidandum factum, sed personam. Ità tenet Brun. tract. de indit. par. 2. q. 5. num. 10. Clar. q. 4. vers. quando verò. Alia quoque adest ratio, quia reperitur solū in iure scriptum, quod Verisimilitudines, præsumptiones, & coniecturæ in omnibus
26 casibus criminalibus; prout ego etiam dico de inditijs secundum Brunor. à sole in suo
27 vnico cons. num. 200. Vbi quod de delicto commisso constare debet per testes, & pro-
28 bationes liquidissimas; non autem per præsumptiones, coniecturas, & inditia; quæ sufficiunt ad torquendum, seù condemnan-
29 dum, quando lex expressè disponit dd. Verisimilitudines, præsumptiones, & coniecturas haberi loco probationis. Alex. l. licet de legat. primo Marf. in l. fin. num. 4. ad l. Corneli de Sicar. & in Rubr. de probat. nu. 113. seq.
30 Et hac quidem ratione quoniam probatio delicti per verisimilitudines, præsumptiones, & coniecturas dicitur probatio in genere;
31 & tamen vt probatio sufficit ad torturam;
32 seù condemnationem debet esse in specie cō-
33 tra personam Inquisiti per testes omni exceptione maiores; alias non dicitur delictum idonee, & concludenter probatum. Not. in c. cum opporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. num. 25. seq. Bart. cons. 65. nu. 2. Alex. cons. 3. num. 1. lib. 3. Crauett. cons. 21. num.

num. 4. Vbi adducit concordantes. Nec ab
34 re videri debet, si dicatur, quod ad probandum, & torquendum requiruntur testes, & non solum non sufficiunt præsumptiones, coniecturæ, &c. sed nec etiam, quod magis
35 est, inditia; quoniam clarè constat, quod Inditium non est probatio, sed est signum alicuius maleficij commissi ad veritatem habendam. Gand. tract. de malef. sub. Rubr. de præsumpt. & indit. Ioan. Andr. in addit. ad spec. in tit. de probat. §. fin. in verb. Item per inditia. Paul. de Liaza. in c. grauius. de opposit.
36 in vlt. car. dicit, quod Inditium est Adminiculum demonstratorium ad veritatem indicandam. Per Text. l. si quis adulterium. C. de adult. & c. præterea. de test. & c. tua. §. adulterium. de homic. Bart. in l. 2. ff. de excus. tuto.
37 Et diffiniēdo dicit, quod inditium est minus, quam semiplena probatio. & idem dicit Bal. in l. cum probatio. ff. de probat. in Addit. suis dicens nulibi clarius id probari quam in illa
38 lege. Et quando non adest ad minus semiplena probatio delicti, reus torqueri minimè
39 potest. Clar. §. fin. q. 62. in princ. Immo si non est confirmata alijs adminiculis nec
40 etiam sufficit ad torturam; quia secundum Bal. in l. ea quidem. num. 4. de accus. semiplena probatio est solummodo præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum. & Bal. sequun
41 tur omnes Criminalistę. Et idē Bal. in Rubr. C. de probat. dicit, quod Inditium est minima præsumptio hominis boni, seù distans argumentum à specie veræ probationis, & non
42 est totalis probatio, Sed pars probationis. Gand. in d. tract. in Rubr. quæ præcedere debeant quæstionem. in verb. Quæ, & qualia
43 esse debeant ista inditia. Quinimò dicitur, quod Inditium non est pars probationis, sed species ipsius. Per not. per Bal. in l. fin. C. probat. Ex quibus igitur infertur, quod si Indi-
44 tium est signum alicuius maleficij ad veritatem habendam, non potest dici probatio; quoniā signum indicat, sed non probat identitatem facti. Vt per Bart. & alios tradit Crauett. consi. 169. num. 4. Si est Adminiculum demonstratorium ad veritatem indicandam, nec etiam est probatio; quoniam quod demostratur, non probatur, si est minus quam semiplena probatio non sufficit ad torturam; quia ad ipsam infligendam ad minus requiritur semiplena probatio. Clar. in d. §. fin. q. 62. in princ. & Bal. in d. l. ea quidem. dicit, quod nec etiam sufficit semiplena, nisi sit probata alijs adminiculis (vt dictum est) si est minima præsumptio, non sufficit, quia præsumptio, sufficit ad pœnā pecuniariam tantū, seù ad capturā. Boss. d. tit. de cōuict. n. 35. & tit. de indit. num. 180 si est distans Argumentum a specie veræ probationis, non sufficit, quoniam non per distantia, & remota argumenta; sed per propinqua proceditur in criminalibus ad infligendam torturam. Glos. l. fin. in verb. vel inditijs. C. famil. hercisc. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & tormēt. num. 26. Vbi ait id procedere etiam in crimine hæresis. Cason. tract. de torment. c. 1. num. 8. Si denique est solum pars probationis, non potest dici totalis, plena, & perfecta
45 probatio, sed imperfecta: Et tamen ex imperfecto non potest oriri perfectum. Aym. de antiq. temp. vers. testis quid in lib. officialis. num. 17. & 19. Si non est probatio, sed tantum probationis species, non sufficit ad torturam; quoniam à quo remouetur genus remouetur quælibet eius species. C. de vsur. rei iu. ff. de fund. instru. l. fundi. Qua igitur de re concluditur, quod ad torquendum, probandum, & condemnandum requiruntur testes omni exceptione maiores; non autem inditia, præsumptiones, & coniecturæ, quæ (vt dictum est) ad pœnam pecuniariam tantum
46 sufficiunt. Quæ nimirum quando venit imponenda, non potest infligi tortura. Clar. q. 64. vers. præterea debet. Bursatt. cons. 368. num. 34. vol. 4. Etiam quod extarent inditia. Gomez. varia. resolut. tom. 3. c. 13. de tortura reorum. num. 2. vbi testatur de communi. Vulpell. cons. 24 num. 13 & cons. 95. nu. 17. C. rar. in pract. reorum examinand. lib. 4. c. 1. num. 17 seq. Peguer. decis. 16. per totam. Boss. tit. de indit. num. 92. Ratio est, quia absurdum est, quod ordinatum est ad vnum finem, non reguletur iuxta naturam illius finis contra Text. in l. et si non sint §. peruenimus. ff. de aur. & argent. legat. Crauett. cons. 337.
47 num. 10. & 12. Alia quoq; adest ratio, quia præsumptio est minus quam inditium. Bart. in l. fin. ff. de quæst. Vbi quod mendacium est maxima præsumptio contra Reum; at præsumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam. Ità ostendit Alex. cons. 89. col. 1. vers. restat ergò. lib. 3. Vnde sicut ex inditio non potest torqueri Reus sicut non potest torqueri Reus (vt proximè dictum est) requiruntur testes omni exceptione maiores. d. l. qui vltimò. ff. de pœn. Farinac. q. 37. num. 58. & q. 56. num. 121.

sic

ſic multo minus ex præſumptione. Natr. conſ. 362. num. 6. Vbi ait hanc eſſe communem opinionem ſcribentium in vtroque iure. Franc. Perſonal. tract. de indit. numer. 96. Vbi reſtatur de magis commune opinione. Quod procedit etiam in occultis,& difficilis probationis. Clar. q. 64. verſ. dixi eriã in fin. Rolan. conſ. 361. col. 3. Vbi reddit rationem; quia quanto crimen eſt grauius, & atrocius; tanto probationes debent eſſe grauiores, & vrgentiores: nam cum in criminalibus de ſalute hominis tractetur; ideò arctior, & vrgentior requiritur probatio. Boer. deciſ. 164. num. 1. Dec. conſ. 415. num. 1. Farinac. q. 86. num. 6. Et id etiam in atrociſſimis delictis; quoniam criminis atrocitas, & probationis difficultas facere non poſſunt, vt ſine legitimis probationibus Reus torqueri poſſit. Foller. in pract. in verb. Quod ſuffocauit vxorem. num. 58. Rolan. conſ. 7. num. 38. vol. 1. & conſ. 12. num. 89. lib. 3. Hyppol. Rimina!. conſ. 89. num. 57. lib. 1. & latius conſ. 361. num. 32. ſeq. lib. 3.

48

49

50 Et id iure quidem, quia ex præſumptionibus in nullo caſu poteſt procedi ad torturam, ſeù ad condemnationem in pęnam aliquam, niſi in caſu in quo lex ipſa præſumit,& ſuper præſumpto diſponit (vt dictum eſt) de communi teſtatur Boſs. in tit. de indit. num. 34. verſ. veritas tamen eſt,& communis opinio, de qua ante ipſum teſtatur Gand. in tit. de præſumpt. & indit. §. nunc reſtat. n. 12. in fin.

51 Ratio eſt, quia vbi non eſt præſumptio iuris, & de iure non oritur inditium adeò indubitatum, quin quandam ſollicitam dubitationem recipiat. Vt poſt Gand. tradit idem Boſs. d. tit. num. 45. Quinimò etiam dicitur, quod nullum reperitur inditium, adeò indubitatum, quin aduerſus illud poſſit probari contrarium. Boer. deciſ. 165. num. 1. Debet itaque audiri Reus, antequam ponatur ad quæſtionem. l. 2. ff. de appellat. recip. Immo quoque dicitur, quod tam præſumptiones violentiſſimæ, quam inditia indubitata non ſufficiunt ad torturam, quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit commiſſum. Et dato,& non conceſſo quod ſufficiant; tamen debent eſſe talia, quod non ſolum nullam habeant difficultatem etiam minimam. Boſs. tit. de indit. ante tortu. num. 37. Berraz. conſ. 60. num. 8. lib. 1. Vbi de communi; ſed etiam opus eſt, quod crimen tangant. Gloſ. in c. 1. de confeſs. Ob illam Dictionem Aliæ, quæ eſt relatiua, & repreſentatiua eiuſdem qualitatis. Gloſ. in l. quidam relegatus. in verb. amicis. ff. de reb. dub.

52

53

54 Quibus quoque additur, quod non ſolum dd. præſumptiones,& inditia; Sed nec etiam vnicus teſtis quamuis de viſu ſufficit ad torturam, niſi triã coppulatiuè concurrant.

55 Primo quod d. teſtis ſit omni exceptione maior. Plot. in l. ſi quando. nu. 879. C. vnde

56 vi. Aym. conſ. 6. num. 12. Secundo quod deponat ſuper maleficio directè, & non ſuper inditio ad maleficium. Bal. l. fin. C. famil. hærciſc. l. fin. ff. de quæſt. Alex. conſ. 5. nu. 1. conſ. 11. num. 4. Dec. c. tertio loco. nu. 15. de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. conſ. 35.

57 num. 6. Tertio quod alia concurrant adminicula; cum de per ſe d. teſtis non ſufficiat. Ial. poſt alios in l. admonendi. col. 46. verſ. x. num. 186. in fin. ff. de iureiur. Marſ. in pract. §. diligenter. nu. 5. Alex. conſ. 89. viſo. nu. 9. ſeq. vol. 3. Farinac. conſ. 65. numer. 41.

58 Nec mirum videri debet, quia d. teſti non eſt omninò credendum, quamuis ſit omni ex-

59 ceptione maior; nam oculus,& manus ſæpè falluntur. c. nec aliqua. 22. q. 1. Franc. March. deciſ. 678. quam refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. q. 4. num. 7. Verum in ſupradictis omnibus, nec etiam ſufficit quod vltra

60 d. teſtem concurrant alia adminicula, præſumptiones, & inditia, niſi quoque ipſa, & circumſtantiæ ſingulę ſint plenè probatę per duos teſtes conteſtes de loco,& tempore idoneos, atque legales. Afflict. c. 1. §. Sacramenta de contuc. rec. feu. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 18. ſeq. Barr. & cæteri. in l. vlt. ff. de quæſt. Gratt. conſ. 59. num. 34. vol. 2. Hyppol. in pract. §. diligenter. Gloſ. communiter approbata & Bart. in d. l. fin. ff. de quæſt. & in l. vlt. in verb. vel inditijs. C.

61 famil. hærciſc. Itã etiam voluit Innocc. in c. ſicut. de Simon. Vbi dicit, quod leuia inditia ſufficiunt ad probandum quem hæreticum, ſed oportet illa plenè probari, ideſt per duos teſtes idoneos. Ità refert Bal. in d. l. fin. C. famil. hærciſ. Brun. tract. de indit. & tortu. q. 1. par. 1. Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. numer. 6. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod iſta opinio non ſolum eſt communis, ſed quod nullam habet difficultatem, & contradictionem. Blanc. de indit. numer. 206. Carrer. quos allegat Bertaz. conſ. 559. Ioſeph. Ludouiſ. in ſuis commun. opin. concluſ. 45. verſ. Inditium autem remotum. Honded. conſ. 87. num. 120. vol. 2. Vbi de communi Brun. conſ. 115. num. 70. ſeq. diuerſ.

uerf. criminal. lib. 2. Natt. conf. 6. num. 7. & conf. 42. num. 6. Vbi attestatur de communi. Nec supradicta omnia in tali casu dixisse sufficit; sed dicitur quoque quod ad infligendam torturam de necessitate requiritur, vt non solum per aliquem testem de visu omni exceptionem maiorem, & concludentem; cum ipse solus non sufficiat; prout nec etiam præsumptiones, & inditia;
62 Sed etiam per multa alia adminicula probetur, pollutionem, seù semen Inquisiti agen-
63 tis esse immissum in anum ipsius mulieris patientis, vel saltem membrum in partes pudendas, & intus anum impositum licet semen d. Inquisitus non emisisset; aliàs non
64 intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria,
65 cum fiat solummodo attentatio, & sic quædam extraordinaria, & turpissima, seù enormissima pollutio. Clar. §. sodomia. in fin. Soc. Iun. conf. 7. num. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Menoch. de arbitrar. Iud. casu
66 286. num. 18. Et qualitas aggrauans delictum constare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis negct. ff. quemad. testam. aper. Veronen. conf. 58. cum. alijs adductis per Marf.
67 conf. 87. Ratio est, quia testis in sua depositione necessariò concludere debet, & non concludens non afficit, & est omninò repellendus. Abb. in c. in præsentia. de probat. quoniam testis debet necessariò, & non præsumptiuè concludere. Vt v. g. si dicat Giouanni fù ripreso da. N. ma non sò se gli dispiacque. Vel si dicat v. g. vidisse Tamburrum in cubiculo, si non dicit etiam, quod intus aderant vestimenta, seù alia bona, vt necessariò requiritur, ad hoc vt dicatur constare de furto. Bart. in l. si quando. in fin. C. vnde vi. Gram. conf. 54. num. 2. Marf. conf. 65. num. 33. l. testium. & l. solam. C. de test. Bertrand. conf. 147. num. 3. vol. 3. Vel v. g. si dicat, vidisse sudarium, & non pecuniam in eo: Vel quod vidit aliquem fugientem, & non dicat, quis fuit ille fugiens: nan-
68 que non concludens nec parit inditium ad inquirendum. c. in præsentia. & d. l. neque
69 natales. Imò testis deponens de certa scientia delicti, tenetur reddere rationem in causa scientiæ v. g. quomodo vidit delictum fuisse patratum, & consumatum; quoniam sicut
70 bona ratio iustificat dictum testis, sic mala
71 elidit, quia in causa scientiæ stat effectus. Bal. in l. 1. ff. si cert. pet. Bart. & alij in l. si seruus legatus. §. quis quis. de legat. primo Alex. conf. 120. numer. 6. lib. 5. Vbi quod
72 dictum testis à ratione pendet. Immo testis necessariò deponere debet super delicto,
73 nempè per vnum ex quinque sensibus. Franc. Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. Rubr. de non torquendo per inditia, nisi
74 legitime probata. num. 8. Ratio est, quia munus testium non est iudicare; sed quod
75 oculis vidit, testimonium ferre. Bart. & alij l. quod tamen. § si arbiter. ff. de arbitr. latè Curt. Iun. d. conf. 165. num. 17. Crauett.
76 conf. 249. num. 4. Vbi non est credendum
77 testi affirmanti, quod vere non sit. Immo testes in criminalibus, debent deponere de facto consumato, & non sufficit, quod deponat de circumstantijs, vel inditijs remotis, seù attentationibus, aut præludijs ad actum venereum. Bofs. tit. de conuict. num. 21. quo-
78 niam testis deponens super circumstantijs delicti, & non super delicto, vel facto consumato non facit inditium ad torturam. Clar. q. 21. verf. mendacium. Rolan. qui alios citat conf. 3. num. 53. vol. 3. Nam
79 alias in casu, de quo agitur non erit in propria specie delictum Sodomiæ; sed potius
80 quædam extraordinaria pollutio, quæ si esset probata per duos testes contestes de loco, & tempore omni exceptione maiores, d. agens non sodomiæ pœna ordinaria, sed alia mi-
81 tiori; idest extraordinaria teneretur. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 221. nu. 28. Et d. pœna extraordinaria semper debet intelligi de pecuniaria, non autem de corporali. l. qui ædes. & ibi Glof. ff. de incend. ruin. & naufrag. & est Text. in l. fin. ff. de iniur. Bal. l. data opera. col. 2. in fin. C. qui accuf. non pofs. Soc. conf. 104. lib. 1. in fin. Bofs. tit. de fall. num. 86. Petr. Cabal. casu 288. num. 6. Suid. conf. 132. num. 14. quos refert, & sequitur Guaz. defenf. 33. c.
82 14. num. 14. Quæ pœna extraordinaria succedit loco pœnæ, & propriæ pœnæ delicti. Bertaz. conf. 70. num. 36. inter conf. crim. diuerf. lib. 2. Hyppol. §. quoniam. num. 32. feq. & in l. 1. §. Diuus. ff. de Sicar. & conf. 24. num. 36. & conf. 30. num. 19. Gram. conf. 26. in fin. Bal. in l. addictos. C. de
83 Episcopal. Audien. Et intrat d. pœna extraordinaria, quia fit solummodo attentatio. Clar. §. sodomia. in fin. Soc. Iun. conf. 7. num. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Menoch. de arbitrar. Iud. casu 286. num. 18.
84 Nec mirum videri debet, quia delictum sodomiæ, vt puniri possit, requirit consuma-
85 tionem actus, & non sufficit præparatio, seù atten-

attentatio. Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de Sicar.
Crauett. conf. 46. n. 2. Vbi adducit cõcordã-
tes. Salyc. in l. is, qui cum telo. in tertio no-
86 tab. C. de sicar. Alex. conf. 15. lib. 1. Quod
procedit etiamsi ageretur de delicto, seu cri-
mine atrocissimo, in quo non sufficit actus
imperfectus, & non consumatus. Not. in c.
præterea. de elect. in sexto & tradit Bal. in d.
l. data opera. C. qui accus. non poss. Vbi ait,
87 quod vbi venit imponenda pœna corpora-
88 lis, requiritur actus consumatus. Hinc est,
quod pœna, quæ imponitur ipso iure, vel
ipso facto, nunquam imponitur pro actu
imperfecto, sed pro consumato, licet per
conantem non stetcrit. Ioan. Andr. in d. c. pię
89 terea. Quinimò pro delicto attentato, &
non consumato, etsi prætendatur deuentum
fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit se-
cutus effectus, Reo nulla potest imponi pœ-
90 na; etiamsi simus in atrocissimis. Gram. de-
cis. 74. Ioseph. Ludouis. decis. lucem. 15. num.
91 30. Vbi attestatur de comuni. Quinimò
delictum quando non perficitur, eo quia
quis non vult, cessat pœna. l. qui falsa. ff. de
fals. Imo delictũ nõ cõsumatũ est incõsidera-
bile, & impunibile. Bal. & alij in l. quicunq.
92 C. de seru. fugit. Quinimò delictum si non
fuit consumatum, eo quia delinquens no-
luit, sed benè potuit; & tunc quoniam per
93 eum stetit, non punitur; nec hoc casu puni-
tur; affectus, nisi sequatur effectus. Et
propterea derogatum est legibus loquen-
tibus de delictis puniendis; quoniam ho-
die de totius Italiæ consuetudine non fit
punitio delicti non consumati, non per-
94 fecti non præfinit. Angel. & Castren.
l. 1. ff. quod quisq; iur. Afflict. decis. 21.
95 Gram. decis. 21. num. 8. 9. 13. & 16. Et quod
delictum fuerit consumatum, perfectum, &
præfinitum à fisco probari debet per duos
testes contestes de loco; & tempore omni
96 exceptione maiores: Ratio est quia actus
obsceni.] constare debent, & pariter illa tam
violenta præsumptio, nempè quod vir fue-
97 rit repertus cum muliere. Ità DD. & Paris.
de Put. tract. de scim. dic. in verb. Officialis
offensa. c. 1. sub num. 2. seq. Foller. in pract. in
verb. capiat informationem. num. 13. Ma-
scard. de probat. conclus. 1377. in verb. stu-
prum. lib. 3. Et sic non potest transmitti In-
quisitio; quando non constat; & maximè
quando mulier non exhibuit linterulam, seu
98 camisiam sanguinolentam, seu deturpatam,
quod est corpus delicti; quoniam querela
præsumitur calumniosa. Ità per Bal. conf.
37. lib. 1. Nec valet, si per Fiscum dicatur,
quod contra Inquisitum adest inditium ad
torturam; eo quia inter ipsum, & mulierem
multa interuenerunt v. g. Colloquium secre-
tum, seu Allocutio secreta ad aures; In lo-
co indecenti; Tactus mamillarum, seu pu-
dendorum; Amplexus; Deosculatio; seu
Osculum; conuiuiam; choreæ; locus; Ri-
sus; conuersatio; munera, litteræ amatoriæ;
habitatio &c. Nanq;
99 Colloquium secretum.; seu allocutio se-
creta ad aures ad inuicem habita, etiamsi
essent plenè probata stante incertitudine
eius, super quo sermo habitus fuit, non
facit inditium ad torturam; sed præsumi-
tur potius in bonam, quam in malam
partem. c. absit. & ibi Glos. 11. q. 3. l. me-
100 ritò. ff. pro Soc. quoniam ex actu dubio,
& equiuoco non oritur inditium ad torturã;
nam ex sola allocutione non oritur inditium
contra loquentem, puta quod de delicto, seu
coitu futuro cum muliere fuerit contra-
ctum. Vt p. plura iura, & authoritates osten-
dit Hyppol. conf. 21. seq. nisi alijs con-
currentibus inditijs, & coitu incontinenti
secuto. Bal. in l. 1. num. 10. & ibi Ias. sub
num. 30. vers. quinto mirabiliter limita. C.
de seru. fugit. Anan. conf. 59. num. 2. vers.
intellige tribus concurrentibus. Farinac. conf.
37. num. 23. Ità etiam per plura iura, &
authoritates ostendit Mars. conf. 12. seq.
101 Et actus alicuius, quando est ambiguus,
& multipliciter intelligibilis, in dubio sem-
per bonus sumi debet, quo delictum eui-
tetur. d. l. meritò. ff. pro Soc. Alex. conf.
185. num. 6.
102 Locus indecens in casu coppulæ carna-
lis nullum pariter ad torturam facit indi-
tium.; quoniam etiam in postribulo ha-
bitant quandoq; homines, & mulieres
honestæ vitæ: Et locus non sanctificat ho-
103 mines, seu habitantes; Sed homines,
seu habitantes benè viuentes sanctificant
locum. c. illud & c. multi. 40. distin. Natt.
conf. 637. num. 49. sicq; ex loco non potest
oriri inditium v. g. adulterij, lenocinij, &
similium criminum.
104 Tactus mamillarum, seu pudendorum,
& osculatio, siue osculum cum verbis
105 lasciuis non faciunt inditium ad tortu-
ram; quoniam similia sunt tantumodo
106 præludia, seu attentata, aut præparatoria ad
coitum, quæ non solum sufficiunt ad deli-

107 ctum. Ità Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Salyc. in l. is, qui cum telo in
108 Tertio notab. C. de Sicar. cum alijs adductis
109 per Crauett. cons. 46. num. 2. Sed cessat quoque omnis suspicio coitus carnalis. Vt per Bursatt. cons. 283. numero 24. vol. 2. Vbi cumulat plures concordantes; quoniam in similibus requiritur consumatio delicti. Glos. 3. l. ait lex. & ibi Bart. ff. de adult. & idem Bart. in l. 1. ff. de var. & extraord. crim. Idem Bart. l. 2. §. fin. & in l. capite quinto. ff. de adult. Dec. in Rubr. de iudic. Vbi considerat etiam locum turpitudini valdè accom-
110 modatum. Quo verò ad osculum, seù deosculationem dicitur, quod quamuis per vim
111 mulieri inferatur; tamen (vt dictum est) punitur solum pœna extraordinaria. Vt per Afflict. decis. 276. Cuman. cons. 95. dixit
112 de eo, qui prostrauit in terram mulierem, seù virginem, & conatus est, illam carnaliter cognoscere quod propter hoc non debet pœna capitis damnari, quem refert, & sequitur Dec. in l. si fugitiui. num. 46. C. de seru. fugit, Constit. Prouinc. March. Glos. A. nu. 1. fol. 302. Bois. tit. de extraord. crim. num. 3. Clar. §. fin. q. 83. vers. Osculum. Vulpell. cons. 34. num. 8. Et quod pœna extraordinaria ad vltimum vsque supplicium sit aucta, potius credendum est violentia accedente, quam pro simpli osculo volenti dato, pro quo si capitalis pœna imponeretur, breui vt apud Ouidium.

Periere Cupidinis arcus.
Contempteq. forent, & sine luce faces.

113 Immo oscula, & Amplexus, quãuis in puerum minorem, qui prætendatur subagitatus;
114 tamen coniecturandum est, quod licitò potius amore, quam libidine huiusmodi actus fiant. Argum. l. meritò. ff. pro soc. Et d. pœna extraordinaria debet esse pecuniaria, non autem corporalis (vt dictum est) Et huiusmodi actus plenè constare debent. Ità DD. & pariter quod vir fuerit repertus cum muliere (vt quoque dictum est) Illudque
115 omninò sciendum est, quod presumptiones præludia, & præparatoria, quando agitur
116 criminaliter, non probant coppulam carna-
117 lem. Adden. ad Bart. in l. capite quinto. nu. 2. nota ergò. ff. de adult. Mattheus sing. 119. Corn. cons. 191. in fin. lib. 4. Aym. cons. 205. numero 20. seq. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 59. num. 10. & 20 seq. Farinac. cons. 80. numero 52. Rot. in illa Firman. Cappellaniæ die 7. Maij 1572. vers. effectuatio non obstat coram Sanctissimo D. N. Clemente octauo tunc Rotæ Auditore. Et in vna Tollen. parochialis die 28. Maij 1593. coram R. P. D. Pamphilio.
118 Amplexus, & Deosculatio mulierum, seù puerorum, quamuis probentur, de perse
119 non faciunt præsumptionem, seù indicium ad torturam contra osculantem, & amplectentem, & in bonam partem accipi debent, & maximè quãdo osculans, seù amplectens
120 est vir bonæ conditionis, & famæ. Vrin proprijs terminis ad excludendam præsumptionem vitij sodomitici tradit Paris. cons.
121 163. col. 3 in princ. qui videntur. Immo tales actus capiendi sunt, quod licito amore, & non libidine facti fuerint. Argum. d. l. meritò. ff. pro soc. Glos. c. absit. in verb. finistrum. 11. q. 3. Ratio est, quia (vt dictum est) actus indifferens ad amorem, & non amorem, prout etiam ad delictum, & non de
122 lictum potius præsumendus est ad bonum,
123 & non ad malum. Alex. cons. 186. vol. 6. Fœlyn. in c. litteris. num. 3. in princ. Vbi
124 Risus, locus conuiuia, choreæ, & similia sunt
125 leuia adminicula in his delictis carnis; cum (vt pariter dictum est) sint tantummodo quædam leuia præparatoria, & præsumptiones ad amorem, quæ in criminalibus non sufficiunt ad torturam. Rolan. cons. 7. num. 38. seq. Mars. cons. 20. num. 48. Bru-
126 nor. in suo vnico cons. num. 79. Et actus indifferens dicitur, quando Amasius commedit cum Amasia, choreas ducit, ridet iocatur, blanda verba dicit, loquitur in via, litteras amatorias scribit, vel aliquid muneris proijcit d. Amasiæ, ac amorem ad inuicem tenentur; cum non sint actus propinqui fornicationi. Abb. c. tertiò loco. num. 4. post princ. & in d. c. litteris. num. 1. inquit Imol in d. c. litteris. num. 3. post med. d. l. meritò. ff. pro Soc. l. Item apud labeonem. §. communem. de iniur. l. omnimodo C. de inoffic. testam. Abb. in c. 1. num. 16. de præsumpt. Cæphal. cons. 75. num. 9. alios citat, & sequitur Menoch. de præsumpt. præs. 2. num. 1. seq. Bertaz. cons. 452. num.
127 19. lib. 2. Et dd. actus non sunt in consideratione, quando fiunt in loco publico, & inter vicinos, & amicos, inter quos id

id sæpe accidit ex honesta causa: Et pro-
pterea non sunt capiendi ad malum, pręs-
128 sertim Rapius, Fœlyn. vbi supra. quo-
niam iudicandi sunt potius liciti, quam
illiciti. Alciat. tract. de præsumpt. Tertia
regula Prima præsumpt. sequitur Bertaz.
consil. 385. numero. 10. Et cum hoc sit
quoddam dependens ab animo iuramen-
129 to probatur. §. Alię. Instit. de actio. Im-
mo ad probandum quemlibet actum duo re
quiruntur testes omni exceptione maiores.
Abb. & Fœlyn. relati à Mascard. conclus.
65.num.37.

130 Conuiuia, seù commedere non faciunt in-
ditium ad torturam; quoniam non sunt ca-
131 pienda ad malũ; etiam si fiant in domo mœ-
retricis; nanq; commedere in domo meretri-
cis nõ est de genere prohibitorum. Ità in in-
diuiduo scribit Mart.cons.15.nu.15.& cons.
51,n.67.cum frustra expectetur illud, cuius
euentus nihil operatur. Vt in iuribus vulga-
ribus Mant.213.propè fin.lib 1. Vbi quod
ista est verissima opinio. Ratio est, quia ta-
lia nõ pertinent, nec inferunt delictum. Boss.
tit.de indit.ãte tortu.n.36.vers.tale mẽdaciũ.

132 Conuersatio hominis & mulieris non facit
inditium ad torturam; nam cũ pariter sit in-
differens ad delictum, & non delictum, in
dubio semper dici debet, eos nõ animo adul-
terandi accessisse. Argum.l.merito.ff.pro soc.
133 Alex.d.cons.185.vol.6.Menoch. cons. 82.
num.18. Immo conuersatio cum malis mu-
lieribus tunc solum parit inditium, quando
est stricta, & continua; secus si interpellata,
quo casu non attenditur. Vt post Angel. &
Castrens. quos allegat, tradit Mascard.de
probat.lib.1.cons.451.num.9. Aym.cons.
220.num.12. Et stricta, & continua dicitur
134 illa, quæ fuit per decennium continuata. l. 2.
C. de in col. lib. 10. Cæphal.cõs.83.n.3.lib.1.

135 Habitare in domo nullum prorsus parit in-
ditium, nisi concurrat mala fama habitantis.
136 Ità Bal.in l.Dominus horreorũ.ff.locat.Boss
tit.de indit.num.52.Bertaz.cons.213.nu.2.
137 Vbi adducit concordantes. Et quando non
est probata ista qualitas pro parte fisci, nem-
pè quod habitans sit malæ famæ, cessat illud
138 inditium habitationis; quoniam qualitas
personæ multũ attẽditur in delictis. Cæphal.
cons.352.n.3.Gabriel.cons.169.num.8.

Nec valet, si per fiscum dicatur, quod in si-
milibus valdè est attendẽda verisimilitudo;
nanq; ad torturam infligendam non potest
se fundare super facti verisimilitudine; quæ
quamuis sit valdè attendenda in probatio-
nibus.l.3.vers.tu magis.ff.de test.Bal.in l. te-
stium. sub num. 5. C. eo.tit. Siluester Aldo-
brandinus cons.127.num.2.lib.2. Crauett.
cons.61. num.9.cons.75. num.2. & cons.
139 135. num.37. Tamen debet constare per
probationes, non autem per Verisimilitudi-
nes, suspiciones, & coniecturas. Bal.cons.78.
140 vol.3. Et verisimilitudo debet esse tanto
potentior, quanto ipsa tortura auget fidem
contrariæ depositionis. Gram.vot.3.num.7.
141 Aym.cons.75.num.17.in fin. Ratio est,
quia Verisimilitudo non est ipsa veritas, si-
cut simile non est idem cui est simile.l.actio-
142 nis verbo. §.1. cum Glos.de act. & obligat.
Bart. & alij l. quod Nerua. ff depos. Alber.
Rubr.de Duob. Reis. num. 14. Sed est ali-
143 quale simile, seù signum, aut quid demon-
stratorium veritatis, & ideò non potest ob
ipsam infligi tortura; quoniam ad ipsam
infligendam (vt proximè dictum est,) de-
bet liquidę constare de facti veritate per te-
stes omni exceptione maiores. Ariminen. in
Addit. ad Angel. de malef. in verb. & fama
publica.num.108.in fin. vbi secundum Bal.
quem allegat in l. 3. §. eiusdem. ff. de test.
Ideò semper est omninò menti tenendum,
quod solumodo reperitur in iure scriptum,
quod verisimilitudines, præsumptiones, &
coniecturæ in omnibus casibus criminali-
bus sufficiunt ad torquendum, & con-
demnandum, quando lex expresse dispo-
144 nit dd. verisimilitudines, præsumptiones,
& coniecturas haberi loco probationis.
Alex. l. licet. de legat. primo Mars. in l. fin.
num 4.ad l. Cornel. de Sicar. & in Rubr. de
145 probat.num.113.seq. Ratio est, quia pro-
batio delicti per verisimilitudines, coniectu-
ras &c. (vt dictum est) dicitur probatio in
genere; & tamen vt probatio faciat indi-
146 tium ad torturam debet esse in specie, id est
per testes omni exceptione maiores, alias
delictum non dicitur idoneè probatum, nec
etiam concludenter. Not. in c. cum oporteat.
de accusat. Cason. de indit. tract. 2. & 5. seq.
Bart. cons. 65. num.2. Alex.cons.3.num.1.
147 lib.3. Nec ab re videri debet; quia delictum
debet concludenter probari. Crauett. cons.
21.num.4. Vbi adducit concordantes.

148 Deniquę dicitur, quod cum supradicta
omnia sint inditia remota à delicto non
faciunt inditium ad torturam. Bursatt. com-
munem dicens cons. 29. num. 43 Boss.
tit. de indit. & considerat. ante tortu.

num. 17. DD. & omnes in l.fin.ff.de quæst. Gand.de malef. tit. de quæst. vers. sed quero finaliter, & ità tenet Apostill. ad Angel. de malef. vers.quod fama publica.vers. quero, quod si reperiatur. Paris. de Put. de scindic. Constit. Prouinc. March. Glos. A. num.79. fol. 243. Ioseph. Ludouis. in suis commun. opin.conclus.45.vers.inditium autem rem otum. Vbi quod vnus testis, quamuis omni exceptione maior non probat inditium remotum. Mats.§.plurium.num.93.Direc&or. Inquisit. 3. par. pag. mihi 424. Immo nec etiam in causa hæresis.Idem Direc&or.Inquis. d.3.par.pag.mihi 594.comm. 110.

CON-

CONSILIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Testes inhabiles etiam in quolibet grauissimo crimine, in quo veritas aliter haberi non potest, admittuntur ad inquirendum tantum.*

2 *Testes inhabiles admittuntur ad inquirendum tantum, quamuis coadiuuentur adminiculis.*

3 *Testes tam ad torquendum, quam ad probandum, & cõdemnandum debent esse omni exceptione maiores.*

4 *Probatio in criminalibus, quia de hominis vita tractatur, arctior esse debet.*

5 *Quod requiritur etiam ad conuincendum hæreticum.*

6 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauiora, validiora, & vrgentiora.*

7 *Testes nè dicantur omni exceptione maiores, sufficit quilibet defectus, quelibet macula, aut exceptio etiam minima.*

8 *Testes illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil potest opponi.*

9 *Iudex de facili ad dictum testis inhabilis Reum torquere non debet.*

10 *Mulieribus ob magnitudinem præiudicij in criminalibus plenè non creditur.*

11 *Testes inhabiles, quando per DD. dicuntur admitti, admittuntur tantum quando de crimine agitur ciuiliter, secus si criminaliter.*

12 *Testes inhabiles si in criminalibus admittuntur, non sunt omni exceptione maiores.*

13 *Iudex etiam in atrocissimis sanctius, & multo melius facit, si adamussim iuris dispositionem seruat, quam si iura transgreditur.*

14 *Inditia etiam in atrocissimis legitima præcedere debent.*

15 *Iura transgredi etiam in atrocissimis licet Iudici solum in puniendo, non autem in procedendo.*

16 *Testium inhabilium numerus supplet defectum testis minus idonei in ciuilibus tantum; non autem in criminalibus.*

17 *Supplementum non recipit, quod nihil est.*

18 *Testes inhabiles, quamuis in atrocissimis non omnes ad inquirendum admittuntur; quia solumodo admittuntur illi, qui sunt simpliciter inhabiles, non autem qui sunt perpetuo inhabiles.*

19 *Mulieres omnes ex iuris dispositione ad testificandum sunt perpetuò inhabiles.*

20 *Ius canonicum seruatur in terris Ecclesiæ.*

21 *Mulieres enim sunt inhabiles ad Sacerdotium, nõ possunt deponere contra Sacerdotem.*

22 *Mulieres de earum natura sunt fallaces, mendaces, periuræ, dolosæ, corruptibiles, & mutabiles.*

23 *Mulieres sunt verbosæ.*

24 *Mulieres in dubio præsumuntur malæ.*

25 *Mulier nulla in toto corpore iuris reperitur appellata bona.*

26 *Mulieres etiam examinatæ nullum faciunt inditium.*

27 *Mulier varium & mutabile cor habet, & mutabile semper testimonium producit.*

Fœmina nulla bona, quia ter mutatur in hora.

28 *Mulieres ob paupertatem faciliores sunt ad amandum, & faciliores ad peierandum.*

29 *Mulieres à mollitie mentis, & inconstantia dictæ sunt instabiles.*

30 *Mulieres sunt plenæ rimarum, & solumodo celare solent, quæ ignorant.*

31 *Mulieribus in testimonio ferendo (vt videatur) quod nulla potest adhiberi fides, legendum est Alphabetum S. Antonini.*

32 *Mulieres quomodo in subsidium admittantur ad testificandum.*

33 *Mulieres in crimine excepto admittuntur ad accusandum, seù denuntiandum tantum.*

34 *Mulieres non admittuntur ad torquendum, & probandum, quia non sunt omni exceptione maiores.*

35 *Mulieres etiam in exceptis non sunt omni exceptione maiores.*

36 *Mulierum dicta sufficiunt ad præsumptionem faciendam, non ad torquendum.*

37 *Testes ad torquendum, & probandum debent esse omni exceptione maiores.*

38 *Testes subsidiarij, vt sunt mulieres, non admittuntur ad testimonium vt integri.*

39 *Testes subsidiarij quamuis plures non admittuntur, vt integri.*

40 *Testes subsidiarij quamuis cum tortura eo magis non attenduntur, quando sunt infames infamia facti.*

41 *Mulieres pauperes, viles, inhonestæ, culpatæ, vitæ atq; status, famæ, honoris, & personæ patientes defectum, aut modicum faciunt inditium, aut pœnitus repelluntur.*

42 *Mulieres ob solam paupertatem repelluntur, cum non dicantur omni exceptione maiores.*

43 *Paupertas sola repellit mulieres, quia non dicuntur idoneæ*

44 *Testes vt possint dici omni exceptione maiores debent superare omnem etiam friuolam exceptionem.*

45 *Mulieres quando iuxta Constit. prouinciæ Marchiæ in quolibet maleficio admittuntur, semper intelliguntur admitti, dummodo non sint infames, nec alium patiantur defectum.*

46 *Mulieres quando in subsidium admituntur, quando sunt idoneæ & omni exceptione maiores.*

47 *Mulierum testimonio an sit habenda fides, Iudex multum considerare debet.*

48 *Mulieres quando non sunt nobiles, & magnæ authorita-*

tis nullam faciunt præsumptionem, nec vllum constituunt testimonij pondus.
49 *Mulieres quamuis sint nobiles, & magnæ authoritatis, honestæ, & bonæ famæ, tamen admittūtur ad præsumptionem faciendam tantum.*
50 *Mulieres contra Clericos, & maximè contra Sacerdotes saltim de iure canonico non admittūtur ad testificādū.*
51 *Sacerdotij dignitas, siue ordo non mediocrem in criminalibus facit præsumptionem exclusiuam delicti.*
52 *Testes etiam in crimine occulto, graui, & quando per alios veritas haberi non potest, quando repelluntur, nullum faciunt inditium, quamuis cum tortūra deposuerint.*
53 *Testes quando repelluntur, non possunt ex aliorum numero suppleri.*
54 *Testes quando repelluntur, adminicula non reddunt eos habiles.*
55 *Testes qui volunt supplere, requiritur, vt sint integræ & præstantissimæ fidei, & omni exceptione maiores.*
56 *Inditia indubitata & non leuia requiruntur ad Reum condemnandum pœna ordinaria.*
57 *Inditia indubitata requiruntur ad Reum torquendum. Immo nec etiam plura sufficiunt.*
58 *Inditia ad torquendum debent esse talia, vt vix delictum denegari possit.*
59 *Mulieres nobiles, honestæ & bonæ famæ in criminalibus solumodo aliqualem faciunt præsumptionem.*
60 *Mulieres rusticæ, vilissimæ conditionis, & defectum status, honoris, & famæ patientes, cum haud qualem qualem faciant præsumptionem, nullo modo ad testificandum debent admitti.*
61 *Ratio est, quia nullum constituunt probationis gradum.*
62 *Mulieres quamuis admittantur ad præsumptionem faciendam, tamen ex ipsa sola non torquetur Reus.*
63 *Testis quando dicatur singularis.*
64 *Testes illi dicuntur singulares, quando sunt diuersi & discordes de loco, & tempore, quamuis de eadem re deponant.*
65 *Testes singulares non probant, nec ex eorum dictis ad pœnam criminis imponendam est accedendum.*
66 *Testes singulares dicuntur illi, qui in eorum depositionibus alios testes sibi met ipsis non habent per omnia contestes.*
67 *Testes dicuntur singulares, quando vnus deponit de vno actu & alter de alio ideo in criminalibus non probāt.*
68 *Testes mille singulares tantum probant quantum vnus.*
69 *Singularitatis exceptio per aliorum testium numerum non suppletur.*
70 *Testes singulares prorsus diuersi & si plures sint, pro vno solo habentur, quia vnus dumtaxat de re qualibet testificatur.*
71 *Testes singulares quamuis mille minus probant, quam vnus.*
72 *Testis vnus singularis debilitat dictum alterius.*
73 *Testes singulares, quamuis dicantur admitti ad probandum quid in genere, idest ad inquirendum; tamen non admittuntur ad probandum quid in specie, nempè contra personam Inquisiti; quia exiguntur testes contestes, ac omni exceptione maiores.*
74 *Testium singularitas diuidit, & lacerat testimonia.*
75 *Testes vario modo loquentes auferunt verum sensum suarum depositionum.*
76 *Singularitas vbi est, ibi est etiam varietas.*
77 *Dictum, siue vox vnius, dictum nullius.*
78 *Testis vnus singularis non potest supplere alium.*
79 *Testibus singularibus vt non credatur lege diuina, pontificia, & cæsarea statutum est.*
80 *Testes patientes plures defectus nec etiam in exceptis vllum faciunt inditium.*
81 *Testibus singularibus nec etiam in causa hæresis tam priuilegiata creditur.*
82 *Testes singulares si in alijs criminibus non probant, multo minus in crimine hæresis probabunt: cum in eo vberiores desiderentur probationes.*
83 *Hæresis species nisi sit plene probata; idest per duos testes cōtestes & idoneos nec quis probatur hæreticus.*
84 *Singularitas diuersificatiua dicitur, quando testes diuersi sunt in loco, & tempore, quia videntur deponere de diuersis actibus.*
85 *Temporis diuersitas diuersitatem factorum, seù actuum inducit.*
86 *Testes dicuntur singulares, quando vnus est testis in facto suo proprio, & alius in factis aliorum.*
87 *Singularitas obstatiua est quando ex dictis testium nascitur repugnantia, & contrarietas obstans, & repugnans veritati.*
88 *Testis singularis obstat alteri testi, quando deponit de facto proprio quod est diuersum a factis aliorum, vel deponit de diuerso facto in diuerso loco, & tempore ab alio facto, & non habet alium testem sibi met ipsi contestem.*
89 *Singularitas Cumulatiua, seù Adminiculatiua non dicitur, quando plures testes sunt, & quisq; ipsorum deponit in facto proprio; quia non potest se ipsum adminiculari, & supplere, cum testes non se ipsum sed aliū adminiculari & supplere possit.*
90 *Testis vnus vt alium supplere, & adminiculari possit, opus est, vt sit prestantissimæ fidei, & omni exceptione maior.*
91 *Testis vnus inhabilis non potest supplere dictum alterius.*
92 *Perfectum non potest oriri ex pluribus imperfectis.*
93 *Supplementum, siue adminiculatio testium inhabilium fit in ciuilibus, non in criminalibus.*
94 *Singularitas adminiculatiua vt locum habeat opus est, vt omnes testes deponant super eodem facto, & non vnus de vno, & alius de alio facto.*
95 *Factorum diuersitate testium intentiones, & probationes remanent dubiæ & incertæ.*
96 *Singularitas adminiculatiua vt habeat locum, opus est, vt vnus sit testis in facto alterius.*
97 *Testium munus non est iudicare, sed quod oculis viderunt testimonium ferre.*
98 *Testi affirmanti, quod verè scire non potest, non est credendum.*
99 *Ex diuersis pluribus non potest oriri integrale.*
100 *Probationes diuersæ, & imperfectæ non coniunguntur in criminalibus.*
101 *Testes singulares validum aliquod non faciunt inditium.*
102 *Testium singularium dicta non possunt dici dilucidæ, & claræ probationes.*
103 *Conuictus dici non potest, qui non habet contra se testes idoneos, & legales ac per omnia cōtestes & cōformes.*
104 *Offensus contra offendentem non probat, quia esset testis in causa propria.*

105 *Offen-*

105 Offensum qui se dicit ab aliquo, statim se eiusdem declarat inimicum capitalem.

106 Inimicus capitalis nec in exceptis ad accusandum admittitur.

107 Crimina excepta sunt crimen hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, & similium.

108 Offensio, siue iniuria atrox atrocem, & grauem parit inimicitiam.

109 Offensi, & querelantis dictum nec ad inquirendum, nec ad capturam facit inditium.

110 Offensus quando querelat non ad probationem, sed ad instructionem tantum est examinandus.

111 Offenso etiam in articulo mortis existenti non creditur.

112 Denuncians delictum commissum ab aliquo post tres menses præsumitur calumniosus.

113 Silentium longum in querelando, seù denuntiando arguit dolum & querelam calumniosam.

114 Denuncians delictum post aliquos annos euadit criminosus

115 Criminosus à testificando repellitur.

116 Criminosus quando ad testificandum admittitur, non admittitur sine tortura.

117 Accusatio criminalis par[i]t inimicitiam capitalem.

118 Inimicitia capitalis cont[r]ahitur quando mouetur lis criminalis tam respectu mouentis q[u]à illius cui mota est.

119 Accusatio quando [o]rtum habuit ab inimico, non est attendenda.

120 Copie, non est plus credendum quam originali.

121 Inimicus nec cum tortura admittitur

122 Testis vilis & pauper simul qu[a]muis suum dictum confirmauerit in tortura, nec in d[e]lictis occultis, Diffi[c]ilis probationis & quando veritas per alium haberi non potest, admittitur.

123 Testis plures patiens defectus nihil omninò probat.

124 Tortura purgat vnum tantummodo defectum non duos vel plures

125 Testis vilis ignotus, obscurus, ac vilem artem exercens non admittitur sine tortura.

126 Testis vilis, obscurus, ignotus ac vilem artem exercens maximè in causa capitali, & ardua non admittitur sine tortura.

127 Testis vilis, obscurus, & vilem artem exercens à testificando repellitur.

128 Mulier rustica vilis, & pauper modo vnam domum, modo aliam frequentans, & ad ciuitatem ad res vendendas, aut emendas vadens meretrix præsumitur.

129 Odiosus contra alium nullam fidem facit.

130 Odiosus, & inimicus præsumptus à testimonio repellitur.

131 Odium licet non probetur, tamen vt quis à testificando repellatur, satis est constare de inimicitiæ, & odij causa.

132 Inimicitia capitalis oritur, ex prolatione iniuriarum.

133 Inimicitia capitalis oritur, quando quis altercatus fuit cum aliquo.

134 Testes deponentes per eundem premeditatumq; sermonē suspecti sunt, quod antea coniurauerint, & subornati fuerint.

135 Testes reddentes eandem causam & rationem presumuntur subornati.

136 Testis tractans de se exculpando, & alium inculpando etiam in occultis, etiam cum tortura non probat

137 Testis reprobatur, etsi cum tortura attestaretur, factum propriũ in depositione habens crimen admixtũ cũ alio.

138 Tortura proprij intereße vitium non supplet.

139 Testis tractans de suo vituperio, & damno euitando, & de bona fama, & honore acquirendo, non probat.

140 Testis habens contra Inquisitum consimiles causas nullã facit fidem.

141 Testis deponens contra Sacerdotem non solum debet esse omni exceptione maior; sed etiam à macula animæ, & corporis abesse debet.

142 Sacerdos semper præsumitur bonus, & verax.

143 Testis spontè se subijciens examini non probat, quia Inquisiti euasit inimicus.

144 Inimicus præsumptus à testimonio repellitur.

145 Testis nimis animosè, & audacter deponens à testificando repellitur.

146 Testimoni[u]m procaci non creditur.

147 Testis solum quæ audiuit testificari potest, non autem quæ non audiuit

148 Mulier se examinans sub spe reportandi pudicitiæ & castitatis laudem non probat.

149 Testi quotiens p[o]test ascribi laus seù vituperium in causa, in qua deponit repellitur, quia non est idoneus.

150 Testis bisse examinãs contra aliquem repellitur quia ex secunda depositione euasit eius inimicus.

151 Laicus contra Sacerdotem in causa criminali nullum parit induium.

152 Laicus non est par Clerico gradu & dignitate.

153 Testis vbi ob reuerentiam repellitur, examinatus nullum parit inditium.

154 Laicus contra Clericum tribus de causis testimonium ferre non potest.

155 Testi inuerisimilia deponenti non creditur, quia falsum deposuisse præsumitur.

156 Verisimile multum est attendendum à Iudice.

157 Inuerisimile quod est, habet falsitatis imaginem.

158 Inuerisimile quod est, non est credibile.

159 Sacerdos Magistratibus præponitur.

160 Inditia si[n]gula sunt plenè probanda; idest per duos testes contestes, & idoneos.

161 Inditia leuia etiam in causa hæresis nec ad carcerationē, nec ad torturam; sed ad solã p[r]æsumptionē [s]ufficiunt.

162 Inditia ad torturam debent esse verisimilia probabilia, non leuia equiuoca, vel persunctoria, [s]ed grauia, vrgentia, propinqua, certa, clara, & luce meridiana clariora.

163 Tortura vt infligi p[o]ssit, Iudex etiam in occultis & difficilis probationis, non solum debet esse quasi certus de delicto commisso, sed etiam vt nil aliud sibi desit quam delinqnentis confessio.

164 Inditia tanto debent esse grauiora, & vrgentiora quanto crimen est grauius, & atrocius; c[u]m de graui agatur præiudicio.

165 Inditium vnum etiam in crimine hæresis non sufficit ad torturam sed plura requiruntur.

166 Inditia plura leuia simul iuncta in criminalibus non sufficiunt ad torturam.

167 Inditia singula in suo genere imperfecta, quamuis plura, non possunt iungi ad faciendum vnum inditium perfectum ad torturam.

168 Inditia imperfecta quæ dicantur.

169 Tortura etiam in atrocissimis non potest inferri, nisi legitima adsint inditia, quamuis in similibus Iudex debet esse promptior ad eam infligendam.

170 *Inditia quando non sunt indubitata, sed sunt quadam hominis præsumptiones, ad aliquam præsumptionem deueniri non potest.*

171 *Inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt.*

172 *Inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*

173 *Testi de auditu nunquam est standum.*

174 *Testis de auditu nullam præsumptionem facit.*

175 *Testis deponenti audiuisse ab offenso minus creditur.*

176 *Testis de auditu auditus nihil prorsus probat.*

177 *Mulier quando forma est turpis, cessat præsumptio, quod quis cum ea carnaliter deliquerit.*

178 *Infamis ille verè dicitur, qui propria oris confessione fatetur delictum.*

179 *Infamis sine tortura contra alium non potest admitti.*

180 *Infamis contra alium etiam cum tortura non potest admitti.*

181 *Infamia non in criminalibus, sed in ciuilibus purgatur per torturam.*

182 *Infamia facti tollitur per solum Deum.*

183 *Testes inhabiles, quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur in subsidium, sed ad inquirendum tantũ.*

184 *Infamis caret fide, & quia testimonij fundamentum est fides. ideo non probat, cum eius status sit maculatus iuris dispositione.*

185 *Infames non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur.*

186 *Infames admittuntur in crimine occulto graui, & quando aliter veritas haberi non potest, quando agitur ciuiliter, non autem criminaliter.*

187 *Socius criminis infamis criminosus, vilis, & qui plures patitur exceptiones etiam in exceptis contra consocium nullum parit inditium.*

188 *Confessus de se non creditur in alios nisi ad inquirendum.*

189 *Socius criminis ad testificandum non admittitur, quia esset testis in causa propria.*

190 *Testi sibi ipsi contrario nulla est adhibenda fides.*

191 *Testis vnum deponens, si ex interuallo aliud testificetur; etiam in tortura, nullam facit fidem.*

192 *Testis iudicare non debet suspicionis arbitrio.*

193 *Testis deponere debet de his, quæ certitudinaliter nouit.*

194 *Testi nimis animosè deponenti nullo modo est standum.*

195 *Varietas in teste facit, vt sine alio inditio possit condemnari de falso.*

196 *Varietas in teste facit, vt sine alio inditio torqueri possit.*

197 *Periurus tam in exceptis, quam in non exceptis omninò à testificando repellitur.*

198 *Periurus etiam quod cum tortura deposuerit, in criminalibus non admittitur.*

199 *Periurium non purgatur per torturam.*

200 *Periurium vbi est, nulla iuramenti religio in eo considerari potest.*

201 *Periurus est infidelis Deo, & qui est infidelis Deo, hominibus fidelis esse non potest.*

202 *Mendax in vno mendax in omnibus, & in totum reputatur falsus, & mendax.*

203 *Iuramentũ est indiuisibile.*

204 *Attentatum, siue conatus nec in atrocissimis punitur, nisi sequatur effectus.*

205 *Verba, quando est dubium, an inferant inhonestatem contra mulieres, semper sunt interpretanda, vt nullam inhonestatem inferant.*

206 *Verba quando possunt accipi in bonum, & in Malum, nunquam sunt interpretanda in damnum proferentis, sed secundum illius mentem.*

207 *Verba quando sunt dubia, ambigua, & multipliciter intelligibilia, in dubio sensus bonus accipi debet, quo delictum euitetur.*

208 *Verba dubia regulariter interpretantur ad fauorem proferentis.*

209 *Verba lasciua v. g. Core mio, bene mio, non denotant delictum; quia est dubium an quis ad malum, vel ad bonum protulerit & in dubio in bonum accipi debent.*

210 *Sermo, qui habet dupplicem sensum, idest quod accipi potest in bonũ, & in malũ sensũ bonus, accipi debet.*

211 *Verba dubia, & multipliciter intelligibilia semper sunt interpretanda contra Fiscum & instigatorem.*

212 *Inimicitiam qui contrahit cum vno de vna familia, præsumuntur ei inimici omnes de dicta familia.*

213 *Tortura si quis variat a primo dicto, eius variatio non dicitur sanata per d. torturam.*

214 *Offendens aliquem in persona oritur inter eos inimicitia capitalis.*

215 *Sacerdoti oscula, & similia capienda sunt in bonam partẽ.*

216 *Mendaces oportet esse memores.*

217 *Inimicitia capitalis oritur ex sola iniuriarum prolatione.*

218 *Famæ bonæ probatio omnia purgat inditia contra Reum existentia.*

219 *Famæ bonæ probatio in genere tollit inditia de delicto in specie.*

Famæ bonæ probatio elidit inditia, quamuis essent sollemnia, & legitima.

220 *Famæ bonæ probatio tollit inditia ad torturam redundantia etiã in atrocissimis, ex dictis sociorũ criminis.*

CONSILIVM I.

IN defensionem. N. iniustè querelati; quod aliquas mulieres, singulas tamen diuersis locis, & temporibus non solum pluries ad turpia, & inhonésta sollicitauerit, sed etiam ipsarum nonnullas carnaliter cognouerit; illud omninò dicendum censeo, quod malè sentiunt DD. illi, qui dicũt, quod in delictis grauibus, occultis, difficilis probationis, & quando per alios veritas haberi non potest, tã ad torquẽdũ, quã ad probandum, & condemnandum admittuntur, & probant etiam testes inhabiles, vt sunt dd. mulieres contra ipsum examinatæ, quia ex
1 mea sententia secus est: Nanque in quolibet grauissimo crimine dd. testes quando dicuntur admitti, & probare, admittuntur, & probant in genere, idest ad præsumptionem faciendam, aut ad inquirendum, nempè ad assummendas informationes delicti commissi; non autem in specie, idest contra per-

personã Inquisiti, videlicet ad ipsum conuincendum, torquendum, & condemnandum. l.
seruos. ff. de test. Clar. q. 24. vers. vidi et plerũq; Frãc. c. 1. n. 4. de test. in sexto Riminal.
cons. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Muscatell. in
pract. crim. pag. mihi 222. num. 9. & 12.
2 Et id quamuis coadiuuentur adminiculis.
Bal. in l. falsas. num. 3. C. de furt. Angel. in l.
si quis ex argentarijs. §. cogantur. num. 6. ff.
de eden. Marf. sing. 554. memini. Aym. cons.
9. & 12. Natt. cons. 298. num. 10. lib. 2. Rolan. cons. 98 num. 34. vol. 4. Farinac. q. 43.
3 num. 153. Ratio est, quia testes ad probandum, & condemnandum debent esse integri,
fide digni, omni exceptione maiores, & luce
(vt aiunt) meridiana clariores; prout etiam
ad torquendum. l. qui vltimò in fin. ff. de pœn.
quam allegat Bart. in l. cunctos populos, &
declarat ibi Ias. num. 51. l. sciant cuncti. C.
de probat. canonizata 2. q. vlt. c. Sciant cuncti. Vbi loquitur de probat. test. addit idoneorum; & dum de probat. inditiorum addit
indubitatorum, & ibi not. luce meridiana
clariorum. Farinac. q. 56. num. 121. & q. 43.
num. 115. Soc. Iun. de reg. 425. in 1. fal-
4 lent. Glos. & communiter DD. Et hanc adducunt rationem, quia cum in criminalibus
de hominis salute tractetur, ideò arctior requiritur probatio. l. qui accusare. C. de probat. Boer. decis. 164. num. 1. Dec. cons. 415.
Farinac. q. 86. num. 6. Bois. tit. de conuict.
num. 9. 11. & 13. Vulpell. cons. 12. num. 8.
5 Quod procedit etiam ad conuincendum hæreticum. l. vlt. C. de probat. Oldrad. cons.
210. Anchar. in c. accusatus. in princ. de hæret. lib. 6. Simanc. Enchirid. tit. 34. de pro-
6 bat. num. 1. Alia quoque adest ratio, quia
quanto crimen est grauius, & atrocius (vt
aliàs dictum est) tanto inditia debent esse
grauiora, validiora, & vrgentiora. c. Vbi periculum de elect. in sexto Rolan. cons. 361.
num. 32. vol. 3.
7 Et nè testes dicantur omni exceptione maiores, sufficit quilibet defectus, quælibet macula, & quælibet exceptio etiam minima aut
in dictis, aut in personis ipsorum. Vt post
multos, quos allegat, scribit Mascard. de
probat. lib. 1. in præfatione. q. 6. num. 68.
seq. & lib. 2. conclus. 855. num. 10. Aret. in
c. litteris, col. 6 vers. sed sequitur. de test. Ias.
8 in l. si quis. col. 1. ff. si quis caut. Vnde omninò dicendum, quod illi testes dicuntur
omni exceptione maiores, quibus nihil potest opponi, & superant etiam omnem stiuo-
lam exceptionem, & nullam pœnitus patiuntur maculam; immo & vndiq; sunt inuulnerabiles, aliàs secus. l. 1. §. Idem Cornelio.
l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff.
9 de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi
reprehendit Iudices, qui de facili ex depositione testis inhabilis Reos torquent. Vbi
attestatur de communi. Alex. cons. 180. col. 2.
vol. 6. Gram. cons. ciuil. 59. num. 17. & cons.
35. num. 35. Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. nu. 59.
Bart. in l. maritus. ff. de quæst. Glos. in § Item
verborum. Instit. tit. de inutil. stipul. Crott.
tract. de test. num. 10. Glos. notab. in c. 1. in
verb. maiores. de consanguinit. & affinit.
Paris. cons. 152. vol. 4. nu. 6. Cœpol. cons.
32. num. 2. seq. loquens in proprijs termi-
10 nis. Bursatt. cons. 20. n 22. lib. 1. Vbi quod
mulieribus plenè non creditur in criminalibus ob magnitudinem præiudicij. Cæphal.
cons. 233 num. 23. lib. 2. Dec. cons. 429.
num. 12. vers. quarto in criminalibus. Mascard. de probat. conclus. 459. num. 6. & 9.
lib. 2. & conclus. 1360. num. 4 Farinac. q.
61. num. 22.
Illudque dd. DD. apprimè scire debent,
q̃ qñ in crimine occulto, & difficilis proba-
11 tionis testes inhabiles dicũtur admitti, & probare, admittitur, & probant tantũ, quãdo de
crimine agitur ciuiliter, secus si criminaliter.
Ità Bois. post Bart. Aret. & alios, quos allegat in tit. de indit. num. 177. Ratio est, quia
(vt dictum est) in criminalibus testes de-
12 bent esse omni exceptione maiores: Inhabiles verò, si admittantur, non sunt omni exceptione maiores. Bursatt. cons. 216. num.
39. Vbi alijs relatis attestatur de communi
opinione. Ludou. Peguer. decis. crim. 17.
13 num. 38. in fin. & seqq. Et licet vulgò dici
soleat, quod in atrocissimis licet Iudici iura
transgredi; Sanctius tamen est, & multo melius facit Iudex, etiam in atrocissimis iuris
dispositionem adamussim seruare, quam iura
transgredi. Vt benè tradit Iodoc. in pract.
crim. c. 55. num. 9. vers. in omnibus verò delictis, Mars. in pract. §. diligenter. num. 175.
Gram. vot. 34. in fin. Rolan. cons. 12. nu. 76.
14 lib. 3. Imò etiam in atrocissimis ad torquendum Reum legitima præcedere debent inditia. Rolan. d. cons. num. 89. Riminal. cons.
15 361. num. 32. seq. lib. 3. Et quatenus secundum vulgi opinionem dicere velimus, in
atrocissimis licere Iudici iura transgredi; id
vtique intelligitur in puniendo, & sic postq̃
plenè, & verè constat de delicto commisso;
secus

secus autem in procedendo, vbi est dubium, an Reus commiserit delictum, vel non. Foller. in pract. crim. in verb. Item quod suffocauit sororem. num. 57. Boss. tit. de for. compet. num. 65. Gabr. lib. 7. conclus. 1. num. 28. Rolan. cons. 7. num. 42. lib. 1. & cons. 12. num. 72. seq. lib. 3. Hieron. Gabri. conclus. 170. nu. 26. lib. 1. & est communis opinio. Vt per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 137. num. 5.

16 Nec facit, si per dd. DD. dicatur, quod testium inhabilium numerus supplet defectum alterius testis minus idonei; quoniam id procedit (vt dictum est) in ciuilibus, non autem in criminalibus. Ias. in Auth. si verò contigerit. C. de Iud. Mars. sing 477. vers. limita tamen. & cons. 109. n. 6. Hyppol. sing. 477. vers. limita tamen. Ruyn. cons. 149. num. 11. lib. 2. Bursatt. cons. 32. num. 13.

17 lib. 3. Ratio est, quia quod nihil est supplementum non recipit. l. sed si manente. ff. de preuar. Rolan. cons. 16. num. 18. vol. 1. Bertaz. cons. 28. num. 3. & cons. 234. nu. 1. lib. 1. Vbi attestatur de communi. Dec. cons. 133. vol. 4. Gram. cons. 45. Farinac. cons. 6. num. 19.

18 Cæterum vt dd. DD. pœnitus à sua recedant opinione, dicitur, quod nec etiam omnes testes inhabiles admittuntur ad d. præsumptionem faciendam, seù ad inquirendum; quoniam in delictis atrocissimis solummodo possunt testificari illi, qui sunt simpliciter inhabiles, non autem qui sunt perpetuò inhabiles, veluti dd. mulieres: Nanque cantat Constitutio Pij Quinti in Bullario par. 2. fol. mihi 137. & subintrat quoque dispositio Constititionis Sixti Quinti 6. in ordine de qua in Bullario. par. 2. fol. mihi 375. nonnullos delinquentes, qui sunt declarati perpetuò inhabiles, etiam quòd veritas aliter haberi non possit, & agatur de crimine atrocissimo testificantes nulum pœnitus facere inditium, & maximè ad torturam. Fœlyn. in c. cum dilecti. num. 10. seq. de accus. Riminal. cons. 361. n. 9. Mars. sing. 197. post med.

Quæ cum ità sint, illud firmissimè assero, quod non solum dd. mulieres in hac crimi-

19 nali causa examinatæ; Sed etiam omnes aliæ, cum ex iuris canonici dispositione ad testificandum sint perpetuo inhabiles, omninò sũt repellendæ. Probatur in c. mulierem. ibi nec testis esse, & ibi Glos. in verb. nec testis. 33. q. 5. & in c. forus. in fin. ibi si vir, non fœmina. Et ibi Glos. in verb. Fœmina. de verb. significat. Item Glos. in c. quoniam. in verb. mulieres. vers. istud sic intelligi debet èxt. de test. Farinac. q. 59. num. 3. Et quando testes ad testificandum sunt perpetuò inhabiles, nullo modo attenduntur. Ioan. Andr. in summario. Anan. num. 1. Bal. in summario. Abb. num. 1. Fœlyn. & Aret in summario. Monticell. in suo Reperto. test. verb. laicus contra Clericum. fol. 47. col. 1. vers. 2. seq. Mascard. de probat. conclus. 962. lib. 2. nu. 1. Et ità cantant supradictę Constitutiones Pij Quinti. & Sixti V. Et maximè qñ dd. Mulieres deponũt in causa capitali graui. Ioã. Andr. ad Spec. tit. de test. §. 1. Alex. cons. 11. nu. 2. Cœpoll. cons. 32. Mars. cons. 22. Gram. cons.

20 24. In terris verò Ecclesiæ seruatur ius canonicum. Horat. Lut. cons. 161. num. 17. lib. 1. Hyppol. Riminal. cons. 217. num. 2. lib. 2. Et est receptissima sententia, quod in terris Ecclesiæ mediatè, & immediatè subiectis mulieres non admittantur ad testificandum. Ioan. Andr. cons. 17. Petr. Duena reg. 315. Clar. lib. sent. § fin. q. 24. vers. iure ca-

21 nonico. Vulpell. cons. 1. num. 7. Et iure quidem optimo in criminalibus repelluntur; tum quia, cum sint inhabiles ad Sacerdotium, non possunt deponere contra sacerdotem. 2. q. 7. c. ipsi Apostoli. col. 3. c. accusatio

22 Episcoporum. 2. q. 7. Tum etiam de earum natura sunt fallaces, mendaces, periuræ, dolosæ, mutabiles, corruptibiles. Vt scribit Alber. in l. qui testamento. §. mulier. num. 1. ff. de testam. nec dissentit Aristot. lib. 9. de animalibus. c. 1. Barbat. cons. 54 num. 2. lib. 1. Tiraquell. ff. connubial. l. noua num. 45. seqq. reassumit Mascard. de probat. conclus. 762. num. 3. Farinac. d. q. 59. num. 4. Gram.

23 cons. 42. Et D. Paul. ad Thimot. primo c. 5. Mulieres verbosas appellat.

24 Repelluntur etiam, quia in dubio fœminæ semper præsumuntur malæ. Vt scribit Bart. in l. Pater Seuerinam. §. Socrus. ff. de condit.

25 & demonstrat. Et quidam aiunt in toto corpore iuris non reperiri mulierem aliquam (sanctis mulieribus exceptis) semel bonam appellatam. Et plura contra Fœminas allegata leguntur in Sylua Nuptiali lib. 1 in princ. num. 8. seqq. quod citra iniuriam dictum sit. Hinc est, quod de iure canonico d. c. forus. de verb. significat. Gram. cons. 43. n. 3.

26 nec etiam examinatæ aliquod faciunt inditium. Bart. in l. 1. § si cum quid. ff. de quæst.

27 Alia quoque adest ratio, quoniam fœmina varium, & mutabile cor habet, & varium, &

mu-

mutabile testimonium induci, d. c. forus. §. testes.de verb. significat. Et ibi Glos.in verb. Varium adducit versum. Quid leuius fumo? Flamen. Qiud flamine ? ventus. Quid vēro ? Mulier. Quid muliere ? Nihil. Vnde benè alius versus. Fœmina fallere, falsaque dicere, quando carebit Beccaria piscibus, & Mare fluctibus tumque carebit. Et alibi Fœmina nulla bona, quia ter mutatur in hora.

Additur etiam, quod mulieres pluribus alijs de causis à testificando sunt repellendæ.
28 Prima causa est, quia ob paupertatem faciliores sunt ad amandum, & faciliores ad peierandum. Bursatt.cons.346.num.13.vol.4. Vbi quod ista opinio est maximè æquitati consona, nec dissentit Riminal. cons. 217.
29 num.2. lib.2. Secunda causa est, quia mulieres à molitie mentis, & inconstantia sunt di-
30 ctæ instabiles. 23.q.7. c. proposuisti. Tertia causa est, quia sunt plenę rimarum, & solummodo celare solent, quod ignorāt, vt faciunt pueri. Et Cato in omnem vitam pœnituit, se arcani quicquam mulieri credidisse: Quo circa Aristoteles lib.5. Politico. c.11. scribit inter multa, quibus diutius imperium Tirannis construuatur, illud est, cum facultas datur mulieribus vagandi per domos, ex quo secreta pandeant. Et S. Antonius in sua 3. par. contra Mulieres infrascriptum recitat Alphabetum.

Mulier est

31 *Auidum animal,*
Bestiale Baratrum,
Concupiscentia carnis,
Damnosum Duellum,
Estuans Aestus,
Falsa fides,
Garrulum Guttur,
Hermus armata,
Inuidiosus ignis,
Kalumniarum Kaos,
Lapida lues,
Monstruosum mendacium,
Naufragi Notrix,
Opifex odij,
Prima peccatrix,
Quietis quassatio,
Ruina regnorum,
Silua superbiæ,
Truculenta Tyrannis,
Varietas varietatum,
Xantia Xersis,
Ymago Ydolorum,
Zelus Zelotipius.

Itaque cum mulieres tot, tantosque patiantur defectus, parum, aut nihil refert, si per dd. DD. dicatur illas in atrocissimis in subsidium
32 esse admittendas; quoniam id procedit, quando actu, & habitu, & ex natura negotij alij testes habiles haberi non possunt: Verum quando delictum prætenditur patratum in via publica, de die, & sic habiles possunt ha-
33 beri, secus. Et quando in subsidium dicuntur admitti in crimine excepto, admittuntur ad accusandum, seù ad denuntiandum tantum. Glos.in d.c.forus. in verb. Fœmina;
34 non autem ad torquendum, probandum, & condemnandum; quoniam non dicuntur omni exceptione maiores, prout requiritur in causis criminalibus (vt dictum est) l.sciant cuncti. C. de probat. d. l. qui vltimò. ff. de pœn. Bos. tit. de conuict. & post Parid. de Put. quem allegat, tradit Bertaz. d. cons. 116. numero 19.

Cæterum quid multa? illud omninò dicitur, quod milieres omnes in omnibus, & per omnia regulariter non sunt omni exceptione maiores. Cœpoll.cons. 32.col. 2. Crauett.
35 cons.99.nu.5. Immo nec etiam in exceptis; immo ex solis earum dictis non dicuntur testes omni exceptione maiores, prout in causa capitali, & ardua requiritur. Veronen. cons. 32.col.2. Alex. cons.99.lib.1. & cons. 176. lib.2. quem refert, & sequitur Dec.l.2.col.4.
36 vers. & casu quo. ff. de reg. iur. Sed earum dicta sufficiunt solum ad faciendum modicam præsumptionem; non autem ad torquē-
37 dum, & probandum: Ratio est, quia (vt dictum est) ad torquendum, & probandum testes debent esse omni exceptione maiores. Soc.de reg. iur.425. lib. 1. fallent. Farinac. de indit.& tortu. q. 43. num. 115. Cæphal. cons. 32. Rolan. cons. 24. num. 63. lib. 1.
38 Et est regulare, quod testes subsidiarij, vt sūt dd. mulieres, non admittuntur in causis vt integri. Butr. cons. 24. in fin. Alciat. reg. 1. præsumpt. 39.num.5. Bos.de indit.n.176.
39 Et id quamuis essent plures; quia etiam tunc nec ad torquendum, nec ad condemnandum sufficiunt. Ità Bal.in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit.& fid.cathol.& in l. 1.ff. de quæst. quem refert, & sequitur Gram. cons.
40 32. num. 14. Et maximè quando sunt infames infamia facti. Vulpell.cons.95. nu. 5. Vbi quod isto casu nec in subsidium admittuntur, quamuis etiam cum tortura. Per ea, quæ tradit Bos. in tit. de tortu. test. num.3. Igneus in l. 1. §. serui appell. num. 79. cum plu-

pluribus seqq. ff. ad Sillan. Marf. cons. 102.
num. 15. præsertim quando pluribus scatent
morbis. Soc. cons. 118. in princ. Dec. l. fœ-
minæ. ff. de reg. iur. Vulpell. d. cons. 9. nempè
quando sunt pauperes, viles, inhonestæ, cul-
patæ vitæ, atque status, famæ, honoris, &
personæ patiuntur defectum; quoniam tunc
modicum faciunt inditium, aut pœnitus re-
pelluntur. Gram. cons. 59. vol. 2. latè Rolan.
d. cons. 24. num. 63. lib. 1. l. 3. vers. culpatæ
vitæ. ff. de test. Alex. cons. 11. vol. 1. Crott.
tract. de test. num. 46. c. licet. de for. compet.
42 latè Gram. cons. 38. num. 8. Immo sola pau-
pertas ipsas repellit, cum non dicantur ido-
neæ, prout requiritur in criminalibus. Bal. l. si
43 quis testium. num. 5. de test. Et quando te-
stes requiruntur omni exceptione maiores,
44 debent superare etiam omnem friuolam ex-
ceptionem. Alex. cons. 180. vol. 6. col. 2.
Gram. cons. 59. num. 17. in criminalibus.
45 Et quamuis iuxta Constitutionem Prouinc.
March. lib. 4. recipiantur in testimonium in
quolibet maleficio; semper tamen intelligun
tur recipi, dumodo non sint infames, nec
alium patiantur defectum. Vulpell. d. cons.
95. num. 5. Vbi quod isto casu mulier nec
in subsidium admittitur (vt dictum est) Marf.
d. cons. 102. num. 15. Quam Constitutio-
nem refert Farinac. tract. de opposit. contra
46 test. q. 59. num. 16. & dicit tantum habere
locum, quando sunt idoneæ, dignæ, & omni
exceptione maiores. Ioan. de Amic. cons.
87. num. 8. seq. lib. 1. Dec. cons. 310. nu. 5.
Rolan à Valle d. cons. 24. num. 64. seq. lib. 1.
47 Et Iudex multum considerare debet, an mu-
lierum testimonio sit habenda fides, nec nè,
ac illarum qualitates pariter considerare de-
bet. Ita eleganter scribit Iodoc. in pract. crim.
c. 50. Rubr. de probat. test. num. 25. Et eo
magis repelluntur, quandò tam ratione loci,
quam temporis possunt haberi testes habiles;
puta quia de die, & in via publica prætendi-
48 tur commissum delictum: Ratio est, quia mu
lieres quando non sunt nobiles, & magnæ
authoritatis non admittuntur in testimoniũ.
Tradit Castren. l. lutius. ff. de infam. Blanc.
49 tract. de indit. num. 367. Immo etiam quam-
uis sint nobiles, magnæ authoritatis, honestę,
& bonæ famæ, admittuntur tantum ad præ-
sumptionem faciendam, ex qua sola Reus
torqueri, & condemnari minimè potest.
Et maximè Sacerdos. Iacob. Leonissa cons.
crim. diuers. lib. 1. cons. 55. numero 12.
50 Nec ab re videri debet; quoniam mulieres
contra Clericos, & maximè Sacerdotes sal-
tim de iure canonico non admittuntur ad
testimonium. d. c. mulierem. q. 5. d. c. forus.
§. fin. de verb. significat. c. quoniam. & ibi
Glos. & communiter DD. de test. Spec. in
tit. de test. §. 1. num. 83. vers. secundum Ca-
nones autem. Alber. in d. l. qui testamento. §.
mulier. num. 4. vers. de iure autem canonico.
& ibi Paul. de Castr. & Innoc. ff. de testam.
Rolan. d. cons. 24. num. 13. lib. 1. Farinac. d.
51 cons. 38. num. 11. Ratio est, quia sacerdotij
dignitas, siue ordo non mediocrem in crimi-
nalibus de se facit præsumptionem exclusi-
uam delicti, ex quo habet pro se iuris præ-
sumptionem; Et volens probare contrarium,
clariores, & lucidiores debet deducere pro-
bationes. Dec. cons. 175. num. 15. Cæphal.
d. cons. 138. num. 18. lib. 1. Et hæc iuris prę
sumptio dicitur liquidissima probatio. l. licet
Imperator. & ibi Alex. & Ias. de legat. primo
Glos. in l. tutor petitus. C. de petit. tuto. In
tantum quod Reo ad reportandam victoriã
sufficit probatio per similem præsumptionẽ.
Angel. in l. 1. secundo notab. C. de testam.
52 Fœlyn. Rubr. de Reprobat. col. 2. Et quando
testes repelluntur, nullum ferè faciunt indi-
tium, quamuis cum tortura deposuerint.
Aym. cons. 66. num. 55. & 57. Gratt. cons.
45. num. 22. in fin. Cæphal. cons. 65. num.
27. seq. lib. 1. Burlatt. cons. 135. num. 2.
Vbi attestatur de communi scripserunt id pro
cedere etiam in crimine occulto graui, &
alias in casu in quo per alios veritas haberi
non possit. Fœlyn. d. c. cum dilecti. num. 10.
seq. de accusat. Hyppol. cons. 361. nu. 9. &
53 27. Nec possunt ex aliorum numero supple-
ri. Gram. decis. 11. num. 20. Natt. cons. 298.
num. 10. lib. 2. Gabriel tit. de test. conclus. 7.
num. 8. Rolan. cons. 98. num. 34. Franc.
Bec. cons. 85. num. 19. lib. 1. quoniam admi-
54 nicula non reddunt eos habiles. Vltra quod
testes, qui volunt supplere, requiritur, vt sint
non solum integri, sed præstantissimæ fidei,
& omni exceptione maiores. Aym. cons. 99.
num. 10. Corn. cons. 172. n. 2. lib. 2. Gabriel.
tit. de test. conclus. 5. num. 4. seq. lib. 1. Franc.
Becc. cons. 45. num. 20. l. sciant cuncti. C. de
probat. Bos. tit. de conuict. Et post Parid. de
Put. quem allegat, tradit Bertaz. cons. 116.
num. 19.

Cæterum quid multa? illud omninò dicitur,
quod mulieres omnes iure optimo à testifi-
55 cando repelluntur: Ratio est, quia ad Reum
condemnandum pœna ordinaria requiruntur

tur inditia indubitata, non autẽ leuia, vt sunt inditia ipsarum contra Inquisitum examinatarũ. Bal. in l. fin. in fin. C. de probat. nec dissẽtit Clar. q. 20. vers. scias tamen, loquens de Reo grauato inditijs indubitatis, & violentissimis; quæ nimirum nec etiam ad torturam sufficiunt, quamuis nullam habeant difficultatem, quare delictũ fuerit commissum. Ratio est, quia inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt. Bois. tit. de con-
57 uict. nu. 35. Nec ab re videri debet, quoniam nullum inditium est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrariũ. Boer. decis. 165. n. 1. Et dato, & non concesso quod sufficiant; tamen debent esse talia, quod non solum nullam habeant difficultatem ẽt minimam. Bols. de indit. ante tortu. n. 37. Bertaz. cons. 60. n. 8. lib. 1. Vbi de cõi; sed etiam opus est, vt crimen tangant. Glos. in c. 1. de cõfess. ob illam dictionem Aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos. in L quidam relegatus. in verb. amicis. ff. de reb. dub. Quod maximè à Criminalistis, & in criminalibus est notandũ. Angel. l. conditiona-
58 liter. C. de quæst. Veronen. cõs. crim. 39. n. 8. Immò inditia debent esse talia, vt vix possit denegari delictum. Osac. decis. 79. nu. 55. seq.
59 Quæ quidẽ inditia cũ de iure nec ẽt possint parere mulieres nobiles, honestæ, & bonę famæ, quæ solumodò in criminalibus aliqualẽ faciunt præsumptionem. Gram. cons. 59. vol. 2. multo minus facere possunt mulieres contra Inquisitum examinatæ; cum sint rusticæ, vilissimę conditionis, & defectum status, honoris, & famæ, quod citra iniuriam dictũ sit,
60 patiãtur; Vnde cum nec etiam qualem qualem faciant præsumptionem, nullo modo ad testificandum potuerunt admitti. latè Rolan.
61 d. cons. 24. n. 63. lib. 1. Quinimò quod magis est, nec mulieres nobiles, magnę authoritatis, honestæ, & bonæ famæ (vt dictum est) nullã faciunt præsumptionem, nec vllũ constituũt ꝓbationis gradũ Tradit Castrens. l. lutius. ff. de infã. Blãc. tract. de indit. n. 367. Sed dato,
62 & nõ cõcesso, ꝙ admittãtur ad d. præsũptionẽ faciẽdã; tamẽ ex ipsa sola nemo potest torqueri, aut damnari, & maximè Sacerdos. Iacob. leonissa cõs. cri. diuers. lib. 1. & cõs. 55. n. 12

Additur quoq; quod dd. mulieres ex pluribus alijs infradicendis in hac criminali causa pro
63 bant. Primò quia omnes sunt singulares in earum depositionibus. cum. N. Inquisitũ diuersis locis, & temporibus eas carnaliter cognouisse, atq; ad turpia & inhonesta sollicitasse deposuerint c. licet causã. Vbi not. õnes de probat. l. iusiurandi. C. de test. Viui. commun. opin. in verb. singularis, & ideò nõ sunt attendendæ. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. §. septimum inditiũ. nu. 8. Foller. in pract. in verb. Et si confitebuntur. nu. 2. par. 2. Viui opin. 138. num. 6. Burlatt. cons. 166. num. 20. seq. lib. 2. Vbi de comuni. Bagarott. tract. de test. n. 63. Crott. tract. de test. n. 324. Ratio est,
64 quia testes de loco, & tempore diuersi, & discordes; quamuis de eadem re deponant, tamen singulares sunt, ideò non probant, neq;
65 ex talium dictis ad pœnam criminis imponendam vllo modo est accedendũ. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 618. seq. cõm. 121.
66 col. 1. seq. Et illi testes singulares dicũtur, qui in eorũ depositionibus alios testes sibi metipsis nõ habent per omnia cõtestes, & cõformes, seù concordes. Vt optimè scribit Pract. Papiẽs. in forma opposita cõtra test. vers. sũt etiã singulares. Director. Inquisit. 3 par. pag. mihi 616. cõm. 161. col. 2. Imo testes dicũtur
67 singulares, qñ vnus deponit de vno actu, & alter de alio, ꝓut in casu de quo agitur; ideò nõ ꝓbãt, nec in criminalibus debent admitti. Clar. q. 3. vers. dixi ẽt. Bertaz. cons. 273. n. 5. seq. vbi alios refert, & cõs. 452. n. 16. seq. Vbi de magis cõmuni, & veriori. Director. Inquisit. par. 3. cõm. 121. vers. postremò. Vnde Bal. in d. l. iusiurandi. col. 3 nu. 4. vers. deinde nota rationẽ, dicit tãtũ probare mille testes singu-
68 lares, quãtũ vnus; tũ quia nume. nõ supplet hãc exceptionẽ singularitatis. Idẽ Bal. ibidẽ.
69 Fœlyn. in c. licet ex quadã. n. 2. col. 3. vers. vnde tãtũ ꝓbãt mille. ẽxt. eo. Dec. in c. licet causã. n. 61. de probat. Ial. in l. admonẽdi. n. 256. & ibi etiã Caccialupus post num. 84 ff. de iu reiuran. Alex. cons. 21. nu. 2. lib. 4. Farinac. q. 64. n. 37. nec dissentit Gabriel tit. de test. conclus. 2. in princ. post Mars. & alios, quos alle-
70 gat: Tum etiã quia testes singulares prorsus diuersi, vt sũt dd. mulieres etsi plurimi sint, ꝓ vno tamẽ solo habẽtur; quoniã vnus dũtaxat de re qualibet testificatur. c. nihilominus 3. q. 9. Bal. in l. iusiurãdi. C. de test. Dec. cõs. 649. Simãc. Enchirid. tit. 37. de test. singul. nu. 3.
71 Imò testes singulares, quãuis essent mille, minus probãt, quã vnus. Idẽ Bal. in l. de quibus. col. ãtepen. vers. sed nũquid testis. ff. de legib.
72 Vbi ꝙ de test. singularibus vnus debilitat dictum alterius, nec dissentit Dec. cons. 534.
73 nu. 11. seq. Et licet aliqui DD. dicant, testes singulares admitti ad probandũ quid in genere, idest ad assumendas informationes,

idest ad inquirendum; tamen quando agitur de probando quid in specie, idest contra personam Inquisiti; exiguntur testes contestes, non autem singulares. latè Fœlyn. in d. c. licet ex quadam col. pen. in fin. de test.

Nec ab re videri debet, si dicatur, dd. testes singulares non probare; quoniam testium singularitas diuidit, & lacerat testimonia. Bal. cons. 25. col. 1. in fin. lib. 3. Crauett. cons. 41.
74 col. fin. Ideò dicit Bal. in d. l. iusiurandi, quod singularitas testium arguit dolum. Ra-
75 tio est quia testes vario modo loquentes auferunt verum sensum suarum depositionum. Fœlyn. in princ. Glos. super Prohem. Decret. num. 1. Sicq; ob id nullum faciunt probationis gradum. c. in omni negotio. de test. c. cum dilecti. de elect. Vbi enim est singularitas, ibi est varietas; quoniam quilibet est solus
76 in suo dicto. Et contra ius diuinum, & humanum est, quod credatur dicto vnius tantum. Aym. post alios, quos allegat cons. 75.
77 num. 5. Nanq; dictum, siue vox vnius, vox nullius. Bos. tit. de oppofit contra test. Vltra quod vnus non potest alium supplere.
78 Marf. sing. 554. vers. Sed ista omnia limita. Aym. cons. 9. num. 12. Rolan. cons. 98. num.
79 34. lib. 4. Immo, & lege diuina ita esse statutum, quod nullo modo credatur testibus singularibus, ignorat nemo. Deuter. c. 19. Non stabit vnus testis contra aliquem, quicquid ille peccati, aut facinoris fecerit; sed in ore duorum, vel trium stabit omne verbum Matthei c. 18. Et id lex Pontificia, & Cæsarea comprobarunt. c. in omni negocio. & c. licet causam in fin. de test. & l. iusiurandi. C. de test. Et huic regulæ standum est, donec de exceptione, & fallentia constet. Bart. in l. 2. num. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. Idq; maximè in casu, de quo agitur, procedit; cum dd. mulieres vltra singularitatem non sint omni exceptione maiores; tum quia sunt mulieres, quæ (vt supra dictum est) tanquā perpetuò inhabiles ad testificandum non ad-
80 mittuntur; tum etiam quia plures patiuntur exceptiones; prout in infradicendis apparebit. Et ideò etiam in criminalibus exceptis nullum prorsus pariunt inditium, & maximè ad torturam. Bos. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 197. Marf. in pract. § diligenter num. 6. & cons. 162. num. 11. & cons. 78. nu. 14. Gram. cons. 66. num. 3.

Et cur in quolibet grauissimo crimine non credatur testibus singularibus, pulcherrima à Soto traditur ratio lib. 5. de iust. & iur. q. 7.
81 art. 2. Nam cum Reus (inquit) sit suæ vitæ, & bonorum possessor, & melior sit conditio possidentis, vnius Actoris affirmatio non putatur sufficiens ad pellendum ipsum de
82 sua possessione. Aliqui DD. hanc aliam adducunt rationem, quod si in alijs criminibus testes singulares non probant, multo minus in atrocissimo crimine probabunt; cum in eo vberiores, & validiores desiderentur probationes. Director Inquisit. 3. par. pag. mihi
83 616. comm. 121. col. 2. Alij hanc tradunt rationem, quia nisi species delicti plenè idest per duos testes contestes, concordes, & idoneos probata sit, nec quis probatur delinquens. Bal. cons. 394. lib. 2. Salyc. in l. testium C. de test. Alex. cons. 72. lib. 1. Dec. in c. licet causam, de probat. Simanc. Enchirid. tit. 37. de test. num. 5.

Et nullus quidem dubitare debet, quin in has mulieres testes contra d. N. examinatas cadat singularitas Diuersificatiua, vt plenè declarat Crauett. in tract. de antiq. temp. par. 4. nu.
84 157. Nam ex quo in earum depositionibus singulæ sunt diuersæ in loco, & tempore tam circa dd. coppulas carnales, quam circa dd. sollicitationes ad turpia, & inhonesta, vt ab ipsis prætenditur, factam à d. Inquisito, viden-
85 tur omninò loqui de actibus diuersis: Diuersitas enim temporis diuersitatem factorum, siue actuum inducit, & per consequens reddit testes singulares. Ità Anton. de Butr. & comuniter DD. in c. cū causam. de test. Cyn. in l. testium. q. 6. & ibidem Bal. C. de test. Archid. in c. Nichilhominus 3. q. 9. Abb. cons. 98. incip. in quæstionibus. lib. 2 Bal. cons. 39. incip. pponitur. §. quia testes. lib. 4. Anchar. cons. 64. incip. in causa. Idem cons. 147. incip. super alia. Castrens. cons. 137. incip. in causa queritur. in fin. lib. 2. Ias. cons. 131. lib. 1. & alij propè infiniti, quos libenter omitto. Et hanc ipsam sententiam apertissimè probare videtur Text. in d. c nihilminus 3. q 9. Vbi de hac re ferè differens Leo Papa ità sanciuit; Nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit, hæc ibi Et facit Text. in c. De parentela èl secundo 35. q. 6. Placius Rubius in allegat in materia hæresis in §. 12. incip. restat modo. Ex quibus omnibus consequitur, periculosum esse ad voces talium testium singularium quempiam condemnare. Et Susannæ exemplum Daniellis. 13. satis esse ostendit, singulares esse censendos, nec propterea eis esse adhibendam fidē.

Ità

Ità Ioan. Roias tract. de hæret. allegat. 6. nu.
145. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 618.
seq. comm. 121. col. 1. seq.
Immo nullus etiam dubitare debet, quod dd.
86 mulieres, cum omnes sint singulares; eo
quia vnaqueq; ipsarum est tantumodo testis
in facto suo proprio; non ceciderint in sin-
gularitatem obstatiuam; cum singula, vti
testis, deponat etiam in coppulis carnalibus,
& sollicitationibus aliarum, in quibus non
interuenit; prout singulæ non interuenisse
87 fatentur. Vnde earum dicta sunt inter se ob-
stantia, & collidentia, nec non veritati re-
pugnantia, ob id nullo modo sunt attenden-
da. Vt singulariter, & verè dicit Bal. in c.
licet causam num. 11. de probat. in l. testium.
C. de test. nu. 9. & 14. pertius Crauett. tract.
de antiq. temp. par. 4 num. 157 Albertin. in
c. quoniam. de hæret. lib. 6. nu. 38. Director.
Inquisit. 3. par. pag. mihi 616. comm. 121.
88 col. 1. Et quod dd. mulierum dicta sint verè
inter se obstantia, ad inuicem aduersantia,
& veritati repugnantia, ex hoc etiam clarissi-
mè colligitur; quoniam singulæ in earum
depositionibus sunt tam sibi ipsis, quam
alijs mulieribus contrariæ, quaè nullo mo-
do sunt attendendæ.
Nec iacit, si per Fiscum dicatur, quod in casu,
89 de quo agitur, intrat singularitas testium cu-
mulatiua, seù adminiculatiua; eo quia dd.
mulieres, quamuis singulares; tamen cum
omnes super pretensis coppulis carnalibus;
& sollicitationibus deponant; ad eundem
finem tendunt; & ideò vna adminiculatur
alteri; vna aliam supplet, comprobat, &
coadiuuat; & sic Inquisiti plenè restat pro-
batum delictum: quoniam secus est, nam
ex quo vnaquæq; ipsarum est solumodo
testis in facto proprio, non potest alias sup-
plere, comprobare, coadiuuare, & admini-
culari in ijs, in quibus non est testis, &
multo minus se ipsam; cum nullus testis se
90 ipsum supplere, & adminiculari possit. Vltra
quod vnus testis vt alteri adminiculari pos-
sit, necesse est, quod sit præstantissimæ fidei,
& omni exceptione maior (vt dictum est)
prout non sunt dd. mulieres. Bal. & Angel. in
l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de Eden. Gram.
decis. 28. num. 17. Aym. cons. 99. num. 10.
Becc. cons. 85. num. 20. post alios quos alle-
91 gat: Vnde firmiter dicendum est, quod vnus
testis inhabilis non potest supplere defectum
alterius inhabilis. Bertaz. cons. 41. num. 2.
92 Cæphal. cons. 107. num. 11. lib. 2. Ratio est,
quia ex pluribus imperfectis (vt pariter di-
ctum est) non potest oriri perfectum. Aym.
de antiq. temp. testis quid in lib. officialis.
93 num. 17. & 19. Additur etiam, quod testium
inhabilium adminiculatio, siue supplemen-
tum fit in ciuilibus tantum, non autem in cri-
minalibus. Scripsit Ias. Auth. si verò
contigerit. numero 6. C. de iudic. Mars. sin-
gul. 477. vers. limita tamen. & cons. 109.
numero 6.
Nec dicere prætermittendum est, quod huius-
modi singularitas vt habeat locum, necesse
94 est, quod omnes testes deponant de vno, eo-
demque facto, & non vnus de vno, & alter
de alio, prout in casu de quo agitur; quoniam
ex tali diuersitate factorum intentiones, &
95 probationes ipsorum remanent dubiæ, & in-
certæ, & consequenter nullius momenti. l.
96 non hoc. C. vnde legit. Itē d. vt singularitas
habeat locum, opus est, vt vnus testis sit te-
stis in facto alterius, id quo fieri non potuit
in casu nostro, eo quia (vt dictum est) vna
mulier non vidit coppulam carnalem, nec
audiuit sollicitationem ad turpia, & inhone-
sta d. Inquisiti in personas aliarum mulie-
rum. Vnde si non vidit, nec audiuit quo-
modo potest esse testis? Et si non est testis,
quomodo potest vna alteri adminiculari, &
vna alteram supplere, comprobare, & coa-
diuuare? Certè quod nullo modo, quia ne-
mo potest esse testis, nisi deponat super deli-
cto per vnum ex quinque sensibus. Franc.
Cason. tract. de indit. in suis quest. c. 6. Rubr.
De non torquendo per inditia; nisi legitimè
probata. num. 8. Ias. cons. 167. num. 9. in fin.
97 lib. 4. Nec mirum videri debet, quia munus
testium non est iudicare, sed quod oculis vi-
derint, aut auribus audiuerint testimonium
ferre. Bart. & alij l. quod tamen. § si arbiter.
ff. de arbitr. latè Curt. Iun. cons. 165. num. 17.
98 Crauett. cons. 249. numero 4. Vbi non
est credendum testi affirmanti, quod verè
non scit.
Qua quidem ex re omninò dicendum, quod
dd. mulieres, cum omnes sint singulares, &
deponant super diuersis factis, nempè vna-
quæque ipsarum in facto proprio; non
solum non possunt coniungi, seu vna alteri
99 adminiculari; Tum quia ex pluribus diuer-
sis non potest oriri integrale. l. Sancimus.
§. si quis autem. C. de donat. l. vsuræ. C.
100 de vsur. Tum etiam quia probationes
diuersæ, & imperfectæ in criminalibus
non coniunguntur. Glos. singularis in verb.

illorum.in c. veniens. el primò de test. Bart.
in l.si quis ex argentarijs.§.1. de Eden. Al-
bertin. de agnoscen. assert. q. 25. num. 21.
& alij. Et hæc est communis opinio. Si-
manc. Enchirid. tit. 34. numero 3. Ro-
ias tract. de hæret. par. 2. assert. sexta
num. 147. Anton. de Butr. in d. c. veniens.
Mars. in Rubr. C. de probat. Clar. in pract. q.
63. vers. tu scis. sed etiam cum sint singulares,
& non contestes, & conformes, prout iura
requirunt, validum aliquod contra N. Inqui-
situm non faciunt inditium. c. bonę. el primò
de elec. c. cum dilecti. eo. tit. Clar. q. 3. vers.
dixi etiam. Bertaz. cons. 273. num. 5. seq. Vbi
alios refert, & cons. 452. num. 15. seq. lib. 2.
Vbi de magis communi, & veriori. Director.
Inquisit. par. 3. comm. 121. vers. postremò.
Idem sancitum fuit in conc. Biterrensi. c. 11.
101 Idem in Conc. Narbonensi. nu. 23. Ratio est,
quia ex pluribus imperfectis (vt dictum est)
nō potest oriri perfectum. l. vnica. C. qui ma.
tutelæ se excus. Ayin. de antiq. temp. in verb.
testis. quicquid in lib. officialis nu. 17. & 19.
Natt. cons. 298. num. 10. lib. 2. Gabriel tit. de
test. conclus. 7. num. 8. lib. 1. Rolan. cons. 98.
num. 34. Bertaz. cons. 28. nu. 3. & cons. 234.
lib. 1. Vbi de commun. Matt. sing. 477. Dec.
cons. 133. vol. 4. Gram. cons. 45. Farinac. cōs.
6. num. 19. Quibus confert singulare illud,
& obseruatione dignissimum Guidonis Ful-
godij in consultationibus ad Inquisitores. q.
102 15. c. 17. Vbi de propria facti specie loquens,
ait: Et nisi testes plenè, & planè in omnibus
concordauerint, melius est vobis sententiam
differre, quam damnare: Nanq; clarum est,
testium singularium dicta secundum regulas
iuris non posse dici dilucidas, claras, integras,
& apertas probationes. Huc spectat c. 1. 2.
103 q. 1. cuius verba sunt Nos in quenquam sen-
tentiam ferre non possumus, nisi aut conui-
ctum, aut sponte confessum. Conuictus dici
non potest, qui non habet contra se testes
idoneos, legales, & per omnia contestes, &
conformes. Et hanc sententiam sequuntur
viri insignes Caiet. apud S. Thom. 2. 2. q. 70.
art. 2. Sottus lib. 5. de iust. & iur. q. 7. art. 2. ad
primum Argum. Ioan. Roias tract. de hæret.
par. 2. assert. 6. nu. 146. seq.

Secundò Dictæ mulieres non probant, quia
cum in earum depositionibus propter dd.
coppulas carnales, & sollicitationes ad tur-
pia, & inhonesta se dicant offensas, & iniu-
104 ria affectas à d. Inquisito, inditium contra
ipsum non faciunt ad torturam; tum quia
dicuntur testes in causa propria contra Text.
in l. nullus. ff. de test. & l. omnibus. C. eo. tit.
Tum etiam quia eo ipso quod quis se dicit
105 offensum ab aliquo; statim etiam se eiusdem
declarat inimicum capitalem. Franc. Cason.
de indit. & tortu. tract. 8. c. 1. Rubr. de dicto
offensi, & querelantis. num. 5. vers. limitan-
dum tamen. Paris. cons. 152. num. 41. vol. 4.
Rolan. cons. 4. num. 25. seq. vol. 1. Ioan. Tu-
rius inter cons. crim. diuers. cons. 81. nu. 26.
seq. Bertaz. cons. 3. num. 2. seq. & num. 33. &
cons. 8. num. 42. seq. Vbi latè, & pluribus
authoritatibus hanc probat conclusionem,
& cons. 167. num. 8. & cons. 235. nu. 2. lib.
1. Hieron. Magon. decis. lucen. 89. nu. 2. Ma-
scard. de probat. conclus. 1229. nu. 1. & plu-
ribus seqq. Vbi & iuribus, & rationibus,
ac DD. authoritatibus hanc exornat conclu-
sionem; eamq; communem, & vsu receptam
106 esse testatur. Et inimicus capitalis nec etiam
in casibus exceptis ad accusandum admitti-
tur; nempè læsæ maiestatis, heresis, simoniæ,
107 & similium, vbi non habiles admittuntur
ad accusandum. Ista est sententia aurea Spec.
tit. de accus. in 1. par. in verb. fin. in fin. quia
ita dicit per Text. in c. per tuas. de simon. de
qua doctrina facit magnum festum Angel.
in l. qui accus. ff. de accus. Et idem firmauit
Spec. in tit. de accus. in 3. par. §. 2. vers. 1. Au-
gust. ad Angel. tract. mal. 1. in verb. Et ad que-
relam n. 37. Et id iure optimo quidem cū ex
108 atroci offensione, & iniuria oriatur pariter
atrox, & grauis inimicitia. Bart. in l. 3. § fin.
ff. de adimen. legat. Farinac. tit. de indit. &
109 tortu. q. 46. num. 12. Immo dd. mulierum
offensarum dicta non solum non faciunt in-
ditium ad torturam, sed nec etiam ad inqui-
rendum. Clar. in pract. §. fi. q. 7. vers. habes igi-
tur. Natt. cons. 407. num. 6. Farinac. q. 46. nu.
96. Quinimò nec etiam sufficiunt ad captu-
110 ram. Idem Farinac. q. 43. num. 5. Et illud est
semper menti tenēdum, quod offensus, quā-
do querelat, non ad probationem, sed ad
instructionem tātum est examinandus. l. nul-
lus. ff. de test. l. omnibus. C. eo. Vulpell. cons.
99. num. 16. Ratio est, quia esset testis in cau-
sa propria (vt dictum est) cui ob id nullo mo-
111 do est credendum. Et verum dicit Mascard.
vbi supra, quod si non creditur offenso exi-
stenti in articulo mortis, quo casu minus
præsumitur mentiri, multò minus creden-
dum est ei, qui alium inculpat de offensio-
ne, vel iniuria sibi illata non existens in mor-
tis articulo. Farinac. q. 46. nu. 92.

Tertiò

Tertiò Non probant, quia præsumũtur calu-
mniosè, cum tam diù steterint ad denuncian-
dum Curiæ dd. pretensas coppulas carnales,
112 & sollicitationes: Et verè calumniosus præ-
sumitur ille, qui post tres mẽses denũciat deli
ctũ ab aliquo cõmisũ. l. 2. §. si quis. ff. si quis
caut. Bal. conf. 37. in fin. lib. 1. Cason. de indit.
& tortu. tract. 8. c. 1. Rubr. de dicto offensi, &
querelantis. nu. 9. Foller. in pract. crim. verb.
Item quod commisit falsitatem. num. 18.
Boer. decis. 42. num. 2. Aym. conf. 75. num. 9.
Plot. de in lit. iuran. §. si n. 11. Cæphal. conf.
287. num. 13. Vulpell. conf. 94. num. 15. Fa-
rinac. conf. 42. num. 13. & q. 46. num. 103.
Mascard. de probat. conclus. 532. nu. 59. Vn-
de ob id d. denunciatio, sine accusatio post
113 tres menses instituta parum est attenden-
da; quoniã istud longũ silẽtiũ in querelando
seù in denunciando delictum arguit dolum,
& querelam calumniosam. Ità Bal. d. conf.
37. in fin. lib. 1. Boer. d. decis. 42. nu. 20. Cra-
uett. conf. 75. num. 9. Ratio est, quia d. dictio
Diù verificatur in d. tempore, ac etiam vltra
d. tempus, pro cuius veritate vide Abb. in c.
cum Ecclesia num. 3. de caus. pos. ac etiam
Vocabularium iuris in d. dictione Diù; sed
semper est restringenda ad fauorem Rei. Im-
mò dd. mulieres sunt pariter repellẽdæ; quia
cum non denunciauerint statim dd. coppulas
carnales, & sollicitationes, prout tenebañ-
tur iuxta plures summorum Pontificũ Con-
stitutiones, sed post plures annos, euaserunt
114 criminosæ; prout dicitur de illo, qui statim
non denunciauit aliquem, qui practicauit cũ
115 bannito. Vt in Constitutione Sixti Quinti
continetur. Et Criminosus à testificando re-
pellitur. c. testimoniũ. de test. Gram. vot. 22.
num. 2. & 7. & conf. 26. num. 23. & conf. 35.
num. 29. Mascard. de probat. lib. 1. conclus.
116 464. num. 1. Immò Criminosus, quando ad
testificandum admittitur, non admittitur sine
tortura. Bal. in l. præsbiteri. num. 1. vers. licet
ergò. C. de Episc. & Cler. Prepos. in c. 3. Item
si res. ante num. 1. vers. Item nota, quod te-
sti criminoso. 4. q. 3. Archid. in c. Præsbiteri.
nu. 1. post med. vers. in Glosa contra. 5. q. 6.
Monticell. in Repert. test. Rubr. An, & quan-
do examin. test. sine tortu. fol. 160. col. 1.
vers. 5. Farinac. q. 79. num. 28.

Nec dicere prætermittendum est, quod pariter
sunt repellendæ, quia ipsarum denunciatio,
117 siuè accusatio criminalis de dd. coppulis car-
nalibus, & sollicitationibus peperit inimici-
tiam capitalem inter ipsas & d. Inquisitum. c.
meminimus. de accusat. iuncto. c. de his. eo.
118 tit. Et d. inimicitia capitalis contracta fuit
tam respectu Inquisiti, cui mota fuit huius-
modi lis criminalis, quam respectu dd. mu-
lierum, quæ d. litem mouerunt. Mars. in l. 1.
num. 56. ff. de quest. Gram. conf. 46. num. 4.
119 Et accusatio quando ortum habuit ab Ini-
mico, prout sunt dd. mulieres propter offen-
sionem, & iniuriam, quam dicunt recepis-
se à d. Inquisito (vt supra dictum est) non est
attendenda, equaliter, & quando de accusat.
Foller. in terminis in verb. Dentur capitula.
120 num. 36. Eugen. conf. 27. num. 44. Vbi de
comuni, alioquin plus crederetur copiæ,
quam originali, quod non est credendum.
Crauett. conf. 6. num. 27. Abb. in c. de his. de
accusat. Vbi adducit concordantes. Ideò ac-
cusator, seù denunciator à testimonio omni-
nò repellitur. l. 3. in princ. ff. de test. cum alijs
adductis per Crauett. tract. de test. num. 97.
121 Blanc. de indit. num. 115. Inimicus verò nec
cum tortura admittitur. Aret. communem
dicens in c. cum oporteat. nu. 19. de accusat.
Clar. q. 24. vers. Item quæro.

Quarto Non probant, cum sint mulieres rusti-
cæ, viles, & pauperes; nanque testis quando
est vilis, & pauper simul, & sic plures pariter
exceptiones, seù defectus; quamuis simus
122 in delictis occultis, & difficilis probationis,
vel aliàs in casu, in quo per alios veritas ha-
beri non potest, inditium non facit ad tortu-
ram, licet in tortura suum dictũ emanauerit.
scripserunt Aym. conf. 6. nu. 55. seq. & conf.
149. num. 11. seq. Gram. conf. 45. n. 22. in fin.
Gratt. respon. 59. n. 41. lib. 1. Bursatt. cõf. 135.
nu. 2. Vbi de comuni. Paris. conf. 2. n. 85. lib.
4. Cæphal. conf. 65. n. 27. seq. Eugen. cõf. 25.
n. 66. Bertaz. cõf. 3. n. 32. lib. 1. Vbi quod ista con
clusio ab omnibus approbata, & recepta est.
123 Natt. conf. 298. nu. 6. Gabriel tit. de test. con-
clus. 7. nu. 10. lib. 1. Immo testes, in quibus
plures concurrunt inhabilitates, & defectus
nihil omninò probant. Paris. conf. 53. nu. 36.
vol. 4. Quinimò in criminalibus omninò re-
pelluntur. §. sancimus & ibi Glos. in verb.
ignobiles, ponit exemplum in carpentarijs.
Aym. conf. 249. num. 12. Accedit etiam vi-
litas. spec. tit. de test. §. 1. num. 66. vers. Item
quod est artifex. Rolan. conf. 63. nu. 34. Pa-
ris. conf. 54. num. 57. lib. 4. Farinac. conf. 78.
num. 9. in fin. Ratio est, quia tortura pur-
gat vnum tantumodo defectum, non
124 duos, vel plures. Idem Farinac. consil.
79. nu. 10. Bursatt. conf. 192. nu. 21. seq.

Et supradicta quoq; ꝓcedunt, quãuis testis esset
125 solumodo vilis, obscurus, ignotus, & vilem artem exercens, nanq; talis non admittitur in testem sine tortura. Text. in l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Cyn. in l. fin. num. 5. vers. si queratur. C. de quæst. Bal. in l. milites. nu. 5. ad fin. vers. sed vt torqueatur testis. C. eo. tit. dicit, quod iusta causa torquendi testes est vilitas personæ. Alber. de Malet. tract. de test. num. 69. Ias. l. cunctos populos. nu. 47. in secunda lectura. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Zabar. post. nu. 9. vers. si verò in alios. Farinac. q. 79. num. 33. Et
126 maximè non admittitur in causa capitali, & ardua. §. Sancimus. da test. Alex. cons. 238. vol. 6. in princ. Vulg. Glos. in §. si verò absint in verb. substantiam. In Auth. de hæred. & falcid. Vulpell. cons. 99. num. 17. Dec. cons. 310. num. 10. Ioan. de Amic. cons. 87. nu. 8. seq. Vbi quod talis testis pœnitus repellitur. Et
127 in indiuiduo scribit Rolan. à Valle d. cons. 24. num. 64. seqq. Bal. l. fin. in fin. col. pen. in 4. q. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. Alex. post alios, quot allegat. cons. 507. vol. 6. in princ. Ratio est, quia cum sit vilis, non est idoneus testis. Bal. in l. etiam in fin. col. 1. de test. d. Bal. in Auth. si verò dicatur. col. fin. C. de test. & in l. milites. C. de quæst. Gram. decis. 11. num. 4.

Quintò Non probant, quia cum sint rusticæ, viles, & pauperes modo vnam domum, modo aliam in Castro, seù Villa frequentant, & solæ ad res vendendas, seù emendas
128 ad Ciuitatem vadunt. Vnde iuris præsumptione meretrices præsumuntur; quoniam mulier, si soleat ingredi modo vnam domũ, modo aliam, meretrix præsumitur. Vt post Angel. & Firman quos allegat, tradit Bonacoss. de præsũpt. in littera M. vers. meretrix, & multo magis præsumitur meretrix, quãndo sola vadit ad Ciuitatem à Villa, seù Castro distantem.

Sexto Non probant, quia, vt ipsæ deposuerunt, ob pretensam iniuriam semper d. N.
129 Inquisito fuerunt odiosæ. Et quando quis est odiosus alicui, nullam fidem facit. c. quoties. ext. de test. & c. sicut. 4. q. 2. §. in testium. & l. quos. C. de test. Nepos. de Mõte Albano in tract. de test. num. 137. Nanq; Odiosus vt
130 inimicus præsumptus à testimonio repellitur. l. 1. §. præterea. & ibi Mars. ff. de quæst. Alex. cõs. 174 col. 4. circa med. vol. 2. Gram. cons. 38 num. 11. seq. Vbi quod sufficit, interuenisse verba iniuriosa, vnde multo magis quando interuenerunt facta.

Septimò Non probant, quia d. N. Inquisitus non solum dd. mulieribus, sed etiam earum Consanguineis sepè multa verba iniuriosa dixit ob damna data ab ipsis in suis bonis, & pascuis, vt constat per plures mulieres examinatas. Vnde ob id tam dd. mulieres, quam dd. earum Consanguinei ipsum Inqui
131 situm tanquam inimicum odio habuerunt. Et testis vt à testimonio repellatur, satis est constare de causa odij, seù inimicitiæ, licet non probetur odium, seù inimicitia. Innoc. in c. cum I. & A. in fin. de re iudic. Abb. in c. repellantur. c. cũ oporteat. de accusat. Gram.
132 cons. crim. 58. num. 5. 8. seq. Vltra quod ex sola iniuriarum prolatione oritur inimicitia capitalis. Bal. in c veniẽs. circa fin. de iureiur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus. C. de procurat. Mars. in l. 1. § præterea. ff. de quæst.
133 Vbi quod ità quandoq; fuisse iudicatum testatur. Idẽ Mars cõs. 2. & 3. Gram. vot. 6. n. 4. Rolan. cõs. 24. n. 38. lib. 1. Immo inimicitia capitalis oritur, qñ quis altercatùs fuit cũ aliquo, & ideò à testificãdo repellitur, quoniam effectus est eius inimicus. c. cum P. Mãconella. de accusat. Hyppol. l. 1. §. præterea. ff. de quæst.

Octauò Non probant, quia omnes super dd. pretensis coppulis carnalibus, & dd. sollici-
134 tationibus deponunt per vnndem, præmeditatumq; sermonem; ideò sunt suspectæ, quod ante coniurauerint perhibentes eisdem verbis testimonium. l. 3. ff. de test. Dec. cons. 627. Paris. cõs. 55. n. 4. Farinac. cõs. 5. n. 63. &
135 in Addit. littera B. Immo præsumi debet, ꝙ fuerint subornatæ, & maximè cũ eãdẽ causã reddant, & rationem. Vt not. Spec. tit. de test. §. 1. vers. Item quod testes. Bart. in l. 3. §. ideoq; ff. de test. Alex. cons. 137. vol. 2. col. 3. Ob eamq; rem Theologi, & Iurisperiti hanc suspicionem notatione dignam esse dicunt. Christof. homel. 1. in Matthæũ. & illic. Theophilactus in fine exordij. S. Thom. 22. q. 70. d. l 3 §. 1. ff. de test. Dec. cons. 627. Simanc. Enchirid. tit. 35. de test. num. 33.

Nono Non probant, quia in earum depositionibus tractauerunt de se exculpando, & d. Inquisitum inculpando; nanq; testis, qui tra-
136 ctat de se exculpando, & alium inculpando, nihil probant etiam in occultis, etiam in tortura, quoniã dicitur deponere in causa ꝓpria l. nullus. & ibi Alber. ff. de test. Bart. in l. deferre. ff. de iure fisci. Abb. in c. insuper. num. 8. de test. Guid. Papa. cons. 133. col. 2. Paris. cons.

conf. 15. num. 29. vol. 2. Aym. conf. 99. nu. 2. conf. 110. num. 12. Gram. conf. 35. Bertaz. post multos conf. 225. nu. 12. seq. lib. 1.
137 Vbi quod eius dictum nom facit inditium ad torturam. Immo nec etiam in occultis Decis. Pedamon. 79. num. 42. Vbi semper reprobatur testis factum proprium in depositione habens crimen admixtum cum alio. Aym. conf. 73. num. 37. Menoch. casu 99.
138 in 6. Quinimò etiamsi attestaretur cum tortura, quæ licet omnẽ defectum purget, proprij tamen itereſſe vitium non supplet. Vt tradit Boſs. de inquisit. num. 52. Tiraquell. de pœn. remitten. casu 51. num. 65. Farinac. conf. 60. num. 54. Immo non admittitur in testem. Alber. tract. de test. c. 4. num. 15. Viui. in commun. opin. in verb. testi deponenti pro sua exoneratione. Vbi testatur de communi opinione. Et admissus non facit inditium. Vt per Farinac. tract. de test. & tit. de opposit. contra examin. test. q. 60. ampliat. 3. n. 5. & 19. seq. Immo etiamsi sit arbitrium Iudicis repellere testes à testificando propter affectionem ipsius testis. Dicitur nõ esse arbitrarium Iudicis, sed expeditum esse in iure, vt à testimonio repellatur. Vt per eun
139 dem. num. 12. Immo tractans de suo vituperio, & damno auitando, & de bona fama, & honore acquirendo, nihil probat. Alex. conf. 86. num. 9. vol. 2. Ruyn. conf. 153. num. 12. vol. 1. Per Text. in l. omnibus. C.
140 de test. Quinimò testis habens consimiles causas contra accusatum nullam pœnitus facit fidem. Text. in c. personas. de test. 4. q. 3. §. liberi testes. & c. veniens. ext. de confess. Spec. in §. 1. vers. Item quod habet. eo. tit. Rolan. conf. 98. num. 31. lib. 4. Vbi quod in totum à testificando repellitur.

Decimo Non probant, quia non habent requi-
141 sita; nanque testes, qui deponunt contra Sacerdotem, non solum debent esse idonei, & omni exceptione maiores, nec non habiles ad Sacerdotium; Sed etiam à macula animę, & corporis abesse, aliàs repelluntur. Abb. c. 1. num. 4. de except.

Vndecimo Non probant, quia ipsis non solum in hac criminali causa, sed etiam in quauis alia non est credendum; cum (vt supra dictum est) sint fallaces, mendaces, dolosæ, verbosæ; Verum d. Inquisito omninò,
142 & plenè est credendum; quoniam cum sit Sacerdos præsumitur bonus, & verax. c. principium. de pœnit. distin. 3. Et in terminis tradit Soc. sen. cõs. 15. vers. Itẽ quæro. lib. 1.

Duodecimo Non probant, quoniam contra d. Inquisitum spontè se obtulerunt examini,
143 vnde euaserunt eius inimicæ capitales. c. cum P. vers. quia in testimonium illius causæ fuerat. Vbi not. omnes. de accusat. Gram. cõs. 46. nu. 4. post alios, quos allegat. Mascard. de probat. conclus. 898. num. 17. Bart. l.
144 post legatum. §. his verò. ff. de his, quib. vt indign. Blanc. de indit. num. 152. Et ideò tanquam inimicæ præsumptæ omninò à testificando repelluntur. Bal. in c. cum P. in fin. de accus. Alex. l. 3. ff. de test. l. 1. §. pręterea. & ibi Mars. ff. de quæst. Alex. conf. 174. col. 4. post med. vol. 2. Gram. conf. 38. num. 11. seq. Nec faceret, si ipsarum depositiones fuissent confirmatæ in tortura ad faciem d. Inquisiti; quoniam inimicitia non purgatur per torturam. Boſs. tit. de Inquisit. num. 2. Vulpell. conf. 30. num. 5. seq. Bertaz. conf. 8. num. 44. lib. 1.

Decimo tertio Non probant, quoniam vt in earum depositionibus apparet, nimis animosè, & audacter contra d. Iqusitum deposuerunt; & ideò eis nulla est adhibenda fides.
145 Crauett. conf. 249. num. 4. Vbi ait non esse credendum similibus. Idem scripserunt Soc. sen. conf. 229. col. 4. in fin. lib. 2. Gram. conf. 12. num. 14. In criminalibus. Boſs. de opposit. contra test. num. 25. Ratio est, quia
146 testimonium procaci minus creditur l. quæ omnia. ff. de procu. §. pen. Instit. de suspecta tuto. Alex. conf. 13. num. 3. Vulpell. conf.
147 76. num. 13. Alia quoque adest ratio, quia earum munus erat solum, quæ audierant testificari, cum (vt spra dictum est) non viderint dd. coppulas carnales, & audierint dd. sollicitationes. Bart. l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Soc. sen. conf. 229. col. 4. lib. 2. Ruyn. conf. 24. in fin. Gram. conf. 12. n. 14. In criminalibus. Vt est in crimine difficilis probationis. Crauett. conf. 249. num. 4. vers. saltem negari.

Decimo quartò Non probant, quoniam se examinauerunt contra d. Iqusitum sub spe reportandi ex earum examinibus pudicitiæ,
148 & castitatis laudem. Et quando testis à testimonio reportat laudem, non prbat. Zuccard. post Ias. quem allegat in l. fin. Gloſ. in verb. vitiatum. in fin. num. 293. C. de Edict. Diu. Adrian. Tollen. Strau. qui alios citat in tract. de Proxenetis. §. illa est. num.
149 8 Et testibus quoties potest ascribi laus, seù vituperium in causa, in qua deponunt, semper repelluntur. Abb. & alij in c. insuper. de test.

test. Alex. cons. 85. col. pen. vol. 2. & cons. 86. col. 2. num. 9. Fœlyn. c. à nostris. nu. 12. de test. Boss. tit. de opposit. contra test. Ruyn. cons. 153. num. 12. vol. 1. Immo quoties testes possunt reportare laudem, & vituperium ex eorum examinibus, non sunt idonei. Curt. sen. l. sanum. C. de transact.

Decimò quinto Ipsarum plures non probant, quoniam bis in hac criminali causa se exa-
150 minauerunt contra d. Inquisitum. Et testis, qui bis se examinauit contra aliquem repellitur; quia ex secunda depositione orta fuit inimicitia capitalis inter ipsum, & Inquisitũ. c. 2. §. in criminali. 4. q. 3. Blanc. de indit. nu. 156. Vbi adducit concordantes.

Decimò sexto Non probant; tum quia sunt mulieres laicæ; tum etiã ob ipsarũ irreuerentiã
151 erga Sacerdotem; nam laicus in causa criminali non parit inditium contra præsbiterum. c. testimoniũ. 11. q. 1. c. veniens. de test. spec.
152 tit. de test. §. 1. vers. Item quod est laicus. Mars. §. expedita. num. 80. Ratio est, quia laicus non est par Clerico gradu, & dignitate; & ista ratio respicit reuerentiam, quã laicus Clericum prosequi debet. Tradit Aret. c. cum de
153 cætero. de test. Et vbi quis repellitur ob reuerentiam, examinatus nullum parit inditiũ. Text. in l. 1. §. Diuus. el primo ff. de quæst. sequitur Dec. c. Atsi Clerici. num. 67. de test.
154 Et hoc tribus de causis. Prima causa est propter reuerentiam, quam laicus debet Clerico, qui Dei legatione fungitur. c. accusati. in fin. 2. q. 7. c. quis dubitet. & c. duo sunt. 96. Distin. Secunda propter antiquam inimicitiam, quæ intercedit inter laicos, & clericos; prout Boss. in tit. de opposit. contra test. num. 91. cum laici sint Clericis infesti. c. laici. & c. laicus. 2. q. 7. Tertia quia sicut Clericus contra laicum testimonium fere non potest; ità ratione æqualitatis seruandæ nec id poterit laicus contra Clericum, & multo minus contra Sacerdotem. Oldrad. cons. 145. num. 3. Vbi de communi Clar. q. 24. vers. propterea quæro. Vbi de communi Farinac. cons. 78. num. 8. & in prax. crim. tit. de opposit. contra person. q. 61. num. 98. seqq.

Decimo septimò Non probant, quia inuerisimilia deposuerunt; nam haud verisimile est, quod d. Inquisitus eas de turpibus, & inhonestis requisiuerit maximè cum sint vilissimę mulieres. Mand. à Baltea post alios, quos
155 allegat, cons. 70. num. 8. Et talibus testibus deponentibus contra verisimilia non solum non creditur, sed præsumitur, eos dixisse falsum. Mand. cons. 24. num. 10. Mars. cons. 74. num. 13. Gram. cons. 35. num. 49. Franc. Curt. in tract. de test. conclus. 16. num. 39. Boss. de opposit. contra test. numero 94.
156 Et in Inditijs verisimile multum est attendendum à Iudice. Aret. cons. 9. col. 2. Crauett. cons. 61. nu. 9. Riminal. Iun. cons. 309.
157 lib. 3. & alibi passim per DD. Et quod non est verisimile, habet falsitatis imaginem. Bal. l. 1. C. de seru. fugit. Vulpell. cons. 12. n. 13. Mars. l. 1. §. ad quæstionem. num. 32. ff. de
158 quæst. Immo Inuerisimile non est credibile. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam fac. poss. Aym. cons. 75. num. 19.

Decimò octauo Non probant, quoniam cum d. Inquisitus sit vir nobilis, & maximè quia est sacerdos, qui ideò Magistratibus præponitur. l. 1. §. 1. de iust. & iur. pro eo, & non
159 pro vilissimis mulieribus est præsumendum. Soc. Iun. cons. 39. num. 27. seqq. Crott. cons. 22. num. 37. Quæ præsumptio adeò præualet; vt, etiamsi vrgerent coniecturæ alicuius imputati sceleris contra ipsum; illa tamen præfertur. Bal. cons. 402. num. 4. vol. 5. Becc. cons. 102. num. 23.

Decimò nono Non probant, quia dd. mulierum inditia non sunt singula plenè probata, prout necessariò requiritur, idest per duos testes contestes, & idoneos. Afflict. c. 1. §. sa-
160 cramenta. de consue. rec. feu. March. Blanc. tract. de indit. num. 46. tom. 15. Franc. c. 1. col. 3. vers. & intellige. Bart. & cæteri. in l. vlt. ff. de quæst. Hyppol. in pract. §. diligenter. Glo. communiter approbata. in l. vlt. C. famil. hæreisc. Simanc. Enchirid. tit. 52. De Torment. num. 6. Sed quia dd. Inditia non possũt plenè probari, cum agatur de auditis, & factis sine vlla interuentione testium; ideò nullo modo sunt attendenda.

Vigesimo Non probant, quoniam dd. mulierum inditia sunt leuia, cum ab ipsis mulieribus testibus inhabilibus, & non fide dignis
161 emanauerint: Vnde nec ad torturam, nec ad carcerationem vllum faciunt inditium; sed solum suspicionem pariunt, etiam in causa hæresis. l. 2. C. de præsumpt. §. nos verò. in princ. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 197. num. 7. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 597. comm. 119. col. 1. Et Innocentij sententia est falsa, qui secus tenet. Placius Rubius in allegat. de hæret. §. 12. nam inditia, siue præsumptiones non sufficiunt ad torquendum, seù condemnandum. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 205. numero 7.

Ratio

162 Ratio est, quia inditia ad torturam debent esse verisimilia, probabilia; non leuia, equiuoca, vel præfunctoria; sed grauia, vrgentia, propinqua, certa, clara, & (vt aiunt) luce
163 meridiana clariora. In tantum vt Iudex sit non solum quasi certus de delicto cõmisso; Sed vt nil aliud sibi desit, quam Delinquentis confessio. Text. est in l. 1. in princ. ff. de quæst. ibi, & in l. milites. §. oportet. C. de quæst. Bal. in cons. 259. num. 4. vol. 1. & cons. 515. num. 4. lib. 5. Bal. in l. 1. num. 10. & Ias. sub. num. 3. vers. quinto mirabiliter limita. C. de seru. fugit. Farinac. q. 37. nu. 8. Text. in l. conditionaliter. C de quæst. Cæpol. cons. crim. 39 num. 38. Alex. cons. 33. vol. 7. num. 11. seq. Et id procedit etiam in occults, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam in fin. Rolan. cons. 361. n. 32.
164 Vbi reddit rationem; quia quanto crimen est grauius, & atrocius; tanto magis inditia debent esse grauiora, & vehementiora; cum de graui agatur præiudicio, c. Vbi periculum.
165 de elect. in sexto. Sicq; dicitur, quod inditium vnum in quolibet facto, prout in casu, de quo agitur, & maximè non plenè probatum, non est sufficiens ad torturam; sed plura alia requiruntur. Bart. in l. fin. num. 9. ff. de quæst. Bursatt. cons. 336. num. 1. vol. 3. March Anton. Eugen. cons. 27. num. 20. Vbi testatur de communi nec dissentit Alex. cons. 77. num. 12. lib. 3. Immo non sufficit etiam in crimine hæresis. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 592.

Nec valet si dicatur, quod inditia leuia, si sint plura; tamen simul iuncta ad torturam sufficere debent, per regulam, quod quæ non prosunt singula, multa colecta iuuant. Glos. in l. cum simus. C. de Agric. & Censit. lib. 11.
166 Quoniam d. Regula procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus. Mars. cons. 20. num. 48. Brunor. in suo vnico cons. num. 79.
167 Ratio est, quia singula inditia in suo genere imperfecta, vt sunt ista; ex quo à mulieribus inhabilibus testibus proueniunt; nec non quia non sunt singula plenè probata, idest per duos testes contestes, & idoneos (vt dictum est) non possunt iungi ad faciendum vnum inditium perfectum sufficiens ad torturam. Alex. cons. 13. & cons. 15. vers. & ideo num. 19. lib. 1. & cons. 180. num. 6. lib. 2. Mars d. cons. 20. num. 50. cum seqq.
168 Et inditia imperfecta dicuntur, quando testes plures patiuntur exceptiones, seù defectus (vt dd. mulieres) aut non adest, nisi vnus testis, qui ea probet. Galeat. Maluaticen. cons. crim. 100. num. 10. lib. 1. Mars. d. cons. 20. num. 47. Gabriel. cons. 183. in princ. Ias. in l. admonendi. num. 25. ff. de iureiuran. Thesaurus decis. 23. num. 11. laurent. ab Oua cons. 60. num. 64. lib. 2. cons. crim. diuers.

Nec facit, si dicatur, quod ex quo sumus in enormi delicto d. Inquisitus potest torqueri ad eruendam veritatem, etiam quod contra eum non extent inditia ità plena, prout in alijs delictis exiguntur. Vt in terminis tradunt. Rolan. cons. 7. lib. 1. num. 5. Brunor. d cons. vnico num. 1. & 8. quoniam Respon-
169 detur, quod licet Iudex in tali casu debeat esse promptior ad torturam; non tamen debet illam inferre non existentibus legitimis inditijs. Rolan. d. cons. 7. num. 38. 39. seqq.

Vigesimo primò. Non probant dd. Mulieres, quia ex earum depositionibus non adsunt inditia indubitata, prout requiritur, quoniã quando quis ex inditijs est condemnandus,
170 seù torquendus, indubitata, clara, & perfecta esse debent. Gram. decis. 42. num. 1. Bos. in tit. de coniectur. num. 26. seq. Mars. in reg. de probat. num. 242. seqq. cum alijs, de quibus per Farinac. q. 86. num. 55. Et quando inditia non sunt talia; sed sunt quædam hominis præsumptiones, ad aliquam condemnationem non est deueniendum. Menoch. q. 94. num. 2. & q. 97. num. 16. lib. 1. de præsumpt.
171 Farinac. cons. 75. num. 104. Immo dato, & non concesso quod Inditia indubitata adessent; tamen ad pœnam pecuniariam tantum sufficerent. Bos. tit. de conuict. numero 35.
172 Ratio est, quia nullum inditium est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium. Boer. decis. 165. numero 1.

Vigesimo secũdo Nõ probãt plures dd. mulierũ, quia deponũt de auditu Et testi de auditu; de-
173 ponenti non est standum. c. per inquisitionẽ. ext. de elect. & c. cum in nostris. in fin. ext. de test. & in Auth. de hæred. & falcid. §. si verò absint. col. 1. l. testium. ff. de test. c. licet ex quadam. de test. Rolan. cons. 24. num. 86. lib. 1. Menoch. cons. 98. num. 55. lib. 1. Quinimò testis de auditu non solum non parit inditium, sed nec præsumptionem aliquam facit. Mars. cons. 20. num. 5. & 10. Menoch.
174 cons. 144. num. 24. lib. 2. Ratio est, quia qui ea dicunt, quę ab alijs audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorum afferunt voces. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35 numero 20.
175 Idq; maximè procedit, quando d. testis deponit audiuisse ab offenso, vt dd. Mulieres, cui

cui minus creditur. Crauett.conf.6.num.67. & conf. 112.nu.3. Bertaz.conf.283.nu.11.

176 Et præcipue minus probat ille, qui deponit de auditu auditus; nanq; testis de auditu auditus nihil prorsus probat, & minus quam ille, à quo audiuit, nè plus credatur copiæ, quam originali. Crauett. conf. 6. num. 67.

Vigesimo tertio Non probant, quoniam omnes sunt forma turpissimæ; nam mulier, quando non est pulcra, minus præsumitur, quod quis cum ea carnaliter deliquerit. Bart. in l. fur. in princ. ff. de furt. Et plura ad propositum tradit Sylua Nuptial.lib.2.num.85. seq.nanque in probationibus multum attenditur verisimilitudo. Crauett.conf.75.n.24. Vbi adducit concordantes.

Cæterum omissis supradictis generalibus Exceptionibus, quæ in defensionem d. Inquisiti faciunt, nunc ad speciales exceptiones quæ contra dicta, & personas dd. Mulierum faciunt, aggrediar.

PRima Testis N. in processu informatiuo tribus vicibus examinata; cum dixerit pluries se rem carnalem habuisse cum. N. Inquisito, pluribus de causis à testificando

177 repellitur. Prima causa est, quia non solum per d. coppulam carnalem se declarauit criminosam; vnde ad testificandum sine tortura non potuit admitti. Bal.in l.præsbiteri.nu. 1. vers.licet ergò. C.de Episc.& Cler. Præpos. in c. 3. Item si res. ante numerum 1. vers. Item nota, quod testi criminoso 4. q.3. Archid. in c.præsbiteri.num.1. post med. vers. in Glosa contra.5.q.6. Monticell.in Repert. test. Rubr. An, & quando examin. test. sine tortu. fol. mihi 160. col. 1. vers. 5. Farinac.

178 q.79.num.28. Sed etiam Infamem. Et infamis ille verè dicitur, qui propria oris confessione suum fatetur delictum. l.quid. §. ex promisso.ff. de his, qui not. infam. l. palam. ff.de rit.nupt. Gram. vot.30. num. 25. seq. post alios, quos allegat. Quod cum ità sit, sine tortura contra alium non potest admitti. c.illi,qui. 5.q.5. Cœpoll.conf. 61.col.2.Menoch. de arbitrar.q.474.num. 50.seq. Text. est in l. ob carmen. §. si ea Rei conditio.ff.de

179 test. cuius verba sunt hæc: Si ea Rei conditio sit, vbi arenarium testem, vel similem personam admittere cogimur, sine tormentis eius testimonio credendum non est. Et ibi hæc not. Bal.in summario. Alber.in vers. ad testimonium autem. Odofred. in princ. Fulgos. in summario. Glos.in l. 3. §.lex Iulia.in verb. palam. vers. Item fallit contra pariter infamem. ff.de test. Bal.in l.non solum. col. 2. in princ. vers.& idem est. Et ideò facit generalem conclusionem, esse scilicet torquendos eos omnes testes, quibus sine tortura non creditur. C. ad l. Iul. de adult. Text. est in c.3.§. si autem ea Rei conditio 4. q. 3. de test.& ibi Glos. in verb. arenarium. Farinac.

180 q.79. nu. 23. Immo Infamis in criminalibus nec etiam cum tortura admittitur; quia Tortura in criminalibus non potest purgare in-

181 famiam, sed quidem in ciuilibus. Dec. conf. 189. nu.10. ad fin. Rolan. conf. 94. nu. 17. & conf.95. num.15. seq. vol.4. Vbi attestatur de communi. Honded. conf.106.nu.29. Vbi alios plures concordantes refert. Fari-

182 nac. q.45. num. 23. Et huiusmodi infamia facti tollitur per solum Deum. Glos.in c. ex tuarum in verb.absoluas.de purgat. canon.

Cæterum illud est sciendum, quod Infamis solummodò admittitur, quando alià, seù aliter veritas haberi non potest; quoniam hoc casu admittuntur testes, quamuis non sint omni exceptione maiores, nempè inhabiles, infames; sed admittuntur solum in subsidium,

183 idest ad inquirendum. Et quod admittantur tantum ad inquirendum, & non ad condemnandum; ratio est euidens; quia perfectum non potest oriri ex imperfecto. Aym. de antiq. temp.in verb. quicquid. in lib. officialis. num. 17. & 19. Natt. conf. 298. num. 10. lib.2. Gabriel ut. de test. conclus. 7. num. 8. lib.1. Rolan. conf. 98.num.34. Bertaz. conf. 28. num.3.& conf.234.num.1.lib.1. Vbi de communi opinione testatur. Marf.sing.477. Dec.conf.133. vol.4. Gram. conf. 45. Fari-

184 nac. conf. 6. num. 19. Et quia etiam testimonij fundamentum est fides, & Infamis caret fide, cum eius status sit maculatus iuris dispositione.l.iusta. ff.de manu.vindict. Abb. c. testimonium.num. 6. Fœlyn.161. nu. 10. de test. Vltra quod absurdum est, quod quis conuincatur ex dictis infamium. Immo Te-

185 stes infames, seù inhabiles non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur. Gram. decis.11. num. 2. Becc. conf. 85. num. 19. lib. 1. Ratio est, quia quod nihil est supplementū non recipit.l.sed si manente. ff.de precar. Et nemo dat, quod non habet, & ex pluribus imperfectis in sua specie non potest vnum perfectum resultare.l. 1. C.minor. tutel. Immo testes infames, quando admittuntur, non admittuntur vt integri. Butr. conf.

conf. 24 in fin. Alciat. Reg. 1. præsumpt. 39. num. 5. Boss.tit. de indit. num. 176. Et maximè quando dd. testes plures patiuntur exceptiones, vt d. prima testis, quę est vetula, turpissima, & rustica vilissimæ conditionis.
186 Gram. conf. 45, num. 24. Additur etiam, quod Infames, seù inhabiles admittuntur in crimine occulto, & difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, quando de crimine agitur ciuiliter, non autem quando agitur criminaliter. Ità Boss. post Bart. & Aret. & alios, quos allegat in tit. de indit. num. 177. Ratio est, quia (vt sopra dictum est) in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores: Vnde meritò infames omninò à testimonio repelluntur. l. 3. § l. Iulia. ff. de test. c. præterea. de test. cogen. Farinac. tit. de indit. & tortu. q. 43 num. 13. Et testes, qui omninò à testimonio repelluntur, etiam quod veritas per alios haberi non possit, nullum prorsus parit inditium. Fœ'yn. c. cum dilecti. n. 10. seqq. de accusat. Hyppol. conf. 361. num. 9. & conf. 45. lib. 3. & ideò quamuis etiam in tortura emanauerit. l. 1. ff. de his, qui not. infam. & l. Atheletas. in l. furti. §. mandati. ff. de testam. Dixit Barbat. tract. de test. c. testimonium. par. 2. num. 15. vers. & ideò
187 Bart. Secunda causa est, quia, cum ob d. coppulam carnalem se declarauerit sociam criminis, nulla ei est adhibenda fides: nanq; socius criminis infamis, criminosus, vilis, abiectus, & qui plures patiuntur exceptiones, & defectus, vt ipsa, ne etiam in exceptis facit inditium ad torturam cõtra consocium, Vt ex not. in l. fin. C. de quęst. vt dixit Gand. in suo tract. malef. in Rubr. de quæst. & torment. § restat autem. verb. sed quem nunquid. quem refert, & sequitur Hyppol. conf. 22, num. 23. tradit Bal. in l. quoniam liberi. num. 2. C. de test. Vbi quod non creditur testibus de se confessis in alios. Per l. fin. C. de accusat. Et tales testes probant solum ad in-
188 quirendum. Gram. conf. 61. post numerum 1. Natt conf. 298. num. 9. in fin. l. quoniam liberi. C. de quæst. Hyppol. conf. 74. nu. 4.
189 vol. 1. Nec mirum, quia si socij criminis dictum admitteretur ad faciendum inditium ad torturam, sequeretur, quod esset testis in causa propria, quod minimè esse potest. l. nullus. ff. de test. Tertia causa est, quia est sibi ipsi contraria in suis depositionibus; & testi sibi ipsi contrario nulla est adhibenda fides. Dec. conf. 175. col. 2. & conf. 189. num. 8.
190 Vbi quod nec ad inquirendum facit inditium. Ruyn. conf. 146. seq. vol. 5. Gram. conf. 35. ante fin. & conf. 44. num. 10. Anchar.
191 conf. 24. incip. Visa inquisitione. Immo testis vnum deponens, si ex interuallo aliud testificetur, nullam mereretur fidem, etiam quod in tortura deponat. Dec. conf. 189. num. 8. Rolan. conf. 15. in princ. Cæphal. conf. 223. in 2. Boss. tit. de Inquisit. nu. 42. Clar. §. falsum. nu 4. Vulpell. conf. 83. nu. 1. Vltra quod illis verbis Giudico volesse hauere da fare con me, non deponit certitudi-
192 naliter, & ideò nihil probat, quoniam nemo iudicare debet suspicionis arbitrio. 2. q. 1. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 200. nu. 2.
193 nam testis deponere debet de his, quæ certitudinaliter nouit. c. cælatum. q. 2. c. testes. 3. q 8. Fœ'yr. c. quoties. num. 7. de test. Rot. decis. Palco'. 679. in princ. 3. par. nouiter
194 impress. Additur quod eius depositio est nimis animosa. Quis enim nouit hominis voluntatem, Deo excepto, qui est scrutator cordium? c. de occidendis. Vbi Glos 23. q. 5. Angel. l. plagij. col. 1. C. de plagia. Et cum nimis animosè deponat, ei nullo modo est credendum. scripserunt Soc. sen. conf. 220. col. 4. in fin. lib. 2. Gram. conf. 12. num. 14. in criminal.

Additur etiam, quod d. Testis à testificando repellitur; tum quia inuerisimilia deponit, & quod non est verisimile, non est credibile, & habet falsitatis immaginem per iura superius allegata in exceptionibus generalibus ad numerum decimum septimum Tum etiam quia toties variauit in suis depositionibus. Et testis varius nullo modo ad testificandum admittitur. l. qui falsa, vel varia. ff. de test. Capic. decis. 142. nu. 7. Gram. vot. 31. n. 19. Ita Boss. tit. de tortu. test. num. 37. & melius tit. de opposit. contra test. nu. 18. vers quid
195 modo. Vbi nisi probetur veritas sui dicti, debet condemnari de falso. Immo etiam variatio testis facit, vt possit sine aliquo inditio
196 torqueri. Vt habetur in l. ex libero, & ibi Glos. ff. de quæst. Bal. in l. milites. C. eo tit. Idem Bal. in l. nullum. & ibi Salyc. C. de test. Mars. in suis singul. num. 103. & conf. 15. Nouell. in pract. crim. car. 27. numero 63. Quarta causa est, quia d. prima testis habuit quoque in suis examinibus iuramentum de
197 veritate dicenda; & cum in vno examine vnum dixerit, in alio verò illud idem tacuerit, est periura. Et periurus testis tam in exceptis, quam in non exceptis omninò à testifi-

cando repellitur, & nullum prorsus facit inditium. Glos. in c. per tuas. in verb. Adulteri. ext. de Simon. Gig. de crim. læs. maiest. prob. q. 11. num. 11. cum alijs. Clar. in pract. §. periurium. vers. repellitur etiam periurus. Anton. Gomez. varia. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de probat. delict. num. 15. Olasc. decis. Pedamon. 72. num. 7. est Text. in c. si quis conuictus. in c. paruuli. 22. q. 5. in c. quicunque. 6. q. 1. & in c. testimonium. de test. Farinac. q. 43. num. 183. & quæst. 56. nu. 186. Fœlyn. in c. sicut. in vlt. notab. de test. Gram. vot. 6. num. 16. c. ex parte. & ibi Glos. in verb. de periurio. Vbi Abb. nu. 3. & Fœlyn. nu. 4.
198 de test. Immo periurus in criminalibus non admittitur, etiam quod cum tortura deposuerit: Quinimò etiam periurus, quamuis tortus, nullo modo potest admitti in testem. Vt per Ruyn. cons. 146. numero 4. Crauett. cons. 16. num. 16. 46. seqq. Gram. vot. 6. num. 16. Alciat. in tract. præsumpt. 10. Dec. d. cons. 189. læctatus sum. col. 6. vers. ad di-
199 ctum Corrad. dicentis, quod infamia periurij in criminalibus non purgatur per torturã. Soc. cons. 39. perspectus. vol. 2. Vbi ampliat si pœnitentiam agent. Imol. in c. testimonium. num. 15. seq. & ibi Barbat. de test. Vulpell. cons. 76. num. 5. Bursatt. cons. 201. num. 62. vol. 2. Fab. Turrett. cons. 9. num. 24. Vbi alios cumulat. Dec. d. cons. 189. numero 8. Vbi quod non facit inditium ad inquirendũ. Rolan. cons. 94. num. 17. & cons. 95. nu. 15.
200 seq. vol. 4. Vbi testatur de communi: Ratio est, quia stante periurio eadem videtur ratio siue deponat in tortura, siuè extra torturam: nam vbi est periurium, nulla iuramenti religio in eo considerari potest. l. ob carmen. §. penult. ff. de test. §. si verò. in Auth. eo tit. Aym. in c. 6. num. 16. 47. seq. Rolan. cons. 16. num. 21. & cons. 95. vol. 4. Vbi de communi. Mascard. de probat. conclus. 1169. num. 12. & 15. Dec. d. cons. 189. num. 13. Cæphal. cons. 234. num. 18. seq. Ruyn. cons. 146. num. 2. & 4. lib. 5. Farinac. d. q. 56. num. 194. Idem. cons. 20. num. 3. l. qui falso, vel varia. ff. de test. Bart. quem allegat. cons.
201 6. num. 15. Vltra quod qui est periurus est infidelis Deo, & qui est infidelis Deo, hominibus fidelis esse non potest. Bal. in c. cum Ioannes. de fid. instrum. Franc. Curt. cons. 55. col. 3.

Et parum refert, quod dicta testis dixerit, quod Inquisitus eam sodomiticè subagitare tentauerit; cum in suis depositionibus tot men-
202 dacia dixerit: Et mendax in vno, mendax in omnibus, & in totum reputatur falsus, & mendax, atq; repellitur ratione iuramenti,
203 quod est indiuisibile. Innoc. in c. fraternitatis. de hæret. Aym. cons. 9. num. 10. Oldrad. cons. 37. Alex. l. si ex falsis. num. 15. de transact. Dec. cons. 105. Soc. Iun. cons. 41. nu. 12. lib. 2. Sed dato, & non concesso, quod ità
204 fuerint; tamen omninò dicitur, quod huiusmodi attentatum, siue conatus ex generali cõsuetudine totius Italię, etiam in atrocissimis non punitur, nisi sequatur effectus. Bal. cons. 361. in fin. lib. 1. Angel. cons. 14. numero 3. Vbi quod ista consuetudo est approbata per totum mundum, & sic generalis non indiget probatione. Cathald. de scindic. q. 98.

Quibus sic stantibus dicta prima Testis cum tot, tantasque patiatur exceptiones, & defectus nullo modo est attendenda per iura allegata.

Secunda Testis à testificando repellitur, tum quia, vt ipsa fatetur, ad secundum Interogatorium est pauperrima, & vilissimę conditionis, cum sit serua cuiusdam Ciuis Sancti Seuerini per iura superius allegata in exceptionibus generalibus ad numerum quartum. Tum etiam quia dicit, quod d. Inquisitus ei dixit aliqua verba, quæ ei non placuerant. Verum dato & non concesso, quod per Fiscum dicatur, quod dicta verba sunt trahenda ad malum, & non ad bonum; tamen dicitur, quod quando sunt talia, qualia ipsa dixit, trahenda sunt ad bonum, & non ad malũ:
205 Nam verba, quando est dubium, an inferant inhonestatem contra mulieres, semper sunt interpretanda, vt nullam inferant inhonestatem. Vt in proposito scribit Bart. cons. 108. col. fin. Mars. cons. 2. numero 7. Ruyn. latè
206 cons. 145. num. 23. seqq. vol. 5. Immo non sunt interprætanda in damnum proferentis, sed secundum illius mentem l. penult. ff. de exhiben. Et subiecta materia suadet, quod verba prolata debent accipi in bonam partẽ, secundum quam materiam, idest sermonem, qui factus fuit, accipi debent. l. proculus. ff. de vsufruct. Et tunc perfectè enunciamus, cum loquimur secundum subiectam materiam. Vt post Aristot. quem allegat, tradit Bal. in l. data opera. col. 9. C. qui accus. non poss. Et dd. prætensa verba Inquisiti eo magis in bonam partem accipi debent, cum dicta secunda Testis deponat in Processu Repetitionis; Che non sà se lo disse con mali-
207 tia, ò semplicemente. Et quando verba sunt dubia, ambigua, & multipliciter intelligibilia, in du-

in dubio sensus bonus accipi debet, quo delictum euitetur. l. meritò. ff. pro Soc. Et ità D. Augustin. in lib. de Concordia scribit. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. no. op. nunciat. not. in c. in præsentia. de probat. Dec. cons. 189. nu. 14. Crauett. cons. 51. num. 18.
208 Quinimò verba dubia regulariter interpretantur ad fauorē proferentis. Bart. l. is, qui Reus. col. pen. ff. de publ. iudic. Soc Iun. cons. 39. n.
209 70. vol. 2. Immo etiam verba lasciuia, & inhonesta v. g. quando dicitur Amasiæ Core mio, bene mio, non denotant delictum, quia sunt dubia, an ad malum, vel ad bonum quis protulerit; & in dubio presumi debet protulisse ad bonum, & non ad malū. Dixit Alex.
210 cons. 185. vol. 6. Sicq; concluditur, quod sermo, qui habet, seù continet dupplicē sēsum, idest quod potest accipi, seù interpretari in bonum, & malum sensum, melior est accipiēdus; Dubia enim in meliorē partē interpretari debemus. Albertin. tract. de agnoscē. assert. q. 34. n. 48. quē refert, & sequitur Ioā. Roias tract. de hæret. par. 1. n. 201. seq. Pennia in Annotat. super lucer. Inquisiti. in verb. Præsum-
211 ptio. n. 7. Quinimò dicitur, quod verba dubia, & multipliciter intel'igibilia, sēper sunt interpretāda contra Fiscū, & Instigatorē, super quibus se fūdāt. l. veteribus. ff de pact. Hyppol. Rimina'. cōs. 134. n. 51. diuers. crim. lib. 1.

Quarta Testis in processu informatiuo tribus vicibus examinata est filia N. inimici capitalis d. Inquisiti ex causis ab ipso expressis in eius depositione, repellitur: Nec valet, si dicatur per Fiscum, quod si d. N. eius pater est inimicus d. Inquisiti, non est inimica d. quarta Testis eius filia; quoniā quando quis con-
212 traxit inimicitiam cum vno de vna familia, præsumuntur etiā ei inimici omnes de ipsius familia vsq; ad quartum gradum inclusiuè. Fœlyn. in c. repellātur. de accusatio. n. 4. vers. Item adde. Bal. in l. si Vassallus, ēl primo in tit. si de feudo sue controu. Angel. cons. 248. incip. in splendidissima Ciuitatæ, & Alex. cons. 24. in 2. vol. vers. non obstat. Gram. cōs. 13. Et ideò omnes descendentes de illa familia repelluntur à testimonio. l. Athletas §. dat remissionem. ff. de accusat. tuto. Vbi not. Bal. & alij DD. quos sequitur Anton. Gomez. tom. 3. varia. resolut. c. 12. nu. m 14. Eadem etiam ratione Collaterales vsq; ad quartum gradum reputantur inimici. Argum. Text. in l. Cornelia. §. 1. ff. de iniur. Ità tenet Bal. in d §. dat remissionem. Mars. in l. 1. §. præterea. num. 103. ff. de quæst. Item d. Testis repellitur etiam quia variauit in sua depositione, nec valet si per Fiscum dicatur, quod
213 eius variatio, siue contrarietas fuit sanata per tormentum sibillorum ei inflictum: nam quando quis ob tormenta variat à primò dicto nullum parit inditium ob defectum periurij. Gram. vot. 34. num. 10. seq. Dec. cons. 189. nu. 8. per totum. Bertaz. cons. 341. num. 27. vol. 2. Vbi ait, quod isto casu nec ad inquirendum parit inditium.

Quinta Testis in Processu Informatiuo duabus vicibus examinata nullo modo est attendenda; tum quia dicit se inimicam d. Inquisiti N. ideò per iura superius allegata contra quartā Testē repellitur; tū etiā quia nō deposuit se fuisse à d. Inquisito carnaliter cognitā, nec d turpia, & inhonesta sollicitatam.

Sexta Testis à testificādo repellitur, cum dicat, quod d. N Inquisitus alapha ipsam percussit; nam quando quis alium offendit in perso-
214 na, oritur inter eos inimicitia capitalis. Bal. in l. in his. ff. solut. matrim. quem sequitur Mars in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Quod docuit etiam eleganter appositis exemplis Eymeric. 3. par. num. 118. Ibi vel vulnera grauia, vel lethalia; quæ tunc in primis procedunt, cum inhonesto modo aliquis corporalem pertulit iniuriam; vt si cui pugnus, seù alapha, aut fustibus sit pulsatus, seù canna. Quod genus iniuriæ magnā hominum opinione affert infamiam, & dedecus. Per Text. singularem in §. 2. Instit. de iniur. & docet copiosè Anton. Gomez. varia resolut. c. 6. n. 1. seq. Nec facit, cum dicat, quod d. Inquisitus eam deosculatus fuit, quia secus est: Sed dato & non concesso quod fuerit; tamen nō
215 potest trahi ad malum; quoniam Sacerdotis oscula, & similia sunt capienda in bonam partem. Vt in c. absit, & ibi not. 11. q. 3. Farinac. 35. num. 46. Deniq; à testificando repellitur, quia de ijs, quæ in primò examine deposuit, dicit, ꝙ nō recordatur; & tamē Mē-
216 daces debēt esse memores, & eos magis si suspicio subsit de testimonio falso Fœlyn. c. cū in tua. de test. Boer. decis. 108. Vulp. cōs. 71. n. 4

Octaua Testis a testificando repellitur, quoniā d. N. Inquisito est inimica propter verba iniuriosa, quæ ei dixit; quoniam inimicitiam capitalis oritur ex sola iniuriarum prolatio-
217 ne. Bal. in c. veniens. circa fin. de iureiur. quē sequitur Ias. in l. procuratoribus. C. de procurat. Mars. in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Vbi ità quādoq; fuisse iudicatum testatur Gram. vot. 6. nu. 4. seq. Rolan. cons. 23. nu. 36. lib. 1.

Cæterum vt multis, quæ in defensionem d.N. Inquisiti possunt adduci, finem imponã, dicitur, quod sufficit, fuisse probatum per plures testes fide dignos in processu Defensiuo examinatos, ipsum esse bonæ conditionis, & famæ. Quæ sanè probatio omnia purgat inditia, si quæ extant contra ipsum, quod nõ creditur. Paris. consil. 153. vol. 4. nu. 35. Gratt. consil. 52. num. 23. vol. 2. Bois. tit. de opposit. contra test. num. 75. In tantum quod ex dd. inditijs torqueri minimè potest. Ias. in l. 1. in in fin. C. cõ mũ delgat. Calon. de indit. & tort. tract. 1 c. 2. Rubr. de fama reorum. n. 9. Ioan. Andr. Soliloq 37. Vbi attestatũ de cõmi, & procedit etiamsi probata sit in genere, tollit inditia de delicto in specie. Marl. post multos §. diligenter. num. 196. & tribus seqq. Immo elidit inditia, quamis essent sollemnia, & legitima. Marl. consil. 130. col. fin. nu. 48. Quini mò tollit inditia ad torturam redundantia ex dictis sociorum criminis, quamuis simus in exceptis, & atrocissimis delictis. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. & tortu. § 8. inditium. n. 13. seqq. Gram. cõs. 21. n. 10. & cõs. 35. n. 25. & 49. & consil. 70. n. 7. Vbi loquitur de inditijs duorũ sociorũ criminis. Mascard. de probat. lib. 3. cõclus. 1311. Parit. cõs. 163. n. 16. lib. 4. Riminal. Iun. cõs. 290. n. 3. lib. 3.

Quæ cum ita sint humiliter supplicatur. D. S. Illustrissimæ vt iuris medio dignetur à molestijs Fisci, & dd. Mulierum procacitatibus liberare d. N. inquisitum & iniustè carceratũ, nè in posterum aliæ malæ mulieres audeant bonos Sacerdotes malitijs inculpare, & vexare, quod singulari gratia reportabitur. &c. Quarè &c.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio non potest fieri in causa adulterij, stupri, incestus, nisi à Consanguineis in gradu à iure expresso.*
2 *De delicti corpore quando dicatur constare in causa stupri.*
3 *De delicti corpore quando non constat, processus est nullus.*
4 *Dispositio non procedit nisi verificetur id super quo dispositio fundatur.*
5 *De delicti corpore quãdo non constat. manus Iudicis sunt ligatæ, & non potest ad Inquisitionem deueniri.*
6 *Delicti corpus non sufficit constare per coniecturas, & inditia, sed probatio debet esse liquida & plena.*
7 *Stuprũ vt probetur debet cõstare de præludijs*
8 *Item requiritur, quod stuprator fuerit repertus cũ stuprata idest nudus cũ nuda, &c.*
9 *Item quod constet de aliqua vi.*
10 *Puella quando est doli capax cessat præsumptio violentiæ.*
11 *Vis est probãda pro parte p̃n̄se puellæ stupratę*
12 *Adminicula ad delictum inferentia sunt plenè probanda.*
13 *Puellæ dicenti se vim passam, nõ est credẽdũ.*
14 *Puella vt credatur stuprata, opus est quod rumor sit in vicinia.*
15 *Item quod stuprator seduxerit stupratam.*
16 *Itẽ quod probetur, quod stuprata erat virgo.*
17 *Stupratæ nõ creditur, qñ agitur criminaliter.*
18 *Deflorationis actum perfectè fuisse consumatum testes probare debent.*
19 *Testium munus non est iudicare, sed quod oculis vident, deponere.*
20 *Testibus affirmantibus, quod verè scire non possunt, non est credendum.*
21 *Deflorationis actum, si testes non deponant, fuisse consumatum, non concludunt in eorum depositionibus.*
22 *Testes debent clare, & nõ præsumptiuè necessariò concludere; idest narrare quomodo factum steterit.*
23 *Deflorationis actum quomodo viderint fuisse consumatum testes deponere debent.*
24 *Defloratione puellæ quando testes non deponunt actum fuisse cõsumatum intra ipsius vas naturale, irat pœna extraordinaria.*
25 *Qualitas aggrauãs delictum constare debet in actis.*
26 *Præiudicium tertij iura valdè abhorrent.*
27 *Iudex debet subtiliter testes interogare super omnibus circumstantijs etiam à facto principali extraneis.*
28 *Accusator, & testis in causa propria nemo esse potest.*
29 *Puella tractans de sua inhonestate, & dedecore euitando & de bona fama, & bonore acquirendo non probat*
30 *Puella quãuis fuerit examinata vt testis, nihil facit, quia modus nõ attẽditur sed effectus.*
31 *Puella contrahit inimicitiam cum stupratore, quando deponit contra ipsum.*
32 *Puellæ defloratæ contra deflorantem nulla est præstanda fides*
33 *Puella dicens se ab aliquo defloratam, reddit se infamem.*
34 *Infamis à testimonio repellitur.*
35 *Infamia non purgatur per torturam.*
36 *Tortura purgat vnum tantumodo defectum non duos vel plures.*
37 *Infamia illa sola purgatur per torturã, quę resultat*

sultat ex eo, q quis se facit Sociū criminis.

38 *Vilitas, & paupertas non purgantur simul cum infamia.*

39 *Puella dictum prosternitur in totum per plures defectus in ea simul iunctos.*

40 *Testis deponēs de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti inditium contra alium non facit, si non sit omni exceptione maior.*

41 *Puella deflorata non facit inditium ad torturam, cum sit socia criminis.*

42 *Socius criminis admittitur contra consocium ad præsumptionem faciendam tantum.*

43 *Testes ad torquendum, & probandum requiruntur omni exceptione maiores.*

44 *Testes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui superant etiā omnem friuolā exceptionem, & nullam patiuntur maculam.*

45 *Stuprator non tenetur dotare, nec in vxorē ducere puellam vilis conditionis; sed tenetur tantum actione iniuriarum*

46 *Vilitas in coppula carnali consideratur respectu mulieris cognitæ non autem viri.*

47 *Consanguinei à testificando repelluntur.*

48 *Stuprator quod voluerit per vim puellam stuprare de die, & domo aperta, & cui sunt alia domus contigua, non est verisimila.*

49 *Inuerisimile quod est, non est credibile.*

50 *Inuerisimile quod est falsum reputatur.*

51 *Coppulla carnalis vt præsumatur non sufficit illa tam violenta presumptio solus cum sola, nudus cum nuda &c.*

52 *Adulterium non censetur probatum ex eo, quod solus cum sola, nudus cum nuda &c.*

53 *Coppula carnalis inditium nullū oriri potest, quando vir, & mulier visi sunt dormire vestibus induti cum ostio domus aperto*

54 *Actus palā facti carēt omni suspicione mali.*

55 *Actus palam facti excludunt dolum*

56 *Actus carnales ex natura instinctu occultè, & secretè fieri solent.*

57 *Obstetricibus referentibus puellam non esse virginem non est credendum.*

58 *Oculus, & manus sapè falluntur. Ideò Obstetricium iudicium circa deflorationem puellæ est multum fallax.*

59 *Obstetrices cum non possint videre claustra pudoris puellæ, non possunt testificari de virginitate, & non virginitate.*

60 *Testibus affirmantibus quod verè scire & videre nō possunt, non est credendum.*

61 *Periti in arte deponere debent de his, quæ certitudinaliter noscunt.*

62 *Puella defloratio potest prouenisse ab Obstetricibus per immissionem earum manuum intra vas naturale puellæ.*

63 *Obstetricis dictum cum sit vnica, non plenè probat stuprum. Ideò Puella quando inspicienda est, Iudex debet deputare honestas, & prudētes Matronas*

64 *Puella quando apponit digitos suos in naturam, committit vitium sodomiticum.*

65 *Famæ probatio tollit omnia alia inditia*

66 *Famæ probatio in genere tollit inditia de delicto in specie, & elidit inditia, quamuis legitima, & sollemnia.*

CONSILIVM II.

QVod Donna Oruntia Oristilla fuerit deflorata ab Orgilandro Corsino, prout per querelā Florindi Olidauri in actis Curiæ apparet, credi minimè debet; cū puellæ virginitas, seù defloratio vt certis notis cognosci possit, ad eò per difficilis, tantiq; momenti sit secundū Excellentissimos Medicos, peritissimosq; Anatomicos; vt nec sciētia, nec arte, nec inspectione, nec experientia id tuto sit affirmandum. Qua quidem ex re vt rei veritas magis elucescat, probabiliores huic inde (si quæ sunt) rationes veniunt in medium adducendæ.

Sciendū itaq; primò est, corpoream virginitatē in fœminis à Sacris Theologis, præsertim à D.Thom. sic diffiniri videlicet esse carentiam cuiuscunq; voluntariæ seminis emissionis. Veruntamen in casu de quo agitur, hoc modo non venit perpendenda; cum omnes sic acceptam virginitatem in nullo sexu certè cognosci posse fateantur. Dicamus igitur quemadmodum comuni quadam notione homines definire consueuerunt; nempè esse abstinentiam perfecti viri congressus cū fœmina; adeò vt tunc deuirginatio, seù defloratio ea verè dicatur; quando ità Mas, & fœmina congrediuntur, vt inde fieri conceptio queat: quam quidem virginitatem in quadā naturali labiorū vteri constrictione, ac symhisi consistere nonnulli scribunt.

Sed melius dicamus nos iuxta Galeni sententiā lib. de Anatomia viuorum cap. de vtero. Vbi in prima defloratione inquit, dilatatur collū matricis, & rumpuntur quædam venæ subtiles, quæ sunt in dextera parte ipsius Colli, & exit inde sanguis, adeò vt facilè sit ex hoc ipsam virginitatē cognoscere: Habetur enim in Exodo apud Hebreos lege fuisse constitutum, vt panni cruentati primi congressus conseruarentur, & postulante vsu iudicibus repræsentarentur, ne cui liceret malis artibus

Vxoris deflorationem accusare. Hinc colligitur quod quasi necesse sit, primò coitu claustris vuluæ effractis sãguinẽ profundi, ac ꝓinde certũ esse ipsius virginitatis argumẽtũ.

Adsunt ẽt & alia tũ corporis, tum animi signa, quibus Defloratio cognosci posse videatur; quemadmodũ à Laertiò relatum venit Democritũ illum maximi iudicij philosophum quadam die puellam conspicatũ virginẽ appellasse, sequenti autem die non amplius virginem, sed mulierem; quod solo aspectu cognouisset, eã antecedẽte nocte vitiatã fuisse.

Legimus præterea apud Catullũ antiquũ fuisse morẽ, vt cum primò virgo cũ viro concumbere debebat, filo collũ circundarent, deinde mane ad explorãdũ, nunquid esset deflorata, eodẽ filo collũ mẽsurarent; si autẽ collũ amplius effectum erat, & fili mẽsuræ nõ respondebat, iam defloratam fuisse autumabant.

His accedit, quod dum virgines vitiantur, pudorẽ illũ à poetis virgineum appellatũ pœnitus amittunt, & ob id deflorate impudibũdæ redduntur, atq; vocãtur: Sed quod maius nobis esse debet, virginitatis argumẽtũ illud est, quod virginibus ante os vteri à Natura fabricatũ est mẽbranosũ quoddã velamẽ, siue mẽbrana, Hymen à Grecis dicta; quæ nisi frangatur, ingredi virile mẽbrũ minimè potest: Et propterea virginitas, donec d. membrana integra sit, conseruatur, atq; fruetur; quarè indubitatũ videtur virginitatis signũ, & omnis videtur iam ablata difficultas.

Verũ etsi simplices amãtes, & cõcũbẽtes possẽt vuluæ strictura falli, & vitiatas puellas integras habere; haudquaquã falli possunt Excellentissimi Medici, & diligentes, periteq; Obstetrices, cũ liceat ipsis manibus, & oculis explorare, dictamq; mẽbranã integrã, vel descissam cõtrectãdo iudicare. Ex quibus omnibus satis apparere videtur, quod si datur occasio doctissimis Iurisperitis talia iudicandi, possunt per relata signa verũ, ac tutũ iudiciũ proferre, ac suam inde sententiã pro occasione propalare.

Verũ enim verò animaduertant quæso dd. Excellentissimi Iurisperiti, seù Iudices, animaduertant obsecro; nã rationes dictæ alicuius nec exigui videntur esse momenti; nec tanti sunt roboris, quin multas recipiant contrarietates, & confutari meritò non possint Vt ex modo afferendis vnicuiq; facilè innotescet.

Pro veritate igitur non est ignorandum, certissimum esse, cousq; fœminarum malitias nostris hisce temporibus peruenisse; vt non solum possint, & valeant vuluam cõstringere; verum etiam cruoris profusionem ità in cõgressu prouocare, aut fluentibus menstruis cõcũbere, vt nõ solũ Concũbẽtes, sed alios ẽt decipere, atq; fallere possint, quemadmodum scorta iuniora ad illaqueãdũ simpliciũ hominũ animos plerunq; facere solẽt; & ita à sacro medicine fonte multa sibi ad ementiẽdã virginitatẽ parare; quemadmodũ ad eãdẽ obscurandã aliquo sibi proposito fine, talibus circa partes muliebres vti, vt sepissimè sũt in causa, ꝙ vndequaq; peritissimi Medici, perspicacissimeq; obstetrices adeò decipiantur, vt eas quas nõ deberent, defloratas affirment, & eas, quæ deflorationem multis mensibus, vel etiam annis passe fuerint, non culpatas existiment, atq; deponant.

Quarè ad singulas rationes superius allegatas respõdẽdo dicimus; quod si Hebrei antiqui legẽ illã fecerũt, eũ in modũ ꝓpterea fecisse, seù sãcisse existimãdũ est, ꝙ nullã firmiorẽ rationẽ ad cõprimẽda virorũ scelera haberẽt.

Ad illud Democriti dicimus, suspicandum esse, ipsũ forsã aliorũ relatione, vel proprio aspectu certã sciẽtiã habuisse, ꝙ virgo primũ à se appellata, subsequenti nocte fuisset cõpressa; & propterea ꝙ astutiæ fuerat, sibi pro iudicij vi, atq; peritia attributũ fuisse. Nec argumẽta illa ex Collo, & pudore certũ esse possũt inditiũ, cũm alijs ẽt de causis id euenire possit: quæmadmodũ & in primis cõgressibus, vel impedimẽto naturæ, vel ligaturis colli dilatatio, possit inhiberi, sicuti de vsu, & ratione nõ est alienũ, sagaces fœminas, tũc multo magis pudorẽ effingere, cum deflorationẽ capiunt occultare.

Nec argumẽtũ ex mẽbrana illa inuincibile videtur; cum nõ satis inter Anatomicos cõstet, an in cũctis puellis velamẽ illud inueniatur. Immo inter celeberrimos Recẽtiores nõ defuerunt, qui litteris mãdauerunt; aut in paucissimis, aut in nullis mẽbranã illã inueniri: & eo magis, cum nullum vsum effatu dignum mẽbrana huiusdi habere videatur; nã ea, quę ad salutẽ, & tutelã vsum habẽt, in cunctis à Natura ꝓduci solẽt: Sed ẽ si cõcederetur, talẽ mẽbranã in cunctis esse, & vsum ad tutelã à puluere habere (vt nonnulli dixerunt) fieri nihilominus potest, vt quẽadmodum doctissimi Anatomici referũt, possit illa vel spõte in pueritia frãgi, vel paulatĩ exiccari, et hiscere, vel ẽt digitis ꝓprijs, vel aliquo alio instrumẽto formã penis substinẽte, vel copioso, & admodũ acri mẽstruorum cõfluxũ, vel morbo aliquo discen-

discindi; atq; consumi; vt postmodum quæ violatæ sunt, defloratæ videantur: sicuti ex altera parte fieri etiam potest, vt mulier talis sit conditionis, & naturæ; vt naturaliter os ceruicis vteri vastum, amplumq; habeat, vel etiam arte eousq; dilatatum, vt membro virili sic redditum falso videri queat, & sic etiam absq; defloratione penem aliquantulum exilem sine ruptura, & sanguinis profusione admittat.

Addendum quoq; est, quod Virgo pariter ipsa sic edocta pati virum clunes retrahens mēbranā frangi prohibere apta est: Quod similiter ad strictorijs medicamētis facere potest membranam illam condensando, duramq; reddendo, eandemq; fractu difficillimam præstando.

Nec inconueniens est cogitare, vt ab ortu naturæ sit adeò densum huiusmodi velamen, atq; contumax effectum, quod non modo absq; fractura vlla patiatur fœmina exiguū virilis membri ingressum; verum etiam per foramen exiguum illius velaminis semen intra vterum trahat, sicq; concipiat; quo enim casu non solum partum difficilem reddi, verū & parturiētiū necē subsequi Medici ōnes cognouerunt. Quarè verissimum est illud, quod legitur apud S. Thom. in quolib. Vbi scribit, mulierem posse concipere membrana illa virginea nō effracta, sed minimè posse parentem esse. Vnde ex his satis apparet, & patet, quod neq; colli vteri dilatatio, neq; circumsitarum venarum disruptio, neq; sanguinis ab eisdem emanatio, neq; velaminis discissio adeò certum sint primę deflorationis signum; quin eadem etiam ad falsam quandam & apparentem violationem vitreo, ligneo, vel ferreo aliquo, & consimili instrumento formam virilis membri repræsentante ab ipsis mulieribus sibimet inductam subsequi possint: sicq; pariter si quæ alia sunt, & esse possunt tentamenta pro defloratione deprehendenda, easdem, vel similes patiuntur difficultates, tum ex natura rei, tum ex artificiosa fœminarum malitia petitas, quibus ipsa potius contingentia, quam necessaria redduntur.

Et pro confirmatione huius veritatis tacendū non est, quod ex supradictis omnibus certū est, quod & Concumbentes, & Medici, & Obstetrices non semel falluntur in vera mulierum virginitate deponenda. Vnde inferre non licet aliquam puellam esse defloratam, quod velamine careat, locosq; latos habeat, neq; virginem esse, quod membrana illa integra in ipsa reperiatur. Quarè si hoc assequi nequeunt, quis profectò non videt, eis multo magis denegari certum, & præcisum violationis tempus? Et qua obsecro ratione illud certo innotescet? Dicent forsam recentem deflorationem ex partibus colli vteri, & pudendi, veluti laxis, & disruptis cognoscemus? Progressam verò ex eisdem veluti induratis distinguemus, atq; deniq; consumatā ex ipsis met collo obductis depræhēdemus? Cum hæc ea sint, cum aliunde quam à virga virili (vt cum satis dictum est) prouenire possint; profectò, omninò credendum, tutam virginitatem, indubiam violationem, seù deflorationem certumq; deflorationis tēpus astruere tū Medicis, tum Obstetricibus, nisi diuino spiritu suffultis fuisse denegatum, vel saltem non aliunde cognosci posse autumandum est, nisi quorundam Indorum populorum exemplo, vt qui res indicas scripserunt, enarrant. Illi enim puellis statim enatis vuluam consuunt, nec à quoquam dissolui conceditur, nisi à marito, cum primum ea vsurus est: Cum verò apud nos nullum sit certitudinis signum, nec pro, nec contra. Et hæc posita sunt iuxta sententiam cuiusdam peritissimi Medici. Caueant igitur Medici, & obstetrices in referendo, & Iudices præsertim in iudicando; multæ enim in eorum libris fallacissimæ reperiuntur rationes. Et quia res est tanti ponderis, tantiq; momenti (vt iam diximus) caueant tandem, nè in perditionem animarum suarum sibimetipsis iudicium in iudicando iudicent æternum.

Cæterum cum per supradicta iuxta Excellentissimorum Medicorum, & Anatomicorum opiniones probauerimus, puellæ deflorationem nullo modo posse cognisci, nunc quoq; per iura, & doctissimorum DD. Iuris peritorum authoritates non solum idem, verum & querelam per Florindam in actis Curiæ cōtra Orgilādrū, quod Donnā Oruntiā deflorauerit, porrectam infrascriptis de causis nullam, & abolendam esse probabimus.

Prima causa est, quoniā d. Florindus nō potuit Orgilādrū querelare, cū nō sit cōsanguineus d. Oruntię: nā in causa stupri quis nō potest alium accusare priuatim, vel publicè, nisi sit pater, mater, Auus, vel Auia, Filij, & Nepotes vtriusque sexus vsque ad secundum gradum, fratres, & sorores, & filij fratrum, & sororum; qui prænominati solum ad prędictā accusationem admittuntur;

quoniam domus, & generis sui quodamodo prosequuntur iniuriam. Aegid.Constit.prouinc.March.tit.de Raptu mulierum, Adulterio, Incestu, & stupro.c.69.lib.4. Et istud accusandi ius ad proximiorem sanguinis pertinet, qui quidem proximior omnibus alijs est preferẽdus.l.si verò.§.hæc actio.ff.de his, qui deiecc.& effu. Petr.a Plac.lib.1.Epit.delictorum.c.45.nu.3.Vulpell.q.11.

Secunda causa est, quia non constat de corpore delicti, cum camisia, seù linterulæ sanguine deturpatæ, quæ sunt corpus delicti, non fue-
2 rint in actis exhibitæ. Vnde testium dicta presumuntur calumniosa.Bal.cons.37.lib.1. Et d. camisia, seù linterulę erant necessariò exhibendæ; nam in crimine stupri, ad hoc vt constet de corpore delicti, non sufficit sola puellæ pretensæ defloratæ confessio; cũ nullo modo deflorationem probet. Vt communem dicens attestatur Honded.cons.98.nu.
3 15.& cons.100.nu.5.in fin.vol.1. Et quando non constat de corpore delicti, non solũ Inquisitus non potest puniri, sed etiam processus est nullus.l.1.§.Item illud.ff.ad Sillan. l.proinde. la secunda cum ibi not. per Glos.
4 ff.ad l.Aquil. Ratio est, quia dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo d. dispositio fundatur. Glos.in l.mãcipia.in verb. ad notandum.C. de seru. fugit. quam notat ibi.Castrens. & Salyc. Immò quando non
5 cõstat de corpore delicti, manus Iudicis sunt legatæ, & non potest ad Inquisitionẽ deueniri.l.necessarios.§.non alios.ff.ad Sillan. l.si
6 is, qui Titium. ff. de furt. Et id est omninò animaduertendum, quod delicti corpus non sufficit constare per coniecturas, & indicia; sed probatio debet esse liquida, & plena. Brunor. à Sole in suo aureo cons.num.200. Vbi quod de delicto commisso debet constare per testes, & probationes liquidissimas.

Tertia causa est, quia non fuerunt probata infrascripta requisita; & tamen ad stuprũ probandum eadem necessario requiruntur pro-
7 bata. Primo quod constet de preludijs ad stuprum, Vt considerant DD.sępè de tactu mamillarum, de osculis; de muneribus &c. secundò quod stuprator reperiatur nudus iuxta lectum cũ stuprata.Parid.de Put.tract. de Scindic.in verb.Officialis offensa.c.1. sub
8 nu.2.& 3.Foller.in pract.in verb. capiat informationem.num. 13. Mascard.de probat. conclus.1377.in verb. stuprum. lib. 3. alias
9 Inquisitio, transmitti non potest. Tertiò quod constet de aliqua vi illata puellæ; sed
10 quando est doli capax, cessat præsumptio
11 violentiæ. Et d. vis est probanda pro parte pretẽsæ stupratæ puellæ. Ità scripserũt Bos. tit.de coit.damnat. & punib. num. 68. Petr.
12 Caball.casu 29.nu.9. Ratio est, quia adminicula, seù signa ad delictum inferentia sunt plenè probanda. Innoc. c. sicut de Simon.
13 Verum illud omitti non debet, quod d. puellę dicenti se vim passam non creditur in prę-iudicium alterius. Alex. cons. 157. in princ. lib 3. Gram.cons.crim.45.in princ. Crauett. cons.41.in princ. lib. 1. Franc. Rosell. cons. 12. per totum. diuers. criminal. lib. 2. Boer. decis.319.nu.7.vol.2. Gratt.cons.57.nu.28.
14 lib. 2. Quarto quod sit rumor in vicinia.
15 Mascard. vbi supra. Quinto requiritur iuxta Tex.in c. 1. & 2. de adult. quod stuprator
16 seduxerit stupratam. Sextò quod verè stuprauerit. Septimò quod stuprata erat virgo. Ita declarat idem Gratt. viden. cons.43. nu. 31. vers. his tamen non obstantibus. vol. 2. Quæ tamen omnia sunt probanda aliunde, quam ex dicto stupratæ: nam supràdictus Text. loquitur, si seduxerit. Dictio, si denotat conditionem, & importat formãm, & ideò qui se fundat in d. Text. qualitates in eo requisitas probare debet. Gratt. d. cons.43. & 45.Verum quando agitur ciuiliter, licet forsan stetur dicto stupratæ, quod erat virgo;
17 tamen quando agitur criminaliter, sibi præiudicium alterius (vt supra dictum est) non creditur.Franc.Rosell.d.cons.12.

Quarta causa est, quia testes in processu examinati non deponunt vidisse actum pretensæ
18 deflorationis fuisse perfectè consumatum: Et cum testium munus non sit iudicare, sed
19 quod oculis vident deponerè, ideò non probant.Bart.& alij in l.quod ramẽ.§.si arbiter.
20 ff.de arbitr.Curt. Iun.cons.105.nu.17. Dec. cons.459.num.10.& cons.249.num.4. Vbi non est credendum testibus, quod verè scire, & videre non potuerunt.c.testis.3.q.8. Rot. decis.Paleot.679.in princ.3.par.nouiter impressæ.S.c.Sen.cons.229.lib.2. Ruyn.cons.
21 27.in fin. Gram cons.12.num.14. Vt in crimine difficilis probationis. Et cum testes in causa, de qua agitur, non deposuerint d. actum ab Orgilandro intra vas naturale d. Oruntiæ fuisse consumatum, non concludũt ab ipso fuisse defloratam.Abb.in c.in præsen
22 tia de probat. Et tamen testes debent necessariò clarè & non præsumptiuè concludere, idest narrare, quomodo factum steterit. dicto. capit. in præsentia lege. non hoc. C. vnde

vnde cognat. Abb. in c. auditis. col. 4. de præ-
23 script. l. neq; natales. C. de probat. Immo in hac criminali causa nec etiã id sufficit; quoniam debent clarè, & specificè deponere, nempè quomodo viderunt d. actum intra d. vas fuisse consumatum. Glos. in l. lucius. in verb. debeant. ff. de infam. Natt. post Bal. quem allegat cons. 177. num. 6. Aret. l. legata inutiliter. col. 1. eo. tit. Et id ob magnitudinem præiudicij contra d. Orgilandrum. Ca-
24 stren. cons. 168. vol. 1. in 2. dub. Ratio est, quia quando in defloratione puellæ testes non deponunt actum consumatum intra ipsius vas naturale, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, idest pecuniaria, cum sit solummodo deflorationis attentatio, & non consumatio. Clar. §. Sodomia. in fin. Soc. Iun. cons. 7. num. 1. vol 3. quos refert, & sequitur. Menoch. de arbitrar. Iud. casu 286.
25 num. 18. Nec mirum videri debet, quoniam qualitas aggrauans delictũ constare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testam. aper. Veronen. cons. 58. cum alijs adductis per Mars. cons. 87. Et quia iura val-
26 dè abhorrent præiudicium tertij; Iudex debet subtiliter, & cum maxima diligentia te-
27 stes interogare super omnibus circumstantijs etiam, à facto principali extraneis. Bal. in l. fin. C. de test. Alex. cons. 91. vol. 4. seq. Quod eo magis dici debet, quando præsumptio militat falsitatis, vt in casu de quo agitur. Bal. & Alex. ibidem.

Nec facit, si dicatur, quod d. Oruntia d. Orgilandrum prætensum socium criminis querelauit, quia est testis in causa propria, quod
28 nullo modo esse potest; nam absurdum est, quod quis in causa propria sit accusator, & testis. Bart. Gritt. inter cons. crim. diuers. cons. 160. num. 3. lib. 1. Rolan. cons. 37. num. 10. seq. lib. 1. Vulpell. cons. 17. num. 1. & cons. 92. num. 3. seq. Bertaz. cons. 8. num. 42. lib. 1. Glos. in l. is, qui in iudicio. ff. de accusat. Gand. in tract. malef. Rubr. qui accus. poss. Mars. cons. 33. num. 3. seq. Tiber. Decian. cons. 83. num. 16. vol. 3. nec ab re quia sequeretur inconueniens; nam puella semper posset dicere fui stuprata; ad hoc vt dotetur
29 vel in vxorem accipiatur. Additur etiam, quod non potest esse testis, quia de eius inhonestate, & dedecore euitando tractat, & de eius bona fama, & honore acquirendo. Alex. cons. 86. num. 9. vol. 2. Ruyn. cons. 153. nu. 12. vol. 1.

Nec valet, si dicatur, quod d. Oruntia fuit examinata vt testis; quia modus non attenditur,
30 sed effectus. l. 3. & ibi Bal. C. de instit. & substit. l. quoties. §. si quis nouem. & ibi Imol. cum alijs per eum adductis ff de hæred. instit. Immo etiamsi cum tortura deposuerit. Vulpell. cons. 30. num. 5. seq. Ratio est, quia tunc non habetur pro examinata. Rolan. cons. 3. nu. 49. lib. 3. Riminal. Iun. cons. 75. nu. 8.
31 lib. 2. Alia quoq; adest ratio, quia ex depositione facta contracta fuit inimicitia capitalis inter ipsam, & d. Orgilandrum. Farinac. q. 53. num. 47. seq. Et inimicitia capitalis non purgatur per torturam. Boss. tit. de Inquisit. num. 2 Idem Farinac. in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 46. num. 160.

Augetur exceptio, quod d. Oruntiæ deponenti
32 se ab Orgilandro fuisse carnaliter cognitam; nulla prorsus est adhibenda fides. Alex. cons. 15. in princ. lib. 3. Gram. cons. crim. 45. in princ. Gratt. cons. 57. num. 28. lib. 2. Boer. decis. 319. num. 7. Crauett. cons. 41. in princ.
33 lib. 1. Et hac ratione quidem, quia dum deponit, se fuisse defloratam, reddit se infamem. Vt habetur in Auth. Vt non luxur. contra natur. in l. cum vir. nubit. in fœminam. C. de adult. in c. Clerici. de excess. Prælat. l. nullus. ff. de test. c. forus. §. in omni. de verb. signif.
34 Et infamis à testimonio repellitur. c. in primis. 2. q. 1. c. per tuas. de simon. Spec. tit. de
35 test. §. 1. num. 28. Etiam quod cum tortura deposuerit, quoniam in criminalibus testis infamia non purgatur per torturam, sed in ciuilibus tantum. Dec. cons. 89. num. 10. ad fin. Rolan. cons 94. num. 17. & cons. 95. num. 15. seq. vol. 4. Vbi attestatur de communi. Honded. cons. 106. num. 29. Farinac. d. q. 45.
36 num. 23. Immo tortura purgat vnum tantummodo defectum, & non duos vel plures. Bursatt. cons. 192. Ad litteram H. Idem Farinac. q. 43. num. 178. circa med. nempè so-
37 lam infamiam resultantem ex eo, quod quis se facit socium criminis. Crauett. cons. 6. nu. 16. 47. 48. 57. seq. lib. 1. Rolan. cons. 3. nu. 48. seqq. lib. 3. Tob. Noni. cons. 99. num. 5.
38 seqq. non autem v.g. vilitatem, & paupertatem simul cum d. infamia. Fab. Turret.
39 cons. 15. n. 52. Vbi alios refert: nam dd. defectus simul iuncti prosternũt in totum puellæ dictum. Vt per Crauett. & Mars. quos allegat, ostendit Menoch. cons. 98. nu. 15. vol. 1.

Ob eamq; rẽ omninò dicẽdũ, q̃ si Oruntiæ dictũ p̃ supradicta cõtra Orgilãdrũ nullã facit fidẽ, minus ad torturã cõstituit inditium. Vt DD. sẽtiũt; & in specie de inditio ad torturã loquun-

loquuntur Crauett. & Gratt. in locis supra citatis. Id quod concludentissima ratione
40 comprobatur: Nam si quis deponens de ipso maleficio, & actu proximo, & immediato delicti inditium non facit ad torturam, nisi sit omni exceptione maior. Bart. in l. maritus. nu. 1. ff. de quæst. Bal. cons. 259. nu. 5. lib. 1. Crauett. cons. 99. num. 4. lib. 1. Ruyn. ex communi cons. 147. nu. 3. lib. 5. sic d. Oruntia non facit inditium ad torturam, cum non
41 sit omni exceptione maior, stante quod vltra suam magnam vilitatem, & paupertatem sit socia criminis. Firmat Mars. cons. 28. nu. 18. seq. Paris. cons. 163. nu. 8. seq. lib. 4. Riminal. Iun. cons. 290. num. 9. lib. 3.

Et quando per DD. dicitur, quod vnus, vel plu-
42 res socij criminis admittuntur contra consocios, intelligitur, quoad præsumptionem faciendam tantum; cum ad torquendum, & probandum testes debeant esse (vt pluries dictum est) omni exceptione maiores. l. sciant cuncti. vers. testium idoneorum. C. de probat. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam
43 allegat Bart. de reg. 425. in 1. fallent. Ratio est, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores; nam absurdum est dicere, quod quis conuincatur ex di-
44 cto socij criminis infamis. Et testes omni exceptione maiores dicuntur illi, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant omnem friuolam exceptionem, nullam patiuntur maculam, & vndiq; sunt inuulnerabiles, aliàs secus. l. 1. §. Idem Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi reprehendit Iudices, qui de facili ex depositione testis inhabilis reos torquent, seù condemnant. Vbi testatur de communi. Alex. cons. 180. col. 2. vol. 6. Bart. in d. l. maritus. Glos. in §. Item verborum. Instit. de inutil. stipulat. Crott. tract. de test. Glos. notab. c. 1. in verb. maiores. de consanguinit. & affinit.

Quinta causa est, quia d. Orgilandrus iuit ad domum d. Oruntiæ de eius consensu, idest ductus ab ipsa, prout in processu apparet.
45 Vnde dato, & non concesso, quod ipsam deflorasset, non solum contra ipsum non posset agi ad stupri crimen. Vt per Diaz. in pract. crim. scribit Baiard. in §. stuprum. num. 28. Sed nec etiam posset cogi ad ipsam dotandã, seù in vxorem ducendam; cum d. Oruntia sit vilis conditionis, pauperrima, ac etiã (quod citra iniuriam dictum sit) natu infamis; sed tenetur tãtum actione iniuriarum. l. qui adulterium. C. de adult. Paul. Ghirland. tract. de pœn. omnif. coit. in septima q. principali. num. 4. in 2. fallent. Alex. cons. 13. num. 6. vol. 7. Vnde quando sententia fertur in huiusmodi casu contra aliquem, venit omninò reuocanda, Salyc. in l. cum qui duas. num. 2.
46 C. de adult. Vbi ponit pœnam vilis stupratoris, limitat non procedere in stuprante ancillam; nanque vilitas consideratur respectu mulieris cognitæ, non autem viri. Ghirlan. & Salyc. Vbi supra.

Sexta causa est, quoniam testes examinati non solum sunt d. Oruntiæ consanguinei, qui propterea à testificando repelluntur. c. similiter. 3. q. 5. c. absens. èl secundo 3. q. 9. Gabriel tit. de test. conclus. 13. num. 1. Clar. q. 24. vers. quæro modo nunquid. Farinac. q. 53. num. 4. & 23. Sed etiam quia omnes sunt viles, & pauperes rustici, prout in Processu defensiuo apertissimè constat. Ioan. de Amic. cons. 78. Corrad. in pract. tit. de test. verb pauper. Viui. in commun. opin. in verb. testis propter solam paupertatem. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verb. testes vilès, & pauperes, qui omnes testantur de communi opinione. Clar. q. 25. vers. Sed quæro nunquid. in fin. Nam vilitas iuncta paupertati non solum testi diminuit; verum etiam facit eum tam in ciuilibus, quam in criminalibus reputari non idoneum. Scripserunt Alex. d. cons. 15. num. 7. Anton. Gomez. tit. de delict. c. 12. num. 18. Vbi testatur de communi. Itaq; nec ob fidem pauper dicitur idoneus testis. l. creditores. ff. de priuileg. credit.

Nec obstat, si dicatur, quod d. Orgilandrus à dd. testibus fuit repertus solus in domo cum d. Oruntia, quoniam iuit de die (vt dictum est) malitiose ductus ab ipsa; vnde non est
48 verisimile, quod de die, & in domo aperta, & cui sunt etiã contiguæ, prout in d. processu
49 multæ aliæ domus habitatæ à consanguineis ipsius mulieris; nec non etiam à diuersis familijs aliorum rusticorum, per vim voluerit deflorare d. Oruntiam. Et quod non est verisimile, non est credibile. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75.
50 num. 19. Et quando per testes inuerisimilia deponuntur, falsa reputantur, & non probãt. l. ob carmen. §. fin. ff. de test. Gabriel. cõs. 195. num. 14. Mascard. de probat. lib. 4. conclus. 1358. num. 1. seqq. Bal. l. 1. C. de seru. fugit.

Additur quoq; quod quamuis d. Orgilandrus fuerit solus repertus in domo cum d. Oruntia;

tia; tamen nullo modo potest præsumi, quod
ipsam deflorauerit, quoniam ad probandam
coppulam carnalem. Vt scribit Matthesil.
notab. 119. nec etiam sufficit illa tam violen-
ta præsumptio solus cum sola, nudus cum
nuda cum thalamo clauso repertus, & vir
habeat calligas solutas, & mulier recuset ape-
rire ostium clausum. Idem scripserunt Corn.
cons. 192. in fin. lib. 4. Crauett. cons. 205.
52 num. 20. seq. post Anton. Rosell. qui scribit
adulterium non censeri probatũ ex eo, quod
53 solus cum sola, & nudus cum nuda. Immo
omninò dicitur, quod coppulę carnalis indi-
tium nullum oriri potest, quando vir, & mu-
lier visi sunt dormire vestibus induti in do-
mo cum ostio aperto. Ità Bols. in terminis
54 tit. de opposit. contra test. n. 96. Ratio est,
quia quæ palam fiunt, & ab alijs videri pos-
sunt, suspicione, fraude, & dolo carere cen-
sentur, l. non intelligitur. §. si quis palam.
ff. de rit. nupt. Clar. d. q. 21. in fin. Immo ex-
55 cludunt dolum. Abb. cons. 68. num. 3. seq.
56 vol. 1. Paris. cons. 171. num. 16. lib. 4. Alia
quoque adest ratio, quia actus carnales ex
naturæ instinctu secretè, & occultè fieri so-
lent. Muscatell. in pract. crim. pag. nihi 225.
num. 1.

Et si supradicta tam violenta præsumptio cum
nudus cum nuda, &c. non sufficit, multo ma
gis cessare debet suspicio coitus; cum d. Or-
gilandrus fuerit repertus in domo vestibus
indutus de die, & cum ostio aperto. Auth.
multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. Et si
quidam frater qui per biennium in eodem
lecto cum sorore sua iacuerat, fuit defensus
à Crauett. in suo aureo cons. 321. prout re-
fert Clar. in §. Incestus. in princ. multo magis
defenditur ille, qui vestibus indutus de die,
& ostio domus aperto stetit cum aliqua mu-
liere in eius domo. Et iure quidem optimo
quia potest esse, quod quis maneat cum mu-
liere solus, & nudus cum ostio clauso, ac
etiam dormiat cum ipsa in lecto, & ipsam
carnaliter non cognoscat, vel propter impo-
tentiam ad coitum, vel quia vult delectari
solum in eam amplectendo, deosculando,
tangendo, & similes alios actus carnales fa-
ciendo.

Sed quid multa? In huiusmodi causa benè ad-
uertat D. Iudex, & non credat, quamuis ipsi
dicatur, quod d. Oruntia fuit visa, & ab Ob-
57 stetricibus reperta deflorata; quoniam Ob-
stetricibus referentibus puellam non esse vir
58 ginem, non est credendum; nam oculus, &
manus sæpe falluntur. c. nec aliqua. 27. q. 1.
Franc. Marc. decis. 678. quem refert Ba-
iard. q. 4. n. 7. qui etiam testatur, in facti con-
tigentia euenisse casum in Ciuitate Spoleti,
Obstetrices retulisse falsum; se excusarunt,
59 quod illud iudicium est multum fallax; &
hac quidem ratione; quia cum in simili casu
60 non possint intra vas naturale videre claustra
pudoris puellæ; ideò non possunt testificari
61 de virginitate, & non virginitate ipsius. Dec.
d. cons. 459. n. 10. & cons. 249. n. 4. Vbi non
est credendum testibus affirmantibus quod
62 vere scire, & videre non possunt: Ratio est,
quia periti in arte deponere debent, de his,
quæ certitudinaliter noscunt, d. c. testes. 3. q.
8. Rot. d. decis. Paleotti 679. in princ. 3. par.
nouiter impressæ.

Qua quidem ex re nè indebitè d. Orgilandrus
molestetur, illud credendum est, quod præ-
tensa defloratio Oruntiæ; quatenus ideò de-
florata fuerit, potest prouenisse vel ab Obste-
tricibus per immissionem earum manuum,
63 aut digitorum: Vnde semper debet D. Iu-
dex, quando inspicienda est aliqua puella de-
putare honestas, prouidas, ac prudentes Ma-
tronas. Vt ad litteram probat Text. in c. vlt.
de probat. loquens in proprijs terminis Ob-
stetricium. Idem scripserunt Pacia. de pro-
bat. c. 2. lib. 2. n. 16. Farinac. de delict. carn.
q. 47. nu. 143. Vel potius prouenisse prius
per immissionem digitorum. d. Oruntiæ in-
tra suum vas naturale. Vt benè exẽplificant
DD. Vltra quod Obstetricis dictum circa
stuprum puellę nõ probat plenè d. stuprum;
cum sit vnica in sua depositione; prout ante
omnia de eo constare debet. l. 1. §. Item illud
ff. ad Sillan. l. proindè. la secunda cum ibi
not. per Glos. ff. ad l. Aquil. Rolan. cons. 51.
64 num. 9. lib. 1. Et quando puella à semetipsa
apponit, siue immitit digitum in suam natu-
ram, appellatur vitium sodomiticũ. Vt post
D. Augustin. scribit Bonacols. in quæst. crim.
in prima par. in verb. sodomia. vel etiam per
immissionem alicuius instrumenti vitrei, li-
gnei, ferrei, aut alius consimilis formam viri-
lis membri representantis.

Cæterum vt multis, quæ in d. Orgilandri defen-
sione possunt adduci, finem imponam, di-
citur, quod sufficit fuisse probatum, ipsum
esse adolescentem honestum, & bonæ condi-
65 tionis, & famæ: Quæ sanè probatio omnia
purgat inditia, si quæ extant contra ipsum,
quod non creditur. Paris. cons. 153. vol. 4.
nu. 35. Gratt. cons. 52. n. 23. vol. 2. Bols. de
opposit.

opposit. contra test. nu. 75. In tantum quod ex inditijs torqueri minimè potest. Ias. in l. 1. in fin. C. commun. delegat. Cason. tract. de indit. & tortu. tract. 1. c. 2. Rubr. de fama reorum nu. 9. Quod procedit, quamuis sit probata in genere, tollit inditia de delicto in specie. Mars. post multos. §. diligenter. nu. 196. Immo inditia elidit, quamuis essent sollemnia, & legitima. Mars. cons. 130. col. fin. num. 48.

Quibus sic stantibus supplicatur D. S. Illustrissimæ mandare dignetur, d. Orgilandrum excarcerari, & amplius in futurum pro huiusmodi causa non molestari. Quod singulari gratia reportabitur, &c.

Quarè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis contra consocium non probat.*
2 *Confessio de se non creditur contra alium.*
3 *Confesso de se non creditur in caput aliorum, etiam in articulo mortis, in quo nemo præsumitur mentiri, & esse immemor salutis æternæ.*
4 *Moribundus non semper præsumitur dicere verum.*
5 *Moribundo non creditur, quã agitur de præiudicio tertij.*
6 *Testis vltrò se offerẽs examini, suspectus à iure reputatur*
7 *Testis vltrò se offerẽs examini inimicus capitalis efficitur.*
8 *Puer dicens se per vim fuisse subagitatum nihil probat.*
9 *Vis per fiscum probari debet.*
10 *Adminicula, seu signa ad delictum inferentia plenè sunt probanda etiam in exceptis.*
11 *Mulieri dicenti se per vim ab aliquo fuisse cognitam, nõ creditur.*
12 *Accusator, & testis quis esse non potest*
13 *Socius criminis quamuis dicatur per fiscum, quod fuit examinatus vt testis, nihil probat, licet in tortura deposuerit, quia non modus attenditur, sed effectus.*
14 *Socius criminis contrahit inimicitiam capitalem, quando deponit contra consocium.*
15 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
16 *Puer deponens se suppositum per sodomiam, reddit se infamem.*
17 *Infamis à testificando repellitur.*
18 *Infamia in criminalibus nõ purgatur ꝑ torturã, sed forsã.*
19 *Puer deponens turpitudinem suam non est audiendus.*
20 *Mulieri dicenti se ab aliquo carnaliter cognitam, non est præstanda fides.*
21 *Testis vnus deponens de maleficio, & actu proximo, & immediato delicti non facit inditium ad torturam, nisi sit omni exceptione maior.*
22 *Puer dicens se suppositum per sodomiam inditium non facit ad torturam contra inquisitum.*
23 *Socius criminis in criminalibus admittitur contra consocium ad præsumptionem tantum.*
24 *Probationes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*
25 *Socius criminis cum sit infamis consocium non conuincit.*
26 *Testes omni exceptione maiores qui dicantur.*
27 *Sodomiæ crimine vt ipsius actus probetur perfectè consumatus, necessariò per testes dici debet, ipsos vidisse subagitantis membrum esse immissum intra anum subagitati.*
28 *Testium munus non est iudicare, sed quod oculis viderunt deponere.*
29 *Testibus affirmantibus quod verè scire, & videre non potuerunt, non probant.*
30 *Testes non deponentes vidisse membrum virile immissum in anum subagitati, non concludunt.*
31 *Testes necessariò clarè, & non præsumptiuè concludere debent.*
32 *Sodomiæ crimine testes clarè, & specificè deponere debẽt, quomodo viderunt membrum virile intra anum subagitati immissum.*
33 *Membrum virile, & semen subagitantis non constat fuisse immissa intra anum subagitati, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, idest pecuniaria.*
34 *Qualitas aggrauans delictum constare debet in actis.*
35 *Iura valde abborrent præiudicium tertij.*
26 *Iudex debet subtiliter, & maxima cũ diligentia interogare testes, maximè quando militat præsumptio falsitatis.*
37 *Inuerisimile est quod quis de die, ostio cameræ aperto, in qua plures manebant, voluerit alium subagitare.*
38 *Actus carnales ex naturæ instinctu secretè, & occultè fieri solent.*
39 *Inuerisimile, quod est, non est credibile.*
40 *Inuerisimilia, quando per testes deponuntur, falsa reputantur.*
41 *Macula qualibet, seu exceptio etiam minima, aut in dicto, aut in persona testis impedit torturæ effectum.*
42 *Testibus de visu plena non est adhibenda fides.*
43 *Sodomiæ actus non dicitur consumatus, & probatus per testes, qui solummodo dicunt vidisse aliquem in cammera stante supra puerum.*
44 *Coppula carnalis vt probetur, non sufficit illa tam violenta præsumptio, nempe solus cum sola, nudus cum nuda.*
45 *Adulterium non censetur probatum ex eo, quod quis solus cum sola, nudus cum nuda reperitur.*
46 *Coppula carnalis non censetur probata ex eo, quod vir & mulier visi sunt dormire testibus induti in domo cum ostio aperto.*
47 *Actus, qui palam fiunt, & ab alijs videri possunt, suspicione, fraude & dolo carere censentur.*
48 *Coppula carnalis inditium cessat, quando inquisitus manet in Camera vestibus indutus de die, & ostio aperto.*
49 *Coppulæ carnalis inditium quomodo excludi possit.*
50 *Puer subagitatus non purgat suam infamiam, quamuis in tortura deponat.*
51 *Tortura pro inditio ad torturam non sufficit, idest tortura non parit torturam.*
52 *Tortura data socio criminis, vt pariat inditium ad torturã contra consocium, quæ concurrere debeant.*
53 *Verisimilitudo non deducitur ex qualitate subagitati, quando est 14. annorum, quia non resultat præsumptio quod non mentiatur.*
54 *Verisimilitudo non deducitur ex qualitate Inquisiti de sodomia, nec elicitur præsumptio veritatis depositorũ contra ipsum, quando est vir insignis, honestus, & probus.*
55 *Vir insignis habet præsumptionem exclusiuam delicti.*

56 Sacer-

56 Sacerdotij dignitas non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti.
57 Famæ bonæ probatio Rei omnia purgat inditia, si quæ extant contra ipsum.
58 Testis vnicus plenè probat ad defensam Rei.
59 Fama bona Rei quamuis in genere probata purgat inditia de delicto in specie. l cet legitima & sollemnia; quod etiam habet locum in crimine sodomiæ.
60 Puer subagitatus inimicum conioctij se facit, quando dicit se ab ipso percussum.
61 Socius criminis inimicus ad torturam non facit inditium contra consocium.
62 Inimicitia quamuis non constet satis est, quod constet de eius causa.
63 Inimicitia capitalis contrahitur tam respectu eius cui mouetur lis criminalis quam respectu mouentis.
64 Inimicus capitalis nec in exceptis ad testificandum admittitur.
65 Tortura purgat vnum tantummodo defectum, non duos, vel plures.
66 Tortura purgat solumodo defectum, ex quo Reus effectus est socius criminis.
67 Sodomiæ crimine, quando non constat de corpore delicti, idest quod non fuerunt in actis exhibitæ linterulæ sanguine deturpatæ seù alijs immundirijs non proceditur.
68 De delicti corpore quando non constat, testium dicta præsumuntur calumniosa.
69 Sodomiæ crimen vt constet, statim subagitati anus per Chirurgos inspici debet.
70 Sodomiæ crimen vt constet Chirurgus deponere debet inspexisse totam ani coronam subagitati.
71 Pueri subagitati confessio non probat subagitationem.
72 De delicti corpore quando non constat, Inquisitus non potest puniri, & processus est nullus.
73 Delicti corpus non sufficit constare per coniecturas, sed debet constare per probationes liquidissimas.
74 Pueri subagitati anus quando per Chirurgos fuit inspectus v. g. post aliquos annos Inquisito non obstat.
75 Silentium longum in querelando arguit dolum.
76 Chirurgos dicens esse in ano subagitati fracturam & non dicens euenisse certè ob subagitationem non obstat.
77 Periti in arte deponere debent de his, quæ certitudinaliter noscunt.
78 Chirurgus quando dicit quod in anum aliquando descendit quædam humorum mordacitas, quæ causat fracturam tollitur omne sodomiæ inditium.
79 Delictum in dubio non est præsumendum.
80 Delicti exclusiua interpretatio in dubio semper est sumenda.
81 Litterarum recognitione non sufficit, quod recognoscens dicat habere notam manum alicuius sed opus est, vt dicat quod vidit cum scribere.
82 Testes de facili propter characterum similitudinē decipi possunt.
83 Litterarum recognitione peritus rationem reddere debet, quomodo d. manum recognoscit.
84 Verba habentia dupplicem sensum, seù multiplicem sensum vt delictum excludatur in bonum sumi debent.
85 Leno nullum parit inditium.
86 Leno est adeò detestabilis, & infamis, vt sit peior Diabolo.
87 Leno non probat, quia est particeps criminis.
88 Leno tanquam infamis à testificando repellitur.
89 Leno cum mitra flagellari debet.
90 Testis sibi ipsi contrarius à testificando repellitur, & de falso conuincitur.
91 Mendax in vno, mendax in omnibus.
92 Vilis, & pauper non est idoneus testis.
93 Vilitas iuncta paupertati testi fidē diminuit, & facit eum reputari non idoneum.
94 Pauper nec ob fidem ducitur idoneus testis.
95 Querela sola criminalis parit inimicitiam capitalem.
96 Testis sibi ipsi contrarius nihil probat.
97 Mendaces oportet esse memores.
98 Testis de auditu nullum parit inditium, nec præsumptionem aliquam facit.
99 Testis de auditu non potest dici testis, quia aliorum affert voces.
100 Serui contra eorum dominos ad testimonium non admittuntur, & admissi nihil probant.
101 Serui contra eorum dominos etiam in causa hæresis modicam faciunt fidem.
102 Serui expulsi è domo à dominis sunt ipsis expulsoribus exosi.
103 Carceratio parit inimicitiam capitalem.
104 Instigatores ad testificandum non admittuntur, quia efficiuntur inimici capitales.
105 Criminosi à testificando repelluntur, etiamsi in tortura deposuerint.
106 Testis culpatæ vitæ à testificando repellitur; Imò Quando est culpatæ vitæ & vilis subornatus præsumitur.
107 Testes deponentes sub promissione impunitatis, etiamsi legitima præcedant inditia, non probant.
108 Impunitatis promissio à Iudice facta est contra publicam vtilitatem.
109 Homines illaqueare non licet.
110 Impunitatem si Iudex promittat, dolosè agit.
111 Ex impunitatis promissione, quam Iudex facere nō potest, Inquisitus nullo modo condemnari debet.
112 Testes nimis animosè deponentes non probant.
113 Testes deponentes per eundem, premeditatumq; sermonē suspecti sunt quod antea coniurauerint.
114 Quod procedit quando eandem causam, & rationem reddunt.
115 Testes infames, seù inhabiles quamuis admittantur in delictis occultis, & difficilis probationis; tamen admittuntur ad præsumptionem faciēdam, seù ad inquirendum; non autem ad probandum, & torquendum.
116 Testes ad torquendum, seù probandum debent esse omni exceptione maiores.
117 Testibus detrahendum est de eorum fide propter eorum inhabilitatem.
118 Perfectum non potest oriri ex imperfecto.
119 Testimonij fundamentum est fides.
120 Infames, & inhabiles carent fide, quia eorum status maculatus est iuris dispositione.
121 Infames non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur.
122 Supplementum non recipit quod nihil est.
123 Infamis in criminalibus alium infamem iuuare minimè potest.
124 Nemo dat quod non habet.
125 Infames quando admittuntur non admittuntur vt integri etiam in occultis & difficilis probationis, ac etiam quod fuerint ad funam adducti.

CON-

CONSILIVM III.

CONtra Illustrem D. N conspirauerunt, & se examinauerunt Bernardinus, Ioseph, Lelius, & Nuntius olim ipsius famuli, prout in processu causæ, de qua agitur, sub falso quidem prætextu, quod pluries nephandissimum sodomiæ crimen in personas dd. Bernardini, & Lelij, nec non aliorum patrauerit. Verum vt ipsorum falsitas, & impia, ac iniusta persecutio omnibus apertissimè pateat; In primis iuribus, ac DD. authoritatibus singulos hos ingratissimos, & impudentissimos famulos, vnum post alium repellendo; deinde generaliter ipsorū exceptiones, & defectus proponendo, vel detegendo Illustris D. mei innocentiam omnibus patefacere faciam.

Et primò quo ad Bernardinum dicitur, quod nullum prorsus facit probat onis gradum contra Illustrem D. N. quoniam dicens se pluries, ac pluries per tres annos continuos fuisse subagitatum ab ipso, eo quia aliquando fuit vocatus a d. Ioseph o, & aliquando spontè accessit, prout in Processu Informatiuo apparet, facit se eiusdem criminis partici-
1 pem: Et tamen particeps criminis contra alium nō probat. l. quoniam liberi. C. de test. l. fin. C. de accusat. l. si filium. C. de lib. caus.
2 Nec mirum videri debet, quia de se confesso non creditur contra alium. c. 1. de confess. ibi de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda. & in c. memini. 15. q. 2. cuius verba satis clara sunt, dum ibi dicitur, Nemini præterquam in crimine le ç maiestatis de se confesso credi potest super crimen aliorum, quoniam eius, & omnis Rei confessio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet. Ità etiam tenet Spec tit. de test. §. 1. vers. Item quod est socius criminis. n. 37. Paris. cons. 52. num. 15. vol. 4. Bal. cons. 95. regula. lib. 1. Mars. in l. si fortè. num 15. seq. ad l. Cornel. de S car. Mascard. de probat, lib. 1. conclus 466. num. 1. & conclus. 1311. nu. 1.
3 Quod etiam militat, etiam si deposuerit in articulo mortis, in quo nemo præsumitur mentiri, nec immemor esse salutis æternæ. Text. in l. fin. C. ad l. Iul. Repetund. & in c. sancimus. 1. q. 7 Ratio est, quia morti proximus non præsumitur esse S. Ioan. Baptista, aut
4 Euangelista; & sic non præsumitur semper dicere verum. Bal. in tit. de pace Constan. in verb. Vassalli. el primo in vsibus Feud. Et
5 quatenus præsumatur dicere verū, nō habet locum, quando agitur de præiudicio alterius. Bart. in l. si quis. 9. si quis moriens. ff. ad Sillan. Menoch. cons. 39. nu. 44 & 68. vol. 1. Quod eo magis procedit, cum d. Bernardinus spontè se examinauerit contra d. Illustrem D.
6 N. inquisitum: Ratio est, quia testis vltrò se offerens examini, suspectus a iure reputatur. l. post legatum. § his verò. ff de his, quib. vt indign. Salycet in l. fin. num. 11. C. de accusat. Gram. decis 28. nu. 10. seq. Boss. tit. de opposit. contra test. nu. 21. Mars. cons. 2. n. 41.
7 Immo inimicus capitalis efficitur. Bart. d. l. post legatum. Blanc. de indit. n. 152.

Nec valet, si d. Bernardinus dicat, prout in d. processu, quod prima vice fuit per vim subagitatus,
8 & ū carnaliter cognitus, & ità nō fuit particeps criminis; quia (vt supra dictū est) deposuit se alijs pluribus vicibus fuisse suba-
9 gitatum; prout in d. processu. Vltra quod ità dicere non sufficit, nisi per ipsum, vel per Fiscum probetur d. vis. l. qui accusare. C. de eden. & ibi DD. & in proposito Mar. in pract. crim. § diligenter. num. 37. Rolan. à
10 Valle. cons. 14. lib. 4. Ratio est, quia adminicula, & signa ad delictum inferentia plenè sunt probanda etiam in crimine le ç maiestatis. Tradit Innoc. in c. sicut de Simon. Et aliunde sunt probanda, quam ex dictis socio-
11 rum criminis. Calcan. cons. 110. col. 2. & in simili nec mulieri creditur, dicenti se ab aliquo fuisse per vim cognitam. Alex. cons. 157. in princ. lib. 3.

Additur etiam, quod d. Bernardinus, cum de sodomiæ crimine d. Illustrem D. N. Inquisitum prætensum socium criminis querelauerit, & testis in causa propria, quod esse non
12 potest; quoniam iura valdè abhorrent, quod quis in causa propria sit accusator, & testis. Bart. Gritt. inter cons. crim. diuers. cons. 160. num. 3. lib. 1. Rolan. à Valle cons. 37. num. 10. seq. lib. 3. Vulpell. cōs. 17. n. 1. & cons. 92. n. 3. seq. Bertaz cons. 8. num. 42. lib. 1. Glos. in leg. is qui in iudicio ff. de accusat. Gand. in tract. malef. in Rubr. qui accus. poss. Mars. cōs. 33. n. 3. seq & in terminis sodomiæ Tiber. Decian. cons. 83. num. 16. vol. 3. nec.
13 obstat si dicatur, quod fuit examinatus vt testis; quoniam modus non attenditur, sed effectus l. 3. & ibi Bal. C. de instit. & substit. l. quoties. § si quis nouem. & ibi Imol. cū alijs per cū adductis ff. de hæred. instit. Imò etiam si cum tortura deposuerit. Vulpell. cōs.
14 30. nu. 5. seq. Ratio est, quia ex depositione

facta,

facta, contracta fuit inimicitia capitalis inter ipsum, & D. Inquisitum. Farinac. q. 53. n. 47.
25 seq. Et inimicitia non purgatur per torturam. Boss. tit. de inquisitio. n. 2. Farinac. in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 46. n. 100.

Illud quoq; est animaduertendum, quod d. Bernardinus, dum deponit se suppositũ per sodomiam, reddit se infamem. Vt habetur in
26 Auth. Vt non luxur. contra natur. in l. cum vir nulit in fœminam. C. de adulter. & in c. Clerici. de excess. Prælat. l. nullus. ff. de test. c. forus. § in omni. de verb. signif. Et
27 infamis à testimonio repellitur. c. in primis. 2. q. 1. per tuas. de simon. spec. tit. de test.
28 §. 1. num. 28. Etiam quod cum tortura deposuerit; quia in criminalibus testis infamia non purgatur per torturam; sed in ciuilibus tantum. Dec. cons. 189. numer. 10. ad fin. Rolan. cons. 94. num. 17. & cons. 95. num. 15. seq. vol. 4. Vbi attestatur de communi. Honded. cons. 106. num. 29. Farinac. q. 45. num. 23. Ad-
29 ditur pariter, quod nullo modo est audiendus, quia deposuit turpitudinem suam c. inter dilectos. de donat. & ibi Glos. Hyppol. cons. 28. num. 19.

Qua quidem ex re DD. dicunt, non adhibendam fidem mulieri deponenti se ab aliquo fuisse carnaliter cognitam, & id non solum iuribus supra allegatis, sed etiam
20 per Alex. cons. 157. in princ. lib. 3. Gram. cons. crim. 45. in princ. Gratt. cons. 57. num. 28. lib. 2. Boer. decis. 319. num. 7. Crauett. cons. 41. in princ. lib. 1. Vnde omninò dicendum est, quod Bernardini dictum per supradicta nullam facit fidem, nec ad torturam constituit inditium. Vt
21 DD. sentiunt; & in specie de inditio ad torturam loquuntur Crauett. & Gratt. in locis citatis; id quod concludentissima ratione comprobatur; nam si vnus testis deponens de ipso maleficio, & actu proximò, & immediato delicti inditium non facit ad torturam, nisi sit omni exceptione maior, stante maximè cum sit socius
22 criminis. Et in terminis quod dictum ipsius, qui asserit se suppositum per sodomiam non faciat inditium ad torturam firmat Mars. cons. 28. num. 18. seq. Paris. cons. 163. num. 8. seq. lib. 4. Riminal. Iun. cons. 290. num. 9. lib. 3.

Et quando per DD. dicitur, quod vnus, vel plures socij criminis admittuntur con-
23 tra consocios, intelligitur quoad præsumptionem faciendam tantum; cum ad torquendum, & probandum testes debeant esse omni exceptione maiores. l. qui vltimò. ff. de poen. quam allegat Bart. in l. cunctos populos. & declarat ibi Ias. num. 51. Farinac. q. 56. num. 121. & q. 43. num. 115. Soc. Iun. de reg. 425. in prima fallent. l. sciant cuncti. vers. testium
24 idoneorum. C. de probat. Ratio est, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores; quoniam absur-
25 dum est dicere, quod quis conuincatur ex dicto socij criminis infamis. Et testes
26 omni exceptione maiores dicuntur illi, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, nullam patiuntur maculam, & vndiq; sunt inuulnerabiles, alias secus. l. 1. §. Idem Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. verb. vnus testis. Vbi repræhendit Iudices, qui de facili ex depositione testis inhabilis Reos torquent, seù condemnant. Vbi testatur de communi. Alex. cons. 180. col. 2. vol. 6. Bart. in d. l. maritus. Glos. in §. Item verborum. Instit. de inutil. stipulat. Crott. tract. de test. Glos. notab. in c. 1. in verb. maiores. de consanguinit. & affinit.

Nec facit, si per Fiscum dicatur, quod vltra dictum Bernardini adsunt etiam depositiones duorum aliorum testium, nempè Iosephi, & Lelij, qui prout in d. Processu Informatiuo dicunt vidisse de die in camera ostio existente aperto d. Illustrem D. N. Inquisitum caligis solutis stantem propè lectum supra d. Bernardinum, ipsum subagitando. Quorum quidem depositiones in hac causa nullam faciunt fidem, quoniam per eorum iudicium d. pretensam subagitationem deponunt; cum solumodo dicant, quod ex ostio cameræ vide-
27 runt d. D. Inquisitum stantem supra d Bernardinum, & non dicant, quod verè viderunt membrum virile d. D. Inquisiti intra anum ipsius, prout necessariò dicendum est, ad probandum, quod d. subagitationis actus perfectè fuit consumatus:
28 Ratio est, quia testium munus non est iudicare, sed quod oculis vident, deponere, alias non probant. Bart. & alij in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Curt. Iun. cons. 165. nu. 17. Dec. cons. 459. nu. 10. & cons. 249. num. 4. Vbi non est credendum

29 testibus affirmantibus, quod verè scirè, & videre non potuerunt. c. testes. 3. q. 8. Rot. decil. Paleotti 679. in princ. 3. par. nouiter impressæ. Soc. Sen. cons. 229. col. 4. lib. 2. Ruyn. cons. 27. in fin. Gram. cons. 12. nu. 14.
30 Vt est in crimine difficilis probationis Et cũ non viderint membrum virile intra anum immissum, non concludunt d. D. Inquisitum subagitasse d. Bernardinum; Abb. in c. in præ-
31 sentia. de probat. Et tamen testes necessariò clarè, & non præsumptiuè concludere debẽt, quomodo factum steterit. d. c. in præsentia. l. non hoc. C. vnde Cognat. Abb. in c. auditis. col. 4. de præscript. l. neq; natales. C. de pro-
32 bat. Immo in criminalibus nec etiam id sufficit, quia debent etiam clarè, & specificè factum deponere, nempè quomodo viderunt mẽbrum virile intra anum immissum. Glos. in l. lutius. in verb. debeant. ff. de infam. Natt. post Bal. quem allegat cons. 177. nu. 6. alias eorum dicta nulla redduntur. Aret. l. legata inutiliter. col. 1. de legat. primò Bal. in l. final. in fin. C. de test. & in l. iusiurandi. col. 1. eo. tit. Fœ yn. c. cum in tua. col. 1. eo. tit. Et id ob magnitudinẽ præiudicij. Castrens. cons. 168. vol. 1. in secundo dub.

Nec ab re videri debet, quia quando membrum virile, & semen intra anum subagitati per subagitantem non fuerunt immissa non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, idest
33 pecuniaria; cum fiat solumodo attentatio. Clar. §. sodomia. in fin. Soc. Iun. cons. 7. nu. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Menoch. de ar-
34 bitrar. Iud. casu 286. num. 18. Et qualitas aggrauans delictum constare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadm. testam. aper. Veronen. cons. 58. cum alijs ad-
35 ductis per Mars. cons. 87. Et quia iura, & DD. valdè abhorrent præiudicium tertij, Iudex debet subtiliter, & cum maxima diligẽ-
36 tia testes interogare etiam super omnibus circumstantijs etiam a facto principali extraneis. Bal. d. l. fin. Alex. cons. 91. vol. 4. num. 9. Dec. & Cagnol. in l. ea est natura. ff. de reg. iur. Gram. decis. 34. num. 4. seqq. Quod eo magis dici debet, quando præsumptio militat falsitatis, vt in casu de quo agitur. Bal. in d. l. fin. Alex. d. cons. 91.

Quibus supradictis omnibus rationibus non solum dd. testes a testificando repelluntur;
37 Sed etiam quia inuerisimilia deposuerunt; nanq; inuerisimile est, quod Illustris D. Inquisitus de die, & camera aperta, in cuius ostio ipsi manebant ad custodiam, prout in d. Processu voluerit subagitare d. Bernardinum; cum actus carnales ex naturæ instin-
38 ctu secretè, & occultè fieri soleant. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 225. num. 1. Et
39 quod est inuerisimile, non est credibile. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75. num. 19. Et quando
40 per testes inuerisimilia deponuntur, falsa reputantur, & non probant. l. ob carmen. § fin. ff. de test. Gabriel. cons. 195. num. 14. Mascard. de probat. lib. 4. conclus. 1385. num. 1. seq. Bal. l. 1. col. 4. C. de seru. fugit.

Nec Fisco sunt præbendæ aures, si dicat, quod supra dd. testibus plenè est credendum, cum deponant de visu; quoniam etiam testibus de visu ad torturam non creditur, nisi sint omni exceptione maiores; prout non sunt
41 isti: Ratio est, quia omnis macula, seù defectus, aut exceptio ẽt minima aut in dictis aut in psonis testiũ impedit torturæ effectũ. Bal. cons. 427. lib. 1. Menoch. de præsumpt. q. 89. num. 2. Rolan. cons. 7. num. 3. & 10. & cons. 24. num. 2. vol. 1. Clar. q. 21. vers. vnicus testis. & q. 22. vers. vnum tamen. Vltra
42 quod testibus de visu nec etiam plena est habenda fides, quia oculi hominum sepè falluntur. c. nec aliqua. 27. q. 1. Franc. Marc. decis. 678. quem refert Baiard. ad Clar. q. 4. num. 7.

Sed dato, & non concesso, quod dd. testes
43 viderint d. Illustrem D. Inquisitum stantem in camera supra d. Bernardinum habentem caligas solutas, tamen non pro-
44 bãt d. subagitationis actũ, cõsumatũ quoniã ad probandam coppulã carnalem, vt scribit Matthesit. notab. 119. nec etiam sufficit illa tã violenta præsumptio solus cum sola, & nudus cum nuda cum thalamo clauso reapertus, & vir habeat caligas solutas, & mulier recuset aperire ostium clausum. Idem scripserunt Corn. consil. 192. in fin. lib. 4. Crauett. consil. 205. num. 20.
45 seq. post. Antor. Rosell. qui scribit adulterium non probari ex eo, quod solus cum sola, & nudus cum nuda. Immò omninò dicitur, quod coppulæ carnalis inditium nullum oriri potest, quando vir, & mulier visi sunt dormire vestibus
46 induti in domo cum ostio aperto. Ità Bossi in terminis tit. de opposit. contra test. numer. 96. Ratio, est quia quæ palam fiunt, & quæ ab alijs videri possunt,
47 suspicione, fraude, & dolo carere censentur. l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de rit. nupt.

48 nupt. Clar. q. 21. in fin. Et si supradicta tam violenta præsumptio cũ nudus cũ nuda &c. non sufficit, multo magis cessare debet suspicio coitus; si d. Illustris D. Inquisitus mansit in camera vestibus indutus de die, & cum ostio aperto. Auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. Et si quidam frater, qui per biennium in eodem lecto cum sorore sua iacuerat, fuit defensus à Crauett. in suo aureo cons. 321. prout refert. Clar. in §. Incestus in princ. multo magis defenditur ille, qui vestibus indutus de die, & ostio aperto stetit cum aliquo in camera, & maximè visus ab

49 alijs. Et iure optimo quidem quia potest esse, quod quis maneat cum muliere solus, & nudus cum ostio clauso, ac etiam dormiat cum ipsa in lecto, & non fornicetur, vel propter impotentiam ad coitum, vel quia delectatur solum in eam amplectendo, deosculãdo, rangendo, vel alios similes actus carnales faciendo.

Idq; potissimum est animaduertendum, quod quamuis dd. testes deposuerint contra d. D.
50 Inquisitum, & d. Bernardinus ad purgandam eius infamiam suum dictum confirmauerit
51 in tortura, tamen huiusmodi adminicula pro inditio ad torturam non sufficiunt; sed requiritur etiam, quod appareat, vel ex qualita-
52 te. Deponentis, vel ex persona eius, contra quem socius criminis deposuit, verisimile sit ipsum socium non mentiri. Aret. In c. cum P. Mãconella. n. 2. de accusat. Marſ. cõſ. 74. n. 12. Grã. cõſ. crim. 38. n. 26. Rolã. à Valle cõſ. 73. n. 25. lib. 1. Burfatt. conſ. 201. n. 60. lib 1. Tiber. Decian. conſ. 18. num. 64. num. 1. qui alios allegat. Quæ quidem verisimilitudo in huiusmodi casu nullo modo deducitur, nec deduci potest. Non enim ex qualitate personæ Bernardini resultat præsumptio, quod non mentiatur, sed oppositum; quia erat tunc temporis annorum 14. Paris. in ter-
53 minis d. conſ. 163. Et quia etiam plures alios patitur defectus (prout supra dictum est) & melius ex infradicendis apparebit. Et minus
54 ex qualitate d. Illustris D. Inquisiti de sodomia dicitur præsumptio falsitatis depositorum per d. Bernardinum, & dd. testes. sed contrarium dicendum est; tum quia est vir
55. insignis, & Illustris & magnæ ætatis, vnde clariores, & efficaciores requiruntur probationes. Bart. in l. 1. § penult ff. de re milit. Bal. in l. vlt. col. vlt. C. de probat. Ratio est, quia agitur de probando factum minus probabile, credibile, & verisimile. l. vlt. ff. de eo. quod met. cauſ. Abb. c. quia verisimile. 2. norab. de præſumpt. Iaſ. l. ſi extraneus. 6. notab. ff. de
56 condit. ob cauſ. Tum etiam quia est sacerdos, & magna authoritate Ecclesiastica insignitus; cuius dignitas nõ mediocrẽ in criminalibus de se facit præsumptionem, exclusiuam delicti, ex quo habet pro se iuris præsumptionem, & volens probare contrarium; clariores, & lucidiores debet deducere probationes. Dec conſ. 175. nu. 5. Cæphal. conſ. 138. num. 18. lib. 1.

Additur etiam, quia probatum fuit, ipsum esse
57 bonæ conditionis, & famæ, prout deposuit
58 Nunrius testis Fisci inprocessu. &c. qui quamuis vnicus tamen plenè probat ad defensam d. D. Inquisiti. Crauett. conſ. 2. nu. 16. Natt. conſ. 412. num. 23. Boſs. tit. de opposit. contra test. num. 75. Vltra quod alij sunt testes ad ipsius defensam examinati, qui d. bonam famam probant, prout in processu Defensiuo. Quæ sanè probatio omnia purgat inditia, si quæ extant contra ipsum. Pariſ. conſ. 153. vol. 4. nu. 35. Gratt. conſ. 52. vol. 1. num. 23. Intantum quod ex dd. inditijs torqueri minimè potest. Iaſ. in l. 1. in fin. C. commun. delegat. Caſon. de indit. & tortu. tract. 1. c. 2. Rubr. de fama Reurum. n. 9. Ioan. Andr.
59 Soliloq. 37. Vbi attestatur de comuni. Quod procedit etiamsi probata sit in genere, tollit inditia de delicto in specie. Marſ. post multos. §. diligenter. num. 196. & tribus seqq. immo inditia elidit quamuis essent sollemnia, & legitima. Marſ. conſ. 130. col. fin. nu. 48. Quinimò tollit inditia ad torturam resultantia ex dicto socij criminis, quamuis sin. us in exceptis, & atrocissimis delictis. Carter. in pract. crim. in 2. tract. de inditijs, & tortu. 4. Octauũ inditium. num. 13. seq. Gram. conſ. 21. n. 10. & conſ. 35. num. 25. & 49. & conſ. 70. nu. 7. Vbi loquitur de dictis duorum sociorum criminis. Mascard. de probar. lib. 3. concluſ. 1311. Et pro inculpato de sodomia considerant. Patiſ. d. conſ. 163. nu. 16. lib 4 Riminal. Iun. conſ. 290. num. 3. lib. 3.

Cæterum in hac causa d. Bernardinus contra d. D. Inquisitum à testificando quoq; repelli-
60 tur, quia est ei inimicus, & inimicum se fecit, quando deposuit se ab ipso fuisse percussum, & verberatum, prout in Processu Informatiuo. Marſ. sing. 178. Crauett. conſ. 9. num. 6.
61 lib. 1. Et in specie de socio criminis, qui est inimicus, quod nullũ facit inditium. Gram. cõſ. 38. num. 13 Riminal. Iun. conſ. 114. num. 21. seq. lib. 2. Nec valet, si d. Bernadinus

nus dicat, se non esse inimicum, & odiosum ex dd. pcussionibus quoniã satis est ad repellendos testes constare de causa, & sic de percussionibus ex quibus resultat præsumptum
63 odium. Innoc. in c. 1. & A. in fin. de re iudic. Abb. in c. repellantur. & in c. oporteat. de accusat. Grã. cõs. crim. 58. n. 58. seq. Additur. et quod est inimicus; quia d. Illustris D. Inquisitus fecit capturare eius matrem ob concubinatum cum Ioanne habitum, prout in
64 processu apparet. Et inimicitia capitalis contrahitur tam respectu eius, cui mouetur lis criminalis, quam respectu mouentis. Marsi. in l. 1. num. 56. ff. de quæst. Gram. cons. 46. nu. 4. Et inimicus capitalis nec etiam admittitur in casibus exceptis, nempè læsæ maiestatis, heresis, simoniæ, & similium. Ista est sententia aurea Spec. tit. de accus. in 1. par. in verb. fin. in fin. quia ità dicit per Text. in c. per tuas. de Simon. De qua doctrina facit magnum festum Angel. in l. qui accus. ff. de accus. Immo inimicus capitalis nec etiam admittitur cum tortura. Aret. communem dicens in d. c. cum oporteat. n. 19. de accusat. Clar. q. 24. vers. Item quero.

Et quia d. Bernardinus vltra d. exceptionem, quod se facit Socium criminis, supradd. alias plures patitur exceptiones; ac etiam aliàs, prout ex infra dicendis apparebit, tortu-
65 ra ipsi inflicta non potuit tot defectus purgare; cum vnum tantummodo purget, & non duos, vel plures. Bursatt. cons. 192. ad litteram H. Farinac. q. 43. num. 158. crica med.
66 nempè infamiam purgat solum resultantem ex eo, quod quis se facit socium criminis. Crauett. cons. 6. num. 16. 47. 48. 54. seq. lib. 1. Rolan. à Valle cons. 3. num. 48. seq. lib. 3. Tob. Noni. cons. 99. nu. 5. seq.

Ob eamq; rem dicere non est prætermitten-
67 dum, quod d. D. Inquisitus omninò ab imputatis fauorabiliter venit absoluendus, & multo magis quia in hac causa non constat de corpore delictorum quia prætensæ linterulæ sanguine, seù alijs immunditijs deturpatæ in actis non fuerunt exibitæ, prout necessario requirebatur; cum sint corpus deli-
68 cti: Vnde testium dicta præsumuntur ca-
69 lumniosa. Bal. cons. 37. lib. 1. Tum etiam quia statim post prætensam subagitationem per Chirurgos non fuit inspectus Bernardini Anus, vt consuetum est fieri in simili delicto. Clar. q. 4. vers. quod verò. in fin. Plot. cons. 132. num. 2. & 22. vol. 1. Et ideò contra D. Inquisitum iure procedi nullo modo potuit. Vulg. l. 1. §. Itē illud. ff. ad Sillan. Imò nec etiam id sufficit, quoniam necessariò re-
70 quirebatur quoq; quod dd. Chirurgi deponerent inspexisse totam ani coronam, ad hoc vt dici posset constare de corpore delicti. Vt benè adnotauit Scacc. tract. crim. q. 83. num. 3. Thom. Treuisan. decis. 13. nu. 4. 11. & 26.
71 lib. 1. Ratio est, quia in Sodomiæ crimine ad hoc vt constet de corpore delicti, non sufficit sola prætensi subagitati confessio; quia talis confessio non probat subagitationem. Vt communem dicens attestatur Hondedi. cons. 98 num. 15. & cons. 100. & cons. 200 num.
72 5. in fin. vol. 1. Et quando non constat de corpore delicti, non solum Inquisitus non potest puniri, sed etiam processus est
73 nullus. l. 1. §. Item illud. ff. ad Sillan. l. proinde. la secunda cum ibi notat. per Glos. ff. ad l. Aquil. Ratio est, quia dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur. Glos. in l. mancipia. in verb. ad notandū. C. de seru. fugit. quam notat. ibi Castrens. & Salyc. Immo quando non constat de corpore delicti, manus Iudicis sunt ligatę, nec potest ad inquisitionem deueniri. l. necessariò §. non alios. ff. ad Sillan. l. si his, qui Titius.
74 ff. de furt. Et delicti corpus non sufficit constare per coniecturas, & inditia, sed de delicto commisso constare debet per testes, & probationes liquidissimas.

Non obstat, si dicatur, quod d. Bernardini anus tempore suæ depositionis per Chirurgos fuit
75 inspectus; quoniam fuit post sex annos à
76 die pretensæ subagitationis; Et istud longum silentium in querelando arguit dolum. Ità Bal. cons. 37. lib. 1. Aym. cons. 75. num 9. Mascard. de probat. conclus. 531. lib. 1. Vltra quod dd. Chirurgi dicentes, quod in eius ano erat fractura, & non dicentes d. fracturam certe euenisse propter subagitationem,
77 nihil probant; quia periti in arte deponere debent de his, quæ certitudinaliter noscunt d. c. testes. 3. q. 8. Rot. d. decis. Paleotti 679. in princ. 3. par. nouiter. impressæ. Soc. sen. cons. 229. col. 4. lib. 2. Ruyn. cons. 27. in fin. Imò dicunt, quod non possunt pro veritate dicere, quod d. fractura euenit propter d. subagitationem; eo quia aliquando etiam euenit, vt vulgari sermone ipsorum verba exprimatur: Perche cala qualche morda-
78 cità d'humori in quella parte, che fà il medemo effetto, deponunt ad fauorem d. D. Inquisiti; quia in dubio delictum non est præsumendum. Bart. in l. non solum.

§. sed

§. sed vt probari. de no. op. nunciat. cum vulg. l. neq; natales. C. de probar. Vulpell.
80 cõl.38.n.3. Alia quoq; adest ratio, quia delicti exclusiua interpraetatio in dubijs semper est suméda.l.meritò.ff.pro Soc. Alciat.tract. de praesumpt.reg.3.praesumpt.1.Bal.l.precibus.col.7.C.de impuber.& alijs substit.

Et vt totalis Fisci tollatur praesumptio, dicitur, quod litterae ad Ioannem directae, quae manu d.Illustris D. Inquisiti videtur subscriptae,& in quibus de d. subagitatione à Fisco tractari praetenditur, sub his formalibus verbis: Se Bernardino non hauesse promesso essere cõstante alli gusti miei, hauerei menato voi,& non lui; nullum contra d.D. Inquisitum faciunt inditium, cum nunquam eas scripserit.
81 Et quamuis d. Bernardinus deponat eas benè recognoscere,& esse subscriptas manu d. D. Inquisiti; tamen nulla ei est praestanda fides; tum quia non potuerunt recognosci ab ipso inimico; tum etiam quia in recognitione literarum non sufficit, quod testis dicat, quod habet notam manum alicuius, vt ipse dixit, sed requiritur etiam, quod deponat, quod vidit eum scribere, & quod erat presens, quando scripsit: Ratio est, quia, vt dicit Barr. in Auth. Et si contractus.col.2.in verb. oppon.C. de fid. instrum. Bal. Auth. sed nouo iure.num.9.in fin.C.si cert. pet. Alciat. decis. 181.Dec.post.Abb.& Foelyn.c.2.nu. 7. eo. tit.& DD.in c.de fid.instrum.testis potest de
82 facili decipi propter characterum similitudinem; & quia etiam potest quis de facili alienas manus contrafacere; id quod per testes ad fauorem d. D. Inquisiti examinatos probatur; quia apertissimè dicunt, quod sunt aliqui in eorum Ciuitate, qui ad vnguē d. D. Inquisiti manum contrafaciunt. prout in pro
83 cessu Defensiuo patet. Immo in recognitione literarum non sufficit dicere solum, quod habet notam manum; sed debet reddi ratio, quomodo d. manum recognoscat; nempè quomodo singula elementa, elementorum tractus, signa, accentus, stylum, & his similia d. D. Inquisitus formabat, & ducebat. Bal Salyc.in l.Comparationes. C. de fid. instrũ. Menoch.tit.de arbitrar.casu 114. n. 37.

Nec valet, si per Fiscum dicatur, quod verba in dd.litteris contenta: Se Bernardino non hauesse promesso essere costante alli gusti miei &c. sonant d. sobagitationem; quia secus est, cum verè, & indubitatè nil aliud sonant, quã actualem, honestam, & gratam seruitutem, quam debet facere seruus Domino suo. Sed dato, & non concesso quod d. D. Inquisitus scripsisset dd. litteras non ob id posset aliqua poena puniri, cum dd. verba non sonent inhonestatem, nam verba habentia dupplicem sensum, seù multiplicem sensum, id est quod possunt accipi in bonum, & in malum, semper sunt accipienda in bonum, & non in malum; quoniam dubia, & multipliciter intelligibilia in meliorem partem, seù sensum sunt interpretanda, quo delictum euitetur. l.
84 meritò. ff.pro Soc. Not.in c.in praesentia.de probar. l. veteribus ff. de pac. & ita D. Augustin.in lib.de concordia scribit. Barr.in l.si, qui Reus.col. pen.ff. publ.iud. Soc.Iun.conf. 39. nu.70.vol.2. Idem Barr.in l.non solum. §. sed vt probari. ff. no. op. nunciat. Dec. consi.189. num.14. Crauett.consi.51.nu.18. Hyppol. cons. 134. nu.51. diuers. criminal. lib.1. Albertin. tract. de agnoscen. assert. q. 34.num.48. quem refert, & sequitur Ioan. Roias tract. de haeret. par. 1. num. 101. seq. Pennia in Annotat. super lucern. Inquisitorum.in verb. Praesumptio.n.7.

Quoad Iosephum dicitur, quod ex pluribus in hac criminali causa est repellendus, primò quia dicens quod pluries, ac pluries ad d. Illustrem D. Inquisitum Bernardinum sobagitandum conduxit, prout in processu Informatiuo, Lenonem se facit, id quod etiam deponit d. Bernardinus sub his formalibus verbis, N. si seruiua di lui a tale sue
85 poltronarie, prout in d. processu. Et leno testis nullum facit inditium. l. 1. in princ. & l. Atheletas.§.au.praetor.de his, qui not.infam. Mascard.de probat.lib. 3, conclus. 1356.nu. 12. Farinac.consi. 38.n.13. Bal. in d.l. Athle-
86 tas.§.1. Immo leno est adeò detestabilis, & infamis, vt sit peior Diabolo. Io. Neuiz. in
87 Syl. nuptiali. num. 42. Vltra quod est etiam particeps criminis. Ioan. Andr. in nouell.c. praeterea. col.1.in princ. vers. dicit Hostiens.
88 de test. Ideò tanquam infamis à testimonio repellitur. Glos. d. l. Athletas. ff. de infam. Iacob. Butricar. tract. de test. num. 3. Et etiam per alia iura allegata vt supra
89 contra Bernardinum: Vnde cum mitra flagellari potest, & ità consuetudine introductum fuit. Vt testatur Nonius De los Corregidores fol. 204. Iodoc. in pract. c. 89. numero 43. sequitur Calcan. q. 68. vers. Lenones. Secundo quia est sibi ipsi contrarius, cum dicat, Chi a parole di Giouanni andò à chiamare B. & lo menò da l. N. e che detto

Gio-

Giouanni le disse, che se n'andasse via, & che restò il B. & che pensa che N. lo supponesse, prout in d. processu Informatiuo; postea dixit Quanto hò detto del B. l'ho inteso da Bernardino, &
90 da Don Lelio, & da Don Mutio. Qua quidem ex re cum sit sibi ipsi contrarius in eius dicto iurato non solum à testimonio repellitur; sed etiam de falso conuincitur. Abb. in c. cũ in tua. col. vlt. de test. Bart. l. eos. in princ. C. de test. Farinac. q. 66. num. 13. Tertio quia est mendax, cum dicat, q quñ d. D. Inquisitus sodomitabat Bernardinum, ipse & D. Lelius erant eius famuli, prout in processu &c. Et tamen illo tempore non erant eius
91 famuli, prout in processu Defensiuo &c. Vnde mẽdax in vno mẽdax in omnibus ratione iuramẽti, q est indiuisibile. Innoc. in c. fraternitatis de hæret. Abb. in c. testimoniũ. n. 3. de test. Veronen. cons. crim. 32. col. 4. vers. quarta ratio. Quarto quia est vilis, & pauper,
92 cum eius pater esset Macellarius, prout in processu &c. Ideò in hac capitali causa non est idoneus testis. Ioan. de Amic. cons. 78. n. 9. Corrad. in pract. tit. de test. verb. pauper. Viui. in commun. opin. in verb. testis propter solam paupertatem. Bonacols. in commun. opin. par. 1. vers. testes viles, & pauperes, qui omnes testantur de communi opinione. Clar.
93 q. 25. vers. Sed quæro nunquid. in fin. nam vilitas iunctas iuncta paupertati non solum testi diminuit, sed etiam facit eum reputari non idoneum tam in ciuilibus, quam in criminalibus scripserunt Alex. cons. 15. num 7. Anton Gomez. tit. de delict. c. 12. num. 18.
94 Vbi testatur de comuni; itaq; nec ob fidem pauper dicitur idoneus testis. l. Creditores. ff. de priuileg. credit.

Quoad Donnum Lelium dicitur, quod ipse pariter pluribus de causis a testificando repellitur. Prima causa est, quia est inimicus capitalis d. D. Inquisiti, eo quia fuit querellatus
95 ab ipso, prout in processu &c. Et quod sola querela criminalis pariat inimicitiam capitalem est Text. in c. meminimus. de accusat. iũcto c. de his. eo. tit. Abb. d. c. de his vbi adducit concordantes. Glos. in l. inter autẽ. in verb. capitalis. ff. de recept. arbitr. Bart. in l. non solum. num. 3. & in l. filio. §. scia. num. 1. ff. de admen. legat. Gram. decis. 33. num. 5. Vnde quia inimicus à testificando repellitur per iura supradd. contra Bernardinum allegata
96 Secunda causa est, quoniam in suis depositionibus est varius, & mendax; quia primo deponit de visu, q d. D. Inquisitus Sodomitabat Bernardinum, prout in processu &c. Deinde dicit, quod iudicabat, quod ipsum subagitaret, prout in dicto processu &c. Vltra quod est etiam varius, & mendax, quia dicit, quod quando ipse, & D. Ioseph viderunt d. Illustrem D. Inquisitum subagitantẽ Bernardinum erant eius famuli; & tamen clarè constat, quod illo tempore, seù anno, nempè 1608. non erant eius famuli, prout in processu defensiuo &c. Ideò per supradd. non solum repellitur; Sed etiam per l. qui falsa, vel varia. ff. de test. & vt ait Gram. vot. 31. num. 18. seq. post alios quos allegat, de
97 falso conuincitur. Tertia causa est, quia interogatus de multis, prout in processu Informatiuo semper respondit non recordari. & tamen Mendaces oportet esse memores, & eo magis si suspicio subsit de testimonio falso Fœlyn. in c. cũ in tua. de test. Boer. decis. 108. Vuipell cons. 71. num 4.

Quo verò ad illa, quæ deponit de Donno Mauro Præsbitero 40. annorum ætatis suæ pretenso subagitato a d. D. Inquisito, nullum
98 quippe faciunt inditium; cum omnia deponat de auditu ab ipso. c. per inquisitionem. ext. de elect. & c. cum in nostris. in fin. ext. de test. & in Auth. de hæred. & falcid. §. si verò absint. col. 1. l. testium. ff. de test. c. licet ex quadam. de test. Rolan. cons. 24. num. 86. lib. 1. Menoch. cons. 144. num. 24. lib. 2. Ratio est, quia auditiones, siue sermones ab alijs relati nullam faciunt fidem; quia qui ea dicunt, quæ ab alijs audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorũ afferunt voces. Simanc. Enchirid.
99 de test. tit. 35. num. 2. Immò testis de auditu non potest dici testis. Abb. c. tam litteris. num. 5. vers. nam talis, & ibi etiam Fœlyn. num. 2. ante fin. de test. Butr. c. quoties. in fin. & ibi etiam Abb. num 7. eo tit.

Quoad Nuntium dicitur, quod cum ipse pariter omnia de auditu deponat, dd. iuribus omninò repellitur.

Caeterum cũ adhuc singularibus supradd. Testibus particulares seù speciales fuerint datæ exceptiones; vt clarius d. Illustri D. Inquisiti innocentia, & iniusta aduersariorum persecutio appareant, nunc ad generales eorundem exceptiones patefaciendas aggrediar.

Supradicti Bernardinus, Ioseph, Donnus Lelius, & Donnus Nuntius ex pluribus alijs quoq;

quoq; à testificando sunt repellendi. Primò
quia fuerunt d. Illustris D. Inquisiti famuli,
prout in processu Informatiuo; Et famuli
100 contra eorum Dominos non admittuntur,
& admissi nihil probant. Text. est in l. etiam.
& ibi not. omnes. C. de test. Item Text. in l.
1. §. ad quæstionem, & ibi post alios Marſ.
ff. de quæst. Mascard. de probat. lib. 2. con-
clus. 533. n. 1. & conclus. 1357. n. 46. lib.
Et est communis opinio. Et per plura iura,
& authoritates ostendit etiam Gratn. vot. 6.
101 num. 19. Immo in crimine hæresis tam pri-
uilegiato modica eius adhibetur fides, cum
suis Dominis infestissimi esse soleant, iuxta
dictum Euangelistæ Matthei. c. 10. Et Mi-
cheæ. 7. Inimici hominis Domestici eius.
Director. inquisit. 3. par. pag. mihi 606.
comm. 115. col. 2. Immo nec etiam cum tor-
mentis admittuntur. Marſ. in d. l. 1. §. ad quę-
stionem, quem refert, & sequitur Mascard.
de probat. lib. 4. conclus. 533. num. 9. Fari-
102 nac. q. 55. num. 20. Qod eo magis procedit,
quando fuerunt expulsi è domo, vt fuerunt
ipsi, prout in processu &c. Ratio est, quia
sunt exosi Dominis expulsionibus. Vt per
Bal. & alios. in l. lutius Titius. §. lutius Ti-
103 tius. de legat. secundo. Secundo quoniam a
d. D. Inquisito plures pro diuersis delictis
fuerunt carcerati, put in processu, &c. Et car-
ceratio parit inimicitiam capitalem. Bal. per
illum. Text. in l. ipsius. in secundo notab. C.
famil. hæreisc. Foe yn. in d. c. repellantur n. 3.
de accusat. cum alijs adductis per Marſ. in l. 1
§. præterea. n. 55. ff. de quæst. Vnde quia ini-
mici per supradicta contra Bernardinum al-
legata à testificando repelluntur. Tertio quia
à d. D. Inquisito fuerunt accusati prout con-
stat in Romana Curia per processum fabri-
catum per Reuerendissimum D. Episcopum
N. Delegatum Apostolicum, eo quia malè
percusserunt Vic. generalem. Et accusatio cri
minalis causat pariter inimicitiam capitalem
iuribus supra allegatis contra Donnum Le-
lium: Vnde tanquã inimici à Sacra Cõgrega-
tione fuerunt facti exempti à Iurisditione d.
Illustris D. Inquisiti, prout in processu
Defensiuo, &c. Et quia inimici non admit-
tuntur contra ipsum iuribus supra allegatis.
104 Quarto quia sunt Instigatores in hac causa
contra d. D. Inquisitum, quod constat per
quoddam mandatum in actis productum.
Et Instigatores ad testificandum non ad-
mittuntur, quia efficiuntur inimici capita-
les Inquisiti. l. 3. vers. an inimicus sit. ff. de test.

Aufer. de reprobat. test nu. 89. Gabriel tit
de test. conclus. 12. nu. 4. vers. contrarium.
Mandos. ad Roman. cons. 420. litteram A.
vers. Sed contrarium tenet. Mascard. de pro-
bat. lib. 3. cõclus. 1317. n. 11. seq. Quod pro-
cedit ẽt in delictis occultis, & difficilis proba
tionis, vel vbi aliàs veritas haberi nõ potest.
Bertaz. cõs. 528. n. 6. lib. 2. Quintò quia sũt cri
minosi; nanque ob furta frumenti, & ordei;
quæ derobauerunt d. D. Inquisito, nec
non quia derobauerunt quoque, & occide-
runt quandam vitulam, fuerunt inquisiti, &
carcerati in Tribunali Audientiæ Trani. prout
105 in processu Defensiuo. Et criminosi à testi-
ficando repelluntur, c. testimonium. de test.
c. constituimus. 3. q. 5. Abb. in d. c. testimo-
nium. Gram. vot. 22. nu. 2. & 7 & cons. 26.
106 num. 23. Et maximè cum alijs etiam de
causis prout in processu Informatiuo, &c.
sint malæ, & culpatæ vitæ. l. 3. vers. culpatæ
vitæ. ff. de test. Alex. cons. 11. vol. 1. Crott.
tract. de test. num. 46. c. testimonium. Immo
cum sint culpatæ vitæ, & viles præsumuntur
subornati. Bal. cons. 253. vol. 2. Bonacoss.
de præsumpt. in littera T. vers. testes viles.
pag. mihi 312. Qua de re nullam faciunt fi-
dem, etiamsi in tortura deposuerint. Dixit
Barbat. tract. de test. & d. c. testimonium. par.
107 2. num. 15. vers. & ideò Barr. Sexto quia
supradd. prætensa crimina deposuerunt sub
spe impunitatis ipsis promissæ à Iudice sub-
stituto ad fabricandum processum in parti-
bus; prout in processu Defensiuo, &c. Ideò
eorum depositiones non solum non præiu-
dicant d. D. Inquisito ad condemnationem;
108 Sed etiam huiusmodi impunitatis promissio
est contra publicam vtilitatem. Boss. tit. de
109 examinat. Reorum. num. 16. & 18. Ratio est,
quia homines malitijs illaqueare non licet. l.
Item si precio. §. fin. ff. locat. c. sanè. de renunt.
110 Quod procedit etiam si legitima præcederent
inditia: Nec ab re quia Iudem hoc modo
dolosè agit promittendo impunitatem, vt
111 alliciat testes ad falsum deponendum: Et sic
impunitatis promissione, quam Iudex pro-
mittere non potest, Inquisitus condemnari
nullo modo valet. Ità expressè testatur
Suarez. in Addit. ad Anton. Gomez. varia.
resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de probat. delict.
112 num. 6. Septimò quia nimis animosè depo-
suerunt. Crauett. cons. 249. numero 4.
113 Octauo quia per eundem, præmeditatumq;
sermonem deposuerunt; vnde suspecti sunt,
quod antea coniurauerint. l. 3. §. 1. ff. de test.
Dec.

Dec.cons.627. Parif.conf.55.lib 4. Farinac.
114 conf.5. n. 63. Immo quia eandem referunt causam, atq; rationem, pia sun i deber, quod fuerunt subornati. Vt not. Spec. tit. de test. §.1.vers.Item quod testes.Bart.in l.3.§.ideo-
115 que.ff.de test. Alex.conf.137. vol.2. Nono quia omnes sunt infames, ideò à testimonio repelluntur iuribus supra contra Bernardinũ allegatis. Et quamuis testes infames, seu inhabiles admittantur in crimine occulto, & difficilis probationis, & quando per alios veritas haberi non potest; tamen semper intelliguntur admitti ad præsumptionem faciendam tantum, aut ad inquirendum, id est ad
116 assumendas informationes, non autẽ ad probandum; cum ad probandũ debeant esse omni exceptione maiores, prout etiam ad torquendum. l. sciant cuncti. vers. testium idoneorum. C.de probat. l. vi vltimò in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos. & declarat.ibi Bal.nu. 51. Farinac. q. 56.nu.121. & q.43.n.115. Soc.Iun.de reg.
117 425. in 1. fallent. Nec mirum videri debet, quia semper detrahendum est de eorum fide propter eorum inhabilitatem. Bois.tit.de indit.n.165.ad fin.& 177.vers.non tamen cre-
118 das: Ratio est euidens, quia perfectũ non potest oriri ex imperfecto. Aym.de antiq.temp. in verb.testis quicquid. in ab.officialis.n.17. & 19. Natt.conf.298. nu.10.lib. 2. Gabriel. tit.de test.conclul.7.nu.8.lib.1. Rolan.conf. 98.nu.34. Bertaz.conf.28.n.3 & conf.234. nu.1.lib.1. Vbi de communi opinione testatur. Marl. sing. 477. Dec. conf. 133 vol.4. Gram. conf. 45. Farinac. cons. 6. num. 19
119 Alia quoq; adest ratio, quia fundamentum
120 testimonij est fides; Infamis verò caret fide, cum eius status sit maculatus iuris dispositione. l.iusta.ff. de manu. vindit. & Abb. c. testimonium.nu. 6. Fœlyn ibi nu. 10. de test. Et quidem absurdum est dicere, quod quis conuincatur ex dictis infamium. Et eo magis quando plures patiuntur exceptiones, & defectus, vt hi; nanque tortura purgat vnum tantummodo defectum (vt plures dictum est) & non duos vel plures. Bursatt. cõs.71. ad litteram N. Farinac.q.43.n. 178. circa med.& conf.79.nu.10. Quarè omninò dicendum est, quod ad Reum conuincendum requiruntur testes idonei, & omni exceptione maiores. Tradit Bois. tit.de conuict. n.9. Et ad propositum faciunt alia iura allegata contra Bernardinum.

Nec facit, si dicatur, quod hi testes contra d. D. Inquisitum examinati sunt quatuor, quoniã
121 Infames non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur. Gram. decis. 11. n.
122 2. Becc. conf. 85.n.19.lib. 1. Ratio est, quia quod nihil est, supplementum non recipit. l.
123 sed si manente. ff. de precar. Et ex pluribus imperfectis in sua specie non potest vnum
124 perfectum resultare. l.1. C.minor.tutel. Vltra quod etiam Infamis in criminalibus aliũ infamem iuuare non potest; Ratio est, quia ne-
125 mo dat quod non habet. Quinimò quando Infames admittuntur, non admittuntur vt integri. Butr. conf. 24. in fin. Alciat. reg. 1. præsumpt 39. nu. 5. Bois.tit.de indit.n.176. etiam quod fuerint ad funem adducti. d. l. sciant cuncti. vers. testium idoneorum. C.de probat. & id quamuis in delicto occulto, & difficilis probationis, supplerent Aym cons. 6. num. 55. seqq. & cons. 149. num. 11. seq. Et ista conclusio ab omnibus approbata, & recepta est. Natt. conf. 298. num. 6.

Quibus sic stantibus humiliter supplicatur D. S. Illustrissimæ ac Reuerendissimæ d. Illustrem D. Inquisitum iuris medio liberare dignetur, a tam iniqua, & iniusta persecutione suorum ingratissimorum famulorum; quod singulari gratia reportabatur, &c.

Quarè, &c.

D E

DE CONFESSIONE REI CONTRA FISCVM.

SVMMARIVM.

1 *Confessio iudicialis quid sit?*
2 *Vt præiudicet quot & quæ requirãtur, & n. 4.*
3 *Quot modis fiat in iure.*
5 *Iudex debet sedere pro tribunali.*

CAPVT I.

De confessione iudiciali in genere.

1 CONFESSIO iudicialis est certa, & clara assertio, idest respõsio eius de quo quæritur in Iure coram legitimo Iudice facta, & ad hoc vt præiudicet, debet
2 habere, quæ in his versibus continentur, videlicet, Maior, sponte, sciens, contra se ius sit, & hostis. Nec natura neget, fauor, & lis, iusue repugnet. Vide hæc in allegationibus singulorum in Glos. c. Nos in quemquam 2. q. 1. in verb. confessum, Host. in summ. de
3 confess. n. 1. Et fit in Iure tripliciter, scilicet, ore, facti euidentia, & interpretatiuè, idest contumacia. c. nullus dubitat, de præsumpt.
4 & præiudicat dum fit in Iure, scilicet, in iudicio coram Iudice competente, & Aduersario præsente; quod intelligitur per dictionem hostis supra positam; item fit per litis contest. nec fit contra naturam, vt cum occidisse, qui viuit secundum Ber. in glos. præalleg. Azz.
5 in summ. C. de confess. Sed vtrum necesse sit quòd fiat coram Iudice pro tribunali sedente, Marant. in suo spec. in 5. actu 2. par. iudic. nu. 30. testatur de magis communi, quod sic, in causis requirentibus plenam causæ cognitionem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis quid sit.*
2 *Quando faciat inditium ad torturam.*
3 *Quis dicatur omni exceptione maior.*
4 *Ratio quare confessio probata per vnum testem non omni exceptione maiorem non faciat inditium ad torturam.*
5 *Etiam in causa læsæ maiestatis etiam de visu, & scientia, etiam in crimine hæresis.*
6 *Quando etiamsi testis sit fidelis Iudex possit abstinere à tortura.*
7 *Testis solus non facit inditium. & num. 10.*
8 *Ratio.*
9 *Standum est regulæ quousque non constet de exceptione.*
11 *Quo casu non faciunt inditium etiam in omni exceptione maiores; nisi sint contestes de loco, & tempore.*
12 *Ratio.*
13 *Confessio extraiudicialis vt præiudicet, coram quibus facta esse debeat.*
14 *An coram rogatis.*
15 *An duo testes singulares faciunt semiplenam probationem.*
16 *An etiam plenam.*
17 *An inditium veritatis.*
18 *Confessio extraiudicialis geminata plenè præiudicat.*
19 *Etiam non geminata de æquitate canonica, etiam parte absente.*
20 *Authoris opinio est quod testes singulares nihil probent.*
Quod sint suspecti de falso.
21 *Confessio extraiudicialis etiã probata per dd. testes idoneos, & verisimilis non præiudicat, nec facit inditium nisi concurrant mala fama, aut aliqua suspicio.*
23 *Vt præiudicet debet esse probabilis.*
24 *Emanata in carcere non afficit.*
Ratio.
25 *In tormentis iterata ratificari debet. Etiam in causa hæresis.*
Ratio.

26 Con-

26 *Confessio extraiudicialis non ex proposito facta non facit inditium ad torturam.*
27 *Idem coram inhonestis mulieribus.*
28 *Idem si est probata per testes pauperes.*
29 *Confessio extraiudicialis facit, vt quis dicatur tantum inditiatus.*

CAPVT II.

De Confessione extraiudiciali.

1 Confessio extraiudicialis est, quæ non fit in iudicio, nec coram Iudice, Maran. loco citato nu. 2. & de se multa exigit dicen-
2 da. Primo, quod probata per vnum testem nullum in causa criminali ad torturam parit inditium, nisi d. testis sit integer, idoneus, inuulnerabilis, & omni exceptione maior, vt dicunt omnes relati per Clar. q. 21. vers. vnus testis, Bald. cons. 41. in fin. lib. 5. Farinac. q. 37. nu. 58. & seq. Franc. Becc. cons. 67. n. 15. & cons. 67. nu. 15. & cons. 85. nu. 3. Bertaz. cons. 332. nu. 5. idem Farinac. cons. 39. nu. 4. c. licet de test. Dec. cons. 429. Placius Rubeus in allegation. de hæresi §. 1. Franc. Curt. de test. n. 101. in fin. verb. præmissa clarè præcedunt seq. Abb. in c. inquisitionis §. tertij n. 11. extra de accusat. Gramm. decis. 34. n. 28. Bart. l. maritus. ff. de quæst. Gram. vot. 30. n. 31. per text. in d. l. maritus. Bal. in l. fin. C. famil. hercisc. & l. admonendi. C. eo. Brun. de indit. & tortur. num. 69. & 25. q. 3. Bal. l. fin.
3 vol. 2. C. de probat. & ille dicitur omni exceptione maior, cui nihil potest opponi, superās etiam omnem friuolam exceptionem, & nullum prorsus patitur defectum, seù maculam, imò & vndique est inuulnerabilis, alias secus. Glos. in §. item verborum. instit. de inutil. stipul. tradit Bero. c. At si clerici. n. 136. & seq. de iudic. Fel. c. olim nu. 8. vers. fallit, de rescript. Alex. cons. 180. col. 2. lib. 6. Gram. cons. crim. 59. n. 17. lib. 1. §. item Cornelio. Glos. in d. l. maritus. in verb. illicitè in fine. ff. de quæst. Clar. d. q. 21. vbi refert te-
4 stantes de communi omnium, & reprehendit Iudices, qui de facili ex depositione testis inhabilis Reos torquent. Ratio est, quia omnis macula, quilibet defectus, & exceptio etiam minima siue in dicto, siue in persona testis impedit torturæ effectum, vt post multos ostendit idem Clar. d. q. 21. Rolan. cons.
5 7. nu. 3. & 10. vol. 1. Et quod vnus testis nisi sit omni exceptione maior non sufficiat ad torturam etiam in causa læsæ maiestatis, vel simoniæ, tenet Alex. cons. 11. num. 1. lib. 1. Quamius sit de visu, & scientia. Immò nec etiam sufficit in crimine hæresis. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 592. comm. 10. quando tamen nulla alia concurrant inditia. Roman. cons. 45. incip. quædam mulier. num. 4. Clar. d. q. 21. & hanc sententiam vocat communem, vt dictum est, Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 13. num. 7. Carrer. in pract. crim. num. 110. vers. 1. maius inditium, qui-
6 bus omninò scribendum. Non dubito tamen posse quādoque Iudices à tortura abstinere, etiam si adsit vnus testis fidelis dictū, quando Reus est eius qualitatis, & probitatis, vt facile dictum præsumi non possit. Director. Inquisit. 3. par. cōm. 10. pag. mihi 596. col. 2.
7 Et ideo testis vnicus nullum prorsus facit inditium, quia dictum vnius, dictum nullius, & est etiam singularis l. iusiurandi. C. de test. cap. veniens in fin. de elect. c. licet. in fin. de test. & quod testis singularis nullam faciat probationem vide c. Bonæ. de elect. c. in omni negotio. de test. cap. cum dilect. de elect. cap. licet causam. vbi not. omnes. de probat.
8 Ratio est, quia singularitas testium diuidit, & lacerat testimonia, cum omne diuisum sit lacerum. Bal. consil. 25. col. 1. in fin. lib. 3. Crauett. cons. 41. in fin. & ideo dicit Bal. in d. l. iusiurandi. col. 3. quod singularitas testium arguit dolum; Idque a Iure diuino statutum esse ignorat nemo, Deuteron. c. 19. non stabit testis vnus contra aliquem quicquid ille peccati aut facinoris fecerit, sed in ore duorum, vel trium stat omne verbum; & id lex Pontificia, & Cæsarea comprobarunt d. c. in omni negocio, d. c. licet in fin. de test.
9 & d. l. Iusiurandi, & huic regulæ standum est donec de exceptione, & fallentia non constet Bart. in l. 2. nu. 1. ff. si quis in ius vocat. Dec. in l. 1. n. 77. de reg. iur. Menoch. cons.
10 98. nu. 15. lib. 1. Additur etiam, quod vnus testis nullum facit inditium, quia cum confessio extraiudicialis sit inditium à remotis in eo duo requiruntur testes. Glos. & ibi Bart. in l. fin. C. famil. hercisc. Blanc. de indit. nu. 207. d. l. fin. C. famil. hercisc. Ruyn. cons. 72. n. 4. Castr. cons. 109. vers. qui testis, & cons. 143. nu. 3. lib. 2. Hercula. de probanda negatiua nu. 98. vers. is fallit, Crauett. cons.
11 252. nu. 16. vers. te ire videmus, Immo nec sufficiunt duo testes etiam omni exceptione maiores, nisi sint contestes de loco, & tempore d. Glos. d. l. fin. Brun. de indit. num. 206.
12 vbi adducit concordantes, Ratio est, quia in indi-

inditijs remotis testes non contestes de loco, & tempore dicuntur singulares, ideo, vt supra dictum est, nullum pariunt inditium, nec alicui præiudicare possunt, Gloss. in d. l. fin. in verb. vel inditijs. C. famil. hercisc. quam communiter approbatam testatur Boss. tit. de indit. num. 18. & seq. Clar. q. 22. in princip. Farinac. q. 82. n. 44. & seq. Nec abs re videri debet, quia per testes singulares non probatur inditium d. l. fin. vbi Glos. notab. in d. verb. vel inditijs. Curt. Iun. communem dicens cons. 309. n. 7. & seqq. vol. 3. Alexand. d. cons. 180. nu. 5. lib. 1. Paris. de scindic. fol.
13 301. vers. quia communiter. Secundo, quod confessio prædicta vt præiudicet, debet fieri non solum coram idoneis, & legalibus testibus, sed requiritur etiam, quod dicti testes sint honesti viri, l. quæro. §. fin. de ædilit. edict. Ea ratione, quia confessio non infert delictum quando inest suspicio falsitatis, & doli, notat omnes in l. 1. C. de suffrag. Natt. cons. 438. nu. 9. Tertio, quod dicta confessio est probanda à testibus, qui fuerint rogati ad ipsam audiendam, & non quod fortuitu audiuerint, Glos. c. de his. in verb. audierunt, 3. q. 9. quod est mirabile dictum ad excludendum inditium confessionis extraiudicialis, & ad excludendam torturam. Et id secundum
14 Bero. post d. Glos. quam allegat in d. c. At si Clerici. num. 136. de iudic. vbi dicit quod ab ista opinione Glosæ non est recedendum quando agitur de graui præiudicio, vt puta in criminalibus, quod not. omnes in d. l. 1. C. de suffrag. & not. vbi supra, & nullus reperitur contradictor, aliàs talis confessio esset inuer similis, & informis, non autem certa, & qualificata, prout esse debet, & ideo non est attendenda Brun. de indit. par. 3. num. 15.
15 Carrer. pract. crim. num. 120. Quarto, quod confessio extraiudicialis per duos testes singulares probata semiplenam inducit probationem quando dicti testes deponunt fuisse emanatam parte præsente, l. cum de indebito. §. fin. de probat. l. quoniā iuncta gloss. de his qui not. infam. ità tradunt Bart. Alex. Ias. & Rip. in l. admonendi. de iureiurand. Butr. & Imol. in c. fin. de iureiur. Alex. cons. 24. n. 40. lib. 2. & Ioan. de Grass. in tract. arbitr. iudiciar. §. alia Glossa & Abb. in c. fin. de success. ab intest. Alex. cons. 39. nu. 8. lib. 5. Corn. cons. 113. n. 6. lib. 1. Afflict. decis. 1 a. n. a. & decis. 337. n. 6. vbi de communi, & maximè quando inter illos adest Religiosus testis Castren. cons. 143. circa fin. vers. tum quia. par. 2.

Quamuis Glos. l. ob carmen. §. fin. de test. cum alijs allegatis per Surd. consil. 49. dicat
16 quod d. confessio cum sit actus reiterabilis plenè per testes supradictos parte præsente emanata probat, quia omnes coniunguntur ad plenam probationem constituendam, cū ad eundem finem tendant, Aym. cons. 207. num. 6. Rolan. cons. 82. num. 45. lib. 2. Alex. cōs. 53. n. 4. lib. 1. & cōs. 24. n. 42. Socin. Iun. cons. 99. n. 15. lib. 2. Ac etiam dicat, quod si Iudici scrupulus remaneret, potest iuramētum in supplementum deferre. Alex. d. cons. 53. nu. 5. & seq. lib. 1. Castren. d. cons. 143. in fin. par. 2. vbi quod ab ista opinione tam in iudicando, quam in consulendo non est recedendum. Nec mirum videri debet, si supradicti DD. talem habeant opinionem, quia alij etiam dicunt, quod dicta confessio quando fuit probata per dictos testes, quamuis parte absente emanata, semiplenam inducit probationem; prout Ioann. Crot. cons. 85. nu. 10. quod etiam exornat Petr. Duen. in reg. 4. & reg. 120. Marant. in 6. par. in tit. de confess. §. quintus actus. circa princ. Ludou. decis. 9. nu. 1. Immo etiam alij dicunt,
17 quod non solum semiplenè probat, sed etiā facit inditium veritatis, vt Socin. Iun. cons. 32. nu. 17. lib. 1. & cons. 8. num. 20. lib. 2. & cons. 89. nu. 2. eo. lib. Cephal. cons. 297. n. 2. lib. 2. Afflict. d. decis. 337. num. 5. Felin. in c. si cautio. de fide instrum. & idem Ludouic. ibidem nu. 2. hac quidem ratione quod talis geminata confessio æquiparatur confessioni iudicali, tradit Marant. vbi supra nu. 15. tertio limita. Ias. in l. triticum. nu. 10. de verb. obligat. Dec. cons. 163. num. 2. Ias. in l. admonendi. de iureiuran. nu. 149. uers. pro ista opi-
18 nione, vbi dicit, quod ista geminata confessio plene præiudicat sicut confessio ipsa iudicialis, quem sequutus est Petr. Phol. num. 110.
19 Imo dicit, quod etiam si non fuerit geminata, sed simplex, tamen de æquitate Canonica plenè probabit, etiam parte absente; tradit quoque Cephal. d. cons. 297. nu. 5. Marant. vbi supra Ias. in l. tale pactum col. 2. de pact. Ioseph. Ludou. d. decis. 9. nu. 4. & seqq. Seraph. decis. 486. nu. 6. & eo magis ipsam dicunt probare, cum simus in statu Ecclesiæ, vbi d. ius Canonicum est omnino seruandū per tradita à Bart. in l. priuilegia, vers. vt loquitur in temporalibus, C. de sacrosanct. Eccles. & Dec. cōs. 542. n. 6. vers & ista æquitas. Et quod dicta æquitas sit seruanda afferunt Anton. de Butr. & Felin. in d. c. si cautio, de fid.

de fid.instrum.in 7. col. verſ. fallit ſecundo, vbi allegant gloſ.in 1.q 7.cap. quoties cordis oculus, & idem admittit Caccial. in d. l.
20 admonendi nu. 190. Tamen vt mea opinio fert,confeſſio extraiudicialis per dictos teſtes probata nec præſente,nec abſ. me parte emanata vti inuerisimilis Reo non præiudicat, Blanc.de indit.nu. 207. & teſtes,deſuper deponentes nihil probant, immo dicuntur ſuſpecti de falſo, Abb.per illum text.in c.quia veriſimile in fin. de præſumpt. refert, & ſequitur Iaſ.l.ſi extraneus in 4.notab.ff.de condit.ob turp. cauſ,Dec.conſ.93.col.2.& conſ. 110.col.5. Et Iudex ex cauſa poteſt nullam adhibere fidem dictis teſtibus; & iuſta cauſa
21 nõ credẽdũ eſt, quia deponunt inuerisimile, namq; inuerisimile eſt, quod Reus voluerit confiteri delictum teſtibus vel parte præſẽte, vel abſente nulla exiſtente coniunctione ſanguinis, ſeu ſaltem magna cum eis familiaritate, Felin.c. auditis col.3.de præſcript. quẽ refert,& ſequitur Curt. Iun.conſ.17. col. 2. poſt med. & conſ.52.col 3 verſ. puto igitur poſt Bart. l. Lucius in fin. ff. de his, qui not. infam. quod eo magis dicendum puto,quãdo præfati teſtes de aſſerta confeſſione ex abrupto,& incidenter facta deponunt,Domin. c.ſciendum 29. diſtinct. Natt.conſ.6.num.4.
22 Immo d. confeſſio extraiudicialis etiam ſi eſſet veriſimilis, & probata per dd. teſtes idoneos, & legales adhuc non præiudicat, nec vllum ad torturam parit inditium, quando cum ea non concurrit mala fama, aut aliqua ſuſpicio, Blanc.de indit.nu. 36. & 207. Viu. opin. 138. nu. 7. Immo requiritur, quod ſit probata non ſolum per duos teſtes idoneos, ſed etiam quod dd. teſtes ſint conteſtes,& d. confeſſio ſit coarctata de loco, & tempore, quia quando non ſunt conteſtes de loco, & tempore,dicuntur ſingulares, vt ſupra dictum eſt,qui non probant confeſſionem extraiudicialem, quæ eſt inditium remotum à dicto delicto. Gloſ. & Bart.in d l.fin.C.famil.herciſc. Blanc.de indit. nu. 206. Burſatt. conſ. 166.nu.20.& ſeq lib.2. Bertaz.conſ.559.& conſ.494.num 5. & ſeq. Vltra quod confeſſio extraiudicialis emanata ſimpliciter ſine loco & tempore, quia eſt informis, & ſimplex,nõ dicitur probata per teſtes ſingulares, Diaz.in terminis homicidi reg.125.in prima limit.verſ.ſublimita num.4. Marſ.in l.de minore,num.36. in fin.ff.de quæſt. Ludou. Peguer.deciſ.crim.17.nu.3. & ſeq.vbi de com-
23 muni. Quinto, quod confeſſio prædicta vt præiudicet, debet eſſe probabilis, alias non attenditur,nec vllum ad torturam parit inditium. Iaſ.in l.magiſtratibus nu.7. ff.de iuriſd. omn. iud. Foller. in pract. crim.in verb. & ſi confitebuntur, vbi nu.5 & 7. inuehit contra Iudices aliter facientes, Malcard. de probat.
24 conclul.350. nu.18.vbi alios refert. Sexto, quod dicta confeſſio emanata in carcere non afficit,quando non fuit probata per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, vt poſt Blanc.& Carrer.quos allegat,oſtendit Bertaz.
25 conſ. 396. num. 8. Septimo quod confeſſio extraiudicialis quamuis in tormentis iterata, tamen ratificari debet etiam in cauſa hæreſis, tum quia ius generaliter diſponit confeſſionẽ factam in tormentis ratificandam; tum etiã quia cum confeſſio ſupradicta iam ſit ſuum effectum operata, videlicet quod reus ex ea torqueri poſſit,non debet alium effectũ operari,vt ſcilicet non requiratur ratificatio. Ita aſſerit,& bene Anton.Gomez.tom.3.variar. reſolut. nu.8. verſ.2. Director. Inquiſit. par.
26 3.pag.mihi. 599.col.1. Octauo, quod dicta confeſſio abſque propoſitio facta, quamuis concludenter probata, tamen non facit inditium ad torturam, Iaſ.in l.magiſtratibus.nu.
27 7.ff.de iuriſd. omn. iud. Nonò,quod eadem confeſſio quando fuit facta coram inhoneſtis mulieribus non præiudicat inquiſito, l. quæro.§ fin.ff.de ædilit.edict.vbi dicitur quod credendum eſt cõfeſſioni extraiudiciali factæ per ſeruum coram honeſtis perſonis, Felin.
28 c.olim,nu.8.verſ.fallit,de reſcript. Decimo, quod prædicta confeſſio non debet probari per teſtes pauperes,& viles, ita Bero. in c. at
29 ſi Clerici,nu.137.de iudic. Vndecimo, quod confeſſio extraiudicialis ſola non facit, vt quis dicatur conuictus,ſed tantum inditiatus, vt tradit Curt. Iun. conſil. 309. num. 6. volum. 3. Blanc. tract. de indit.num.204.

CAPVT III.

De Confeſſione iudiciali ambigua.

Confeſſio iudicialis ambigua debet intelligi, & regulari ſecundum confitentis intentionem, text. in l. ſi quis intentione ff. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur ſponte confeſſus.*
2 *Confeſſus in carceribus non dicitur ſponte.*
3 *Nec*

3 *Nec supplet defectum corporis delicti.*
4 *Etiamsi sit de delicto particulari.*
5 *Corpus delicti debet aliunde constare, quam ex confessione Rei.*
Ratio.
6 *Requiritur perseuerantia, vt sequatur condemnatio.*
Ratio.
7 *Debet pluries ratificari in criminalibus.*
8 *Confessio nulla interrogatione Iudicis facta est nulla.*
Ratio.
9 *Confessio præsumitur potius ob metum.*
10 *Maximè à capto sine inditijs.*
11 *Quando possit reuocari.*
12 *Reus, qui reuocauit confessionem errore probato non potest vt varius torqueri.*
13 *Ratio quare cõfessio spõtanea possit reuocari.*
14 *Confessio spontanea non dicitur probatio.*
15 *Confessio spontanea etiam ratificata in tortura sine alijs adminiculus de graui delicto non præiudicat.*
Ratio.
16 *Confessus sponte debet mitius puniri.*
17 *Referenti se Fisco priusquam per alium deferatur est ignoscendum.*

CAPVT IV.

De confessione iudiciali spontanea.

1 QVoad confessionem spontaneam, dicitur quod ille sponte dicitur confessus, qui in primo examine nulla precedente interrogatione liberè delictum fatetur, etiam ꝙ vocatur, & citatus existat Bero. in c. At si clerici, extra de iudic. ad idem adduco Anan. in c. de hoc, num. 4. & seq. quem refert, & sequitur Felin. num. 5. vers. in ea Glos. extra de simon. vbi dixit, quod sponte eum confessum credit, qui statim tractus ad iudicium confitetur; vide etiam Tiraquell. caus. 30. de pœn. n. 10. & seqq. vbi cum Bart. Bal. & alijs ibi per eum relatis concludit, quod sponte confessus non solum dicitur ille, qui tractus ad iudicium statim interrogatus antequam testes recipiantur fatetur, sed etiam ille, qui post negationẽ statim confitetur, dummodo Accusator, vel Iudex ex illa negatione non fuerint onerati probandi necessitate, quod & idem voluit Hippol. Riminal. conf. 245. nu.
2 59. & seq. lib. 3. Illum tamen animaduertendum est, quod sponte confessus non dicitur ille, qui confessus est in carceribus, quia tunc dicitur, quod metu tormentorum confessus fuit; tradit Anchar. conf. 120. Barbat. cõf. 70. vol. 4. Cæterum vtcumque sit huiusmodi cõfessio non sufficit ad condemnationem, nisi constet de delicto, Gram. conf. 60. Brun. de indit. 4. q. principali num. 11. Caslo. de malefic. c. 1. Vulpell. conf. 5. num. 1. & conf. 147. num. 5. Farinac. tit. de inquisit. nu. 15. Blanc. de quæst. nu. 18 Boss. tract. de delict. in princ.
3 Immo nec etiam supplet defectum corporis delicti, Bart. l. Diuus. ff. de milit. testam. Bald. l. vnica C. de confess. Gram. decis. 2. num. 28. Franc. Becc. conf. 70. nu. 2. & seqq. lib. 1. vbi ampliat id procedere non solum in confessione generali emissa per carceratum se plura commisisse delicta, sed etiam in speciali de
4 aliquo delicto particulari, nãque de delicto, seu eius corpore constare debet: tradit Hip-
5 pol. conf. 8 nu. 2. Immo & aliunde constare debet, quam ex confessione Rei, Alex. conf. 19. col. 1. vol. 1. Ratio est, quia non est in potestate alicuius cum sua confessione facere delictum, vbi non est delictum. Aym. conf. 82. num. 119. vol. 1. & conf. 262. num. 3. & seq. vol. 2. Et si aliter diceretur quis esset dominus membrorum suorum contra l. liber
6 homo, ff. de l. Aquil. Vltra quod ad condemnandum requiritur quod Reus perseuerauerit per text. in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæst. Nam quando confessio nõ est perseuerata, non nocet confitenti, Hippol. §. post quam n. 22. allegat rationem, quia spõte cõfitens delictum, de quo vertitur pœna suæ vitæ, non videtur in plenitudine sui intellectus ob metũ Iudicis, sed potius videtur delirare, & nõ esse sanæ mẽtis, refert, & sequitur Paul. Merend. conf. 91. n. 50. lib. 2. Inter. conf. crim. diuers. Quare cautius est ꝙ ratificetur Corrad. in pract. tit de cõfess. crim. n. 4 Mõtecell. reg. 29. n. 2. Put. de syndic. in verb. tortus c.
7 1. n. 13. vbi quod cõmuniter receptũ. Imò in criminalibus debet pluries ratificari, alioquĩ nõ præiudicat, Raphael Cuman. cõf. 158. col.
8 2. Mars. in pract. §. postquã n. 22. Nec abs re, quia cõfessio spontanea Rei nulla præcedẽte interogatione Iudicis emanata redditur nulla & non attenditur, Gloss. & ibi Bart. in l. post legatũ, §. his vero, ff de his, quibus vt indign. Bal. in Auth. sed nouo iure, 2. notab. C. si cert. per. Nõ enim verisimile est ꝙ quis vltro confiteatur, ꝙ vitã adimit, ꝙ abhorret natura, ꝙ conseruari desiderat, mortem vero deuiat. Ita formaliter scribit Anchar. in celebrato conf. 24. nu. 4. Hinc infertur, quod confessio

Z spon-

spontanea ob metum dicitur facta, cum nemo contra se confiteri præsumatur, argum.l. fin.C.arbitr.tutel.l.generaliter,C. de non nu met.pec.Claud.ad Bertaz. cons.29. in littera
10 C. vbi adducit concordantes. Et maximè præsumitur facta ob metum quando emanauit ab aliquo capto absque inditijs,Boss. tit. de carceribus nu.22. ad med. vers. & ideo si detentus,& Alex.quem allegat cons. 52. nu.
11 168. vbi de communi. Et quamuis aliqui DD.dicant, quod Reus docendo de erronea eius confessione possit ipsam reuocare, Aret. c.cum dilecti.in vlt.verb.de accusat.Bart.in l. non fatetur.sub n.10.vers.si verò in iudicio, ff.de confess.l.de ætate, §. fin. ff. de interrogat.act.Brun.de indit.num.7.q.6. Tamen id dicitur in aliquibus casibus, nempe quando est generalis, & incerta, quia efficax non est ad integram probationem: Vrgere tamen Reus potest,& debet,vt verum fateatur,l.certum, ff.de confess. Item quando fuit facta per minorem, nam minor 25. annis restitutione in integrum petita si læsus fuerit iniusta confessione,eam reuocare poterit,d.l. certum, §. vlt. de confess. Item quando Reus aliquid per errorem confessus fuit, namque errore posito confessionem reuocare poterit, non enim fatetur qui errat, l. si per errorem ff. de iurisd.omn.iud.& qui probabili errore deceptus,est,& postea plenius instructus retractare potest confessionem d.l. non fatetur. ff. de
12 cõfess.d.l.de ætate,§.vlt.de cõfess.l.Vnde Neratius,§.vlt.ff.ad l.Aquil.l.1.§. si quis vltro. ff.de quæst.Simanc.Enchirid.tit. 25. de confess.num.5.& seqq. Item quando persuasione Aduersarij,& sub spe veniæ fuit facta,tenet Alex.cons.47.nu.16.lib.1 Hippol.d.l.1. §.quæstioni,num.12.ff. de quæst. vbi dicit, quod sicut iuramentum, (vt inferius etiam dicetur) dolo extortum nocere non debet iuranti. ita etiam confessio dolo extorta non debet nocere confitenti. Item quando confessio emanata incontinenti reuocatur, non requiritur erroris probatio Boss.tit. de confess.num.63 Immo Reus potest ipsam reuocare si metu tormentorum fuit facta. Item quando dicta confessio non continet locum, & tẽpus,sicut inquisitio, & accusatio potest reuocari.Boss.tit.de confess.nu.43. Et quando Reus ipsam reuocerit errore probato, nõ potest vti varius torqueri Boss. d. tit.nu. 63.
13 Nec ab re dicitur confessionem spontaneam reuocari posse, quia confessiones non sunt habendæ pro exploratis facinoribus, facit text.in d. l. 1. §. Diuus, ff. de quæst. Immo
14 dicta confessio nõ dicitur propriè probatio, Boss.tit.de conuict.num.8. Sed quidem delicti relatio, vnde non debet attendi, & hac potissimum ratione, quia in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, l. sciant cuncti, C. de probat. Immo Reus potest illam reuocare etiam non docto de errore, Ias.in d.l.magistratibus,col.2.ff.de iurisd.omn.iud.Petrasancta singul.67.Brun. tit.de indit.fol.3. vers.sed si confessio, Ioan. de Arnon.singul. 49. Ratio est, quia in criminalibus non potest reus renunciare defensionibus suis, Glos. singul. in l. pactum inter hæredem,ff. de pact. Et quia dicta confessio est nudi facti l. error. ff. de iur.& facti ignor. Immo etiam in tortura ratificata sine alijs
15 adminiculis de aliquo graui delicto confitenti non præiudicat. Non enim verisimile est, quod quis vltro confiteatur quod vitam adimit,vt supra dictum est,& ideo d.confessio tanquam non verisimilis non valet, nec præiudicat. Ita formaliter scribit Anchar.d. cons.24.nu. 4. tum quia ratificatio prouenit ex d.confessione spontanea,cui nulla prorsus est adhibenda fides,tum etiam quia prouenit ex tortura in eum illata, quam multum timebat,& ratificatio meticulosa nõ attenditur, vt post multos ostendit Menoch. cons. 1.nu. 286. & in hoc casu bene debent animaduer-
16 tere Iudices, quod sponte confitens delictũ mitius puniri debet, quam conuictus, text. in c.non dicatis 12.q.1.ibi si hoc vltro confitetur parcetur illi, & oretur pro illo. facit etiam text. in l. quisquis.§. fanè, C. ad l. Iul. maiest. Boss. tit. de examinibus reorum nu. 16.Tiraq.de pœn.temperan.caus.30.num.1. Abb.in c.at si clerici, de iudic. num. 8. & ibi etiam Arer.num.9.in c. qui admissi 25. q 8. in c.in primis 2.q.1.& in c.innotuit,de elect. in l.1.C.ne tut.& curat.vectig.conduct.Dec. in d.c.at si clerici,in 6.notab.Felin.nu.2. Bero.nu.20. & 87. vers. contrarium colligitur, & num.88.in princ.& vers.prima opinio,& vers.seq.vbi testatur de veteriori,& communi opinione,& vers.cæterum,& seqq.vbi pariter testatur de communi,& respondet contrarijs extra de iudic.Tiraq.de pœn.caus.30 nu.1.& seqq. vbi & iuribus,& rationibus, & DD. & Theologorum, & Sacræ Scripturæ auctoritatib.hanc.probant opinionem, & cõclusionem, Simanc.trac.de hæret.c.55.nu.6. vbi de communi Bertaz. cõs.37.vers. cæterũ dato n.3.lib.1. vbi amplius per text.in l.e di-

cto,

cto,in princ. ff.de iur.Fisci,& in l.1.C. de his qui se deter. lib. 10. facit generalem conclusionem, quod deferenti se Fisco, antequam
17 causa sit per alium Fisco delata ignoscendũ est, quia non dicitur confessus metu probationum nanque confessus metum probationum dicitur ille, qui primò negat, postea dubitans conuinci fatetur,& sic post litis cõtestationem Bero.loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *Quæ confessio dicitur qualificata.*
2 *Confessio qualificata non admittit pœnam ordinariam.*
Ratio.
3 *Confessio cum qualitatibus excusatorijs super processu informatiuo non inducit litis contestationem.*
4 *Cõfessio qualificata, & spõtanea admittitur.*
5 *Nec præiudicat.*
6 *Si est præsumptio pro qualitate statur qualitati confessionis.*
7 *Fiscus debet probare contra qualitatem.*
8 *Quando aliter non constat de delicto est standum qualitati confessionis.*
9 *Confessio, offendi sed ad mei defensionem vtrum sit diuidua.*
10 *Quid si cũ clausula non aliter,nec alio modo.*
11 *Quid si confessus fuerit quis se adulterium commisisse cum volente.*
12 *Confessio non verificata in suis qualitatibus non sufficit ad condemnandum.*
13 *Qualitas confessionis potest probari per vnũ testem.*
14 *Confessus quando stetit cum bannitis, sed per vim non punitur ordinaria pœna.*
Quando dicatur per vim,& metum,& quãdo dicatur durare.

CAPVT V.

De Confessione qualificata.

Circa confessionem qualificatam infrascripta sunt cõsideranda. Primo, quod
1 confessio qualificata dicitur illa, quæ exponit v.g. delictum fuisse commissum,quia quis fuit prouocatus, vel causa honoris,vel ob acceptum damnum, seu iniuriam,vel quid simile.
2 Secundo, quod dicta confessio quando solum constat de delicto per inditia non exigit pœnam ordinariam delicti, Hippol. Riminal.conf.83.nu.16. & seqq. inter conf. crim.diuers.lib.2.magnæ impressionis Calepin.de Calep.cõs.52.col.pe.Decis.Pedẽ.n.9. vbi testatur de communi, etiam quod dicta confessio habeat contra se iuris,& facti præsumptiones, & simus in his quæ sunt de genere prohibitorum,Surd.consl.173.nu. 166. lib.2. Ratio est, quia nunquam fit coniunctio imperfectarum probationum ad pœnã mortis. Immo dicitur, quod quæuis alia confessio qualificata nec etiam infligit pœnam ordinariam delicti,Abb.in c. auditis nu. 33.de præscript.Angel. consl. 27. col.2. post alios quos recenset Riminal. d. consl.83. nu. 14.& seq.Mascard.de probat.lib.2. conclus. 867.num.8.vbi quod ista opinio vti æquior amplecti debet,Bertaz.consl.27.num.2.lib.1. & consl.122.num.15.Burlatt.consl.27. n. 18. & 25.vbi omnes attestantur de communi
3 DD.opinione. Tertio,quod confessio cum qualitatibus excusatorijs in accusatione, vel inquisitione super processu informatiuo non inducit litis contestationem, Bart.in l.1.n.12.
4 C.de confess.Vulpell.consl.1.nu.4. Quarto, q dicta confessio quamuis spontanea admittitur, vt v. g. quando aliquis dicit se denunciasse Potestati aduentum banniti, & quod volebat cum ipso concedere, & quod de ordine dicti Potestatis fuit receptus in eius domo,Boss.tit.de confess.num. 36. quod enim fit iussu potestatis, & sic Superioris, non est
5 punibile. Quinto,quod confessione spontaneæ cum qualitate facta ab aliquo ipsi nõ præiudicãt,cũ sint qualificatæ quia statur qualitati adiectæ,nõ autẽ cõfessioni,tradit Salic. lib.1.vers.4.exponitur,ff.de cõfess. Hippol. consl.138.n.31.vbi attestatur de cõi,Bal.l.nec Codicillos,vers. etiam quæro.ff. de codicill.
6 Sexto, quod quando confessioni adest præsumptio pro qualitate annexa, qualitati annexa statur.Tradit. Alciat.l.1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblg. referr, & sequitur Anton.Gabriel.conclus.19.num.14.lib.7.& ista qualitas dicitur v.g.quando aliquis confitetur,quod fuit captus à Bannitis sine armis & inseruiuit ipsis vi pro aliquo eorum seruitio, ex quo infertur, quod non sponte, sed
7 coactè ipsis inseruiuit. Septimo,quod prædicta confessio non solum recipi debet cum suis qualitatibus, sed ẽt quod tunc pro parte Fisci cõtrarium probari debet; immo quod quãdo dicta cõfessio nõ est clara, nitida, vt requiritur in criminalibus nõ potest ex ea imponi pœna delicti,sed alia mitior, vt p plura iura ostẽdit Marsi.in pract.§ quoniam n. 24.

8 Octauo, quod confessio qualificata quando non constat aliunde de delicto, quam per cõfessionem inquisiti, debet recipi cum qalitate adiecta, & ipsi qualitati standum est, nec diuidi potest, vt verbi gr. inquisitus dicit, quod Archibusium ex se ipso se exonerauit, c. audistis de praescript. Immo etiam confessiones qualificatae, quamuis qualitas adiecta iustificetur alijs probationibus aliunde, nec diuiduntur, Alex. cons. 30. col. fin. vol. 7. Gabr. tit. de criminalibus lib. 7. conclus. 16. nu. 11. nec dissentit Vulpell. cons. 94. num. 10. Hieron. de Monte q. 16. nu. 18. & seq. Mascard. de probat. conclus. 867. num. 6. Gram. decis.
9 107. n. 3. Nono, quod dicta confessio qualificata quod v. g. ipse offendit, sed ad sui defensionem non est attendenda, quia potius negari, quam fateri videtur, ex quo eius confessio remouet culpam ab actu, Bal. d. l. Codicillos, C. de codicill. & in l. 2. num. 30. C. de donat. ante nupt. quam sequitur Salyc. in l. 1. num. 8. C. de confess. Alex. cons. 87. Ias. in §. item si quis, nu. 25. instit. de actio. Vulpell. cons. 44. n. 5. sed Sarniet. lib. 1. Select. interpr. c. 1. num. 11. quem sequitur Fachin. controu. iuris lib. 1. cap. 27. Inquir, hanc quaestionem ex facti, & personarum circunstantijs diffiniendam esse, quia si is, qui hominem occidit fuit vir probus suffragatur ei ista confessio qualificata, vt nõ possit puniri poena capitis, si è contra occisus probus, & occisor improbus nihil prodest quin puniatur poena capitis, si verò cessarent coniecturae omnes pu-
10 niri poena ordinaria existimat facturi. Decimo, quod dicta confessio cum clausula, non aliter, nec alio modo, &c. & caetera negauit, operatur quod Fiscus vel cogitur integram responsionem acceptare, vel inquisitionem pro negata habere, vt docet Glos. & Bal. l. si quidem num. 3. C. de except. Ias. §. item si quis num. 26. instit. de actio. Boss. tit. de confess. n. 19. in quinta declaratione, Socin. cons. 251. col. 4. vers. postremo, Dec. cons. 61. num. 2.
11 Vulpell. cons. 91. num. 1. Vndecimo, quod confessio qualificata, quod v. g. quis adulterium commisit cum muliere volente non diuiditur, & reus vel violentiam cessasse probare tenetur, vel super ea qualitate torqueri potest, quia dicta confessio vnico verborum contextu prolata diuidi non potest; Vnde vel debet in totum acceptari, vel in totum respui. Bart in l. Aurelius, §. item quaesiuit, ff. de lib. leg. & distin. Dec. in c. ad haec nu. 4. de postul. prael. Rom. cons. 167. Ratio est, quia huiusmodi confessioni natura non repugnat, sed ad stipulatur, quod maxime dicendum est quando concurrunt praesumptiones vitae inhonestae mulieris, Vulpell. cõs. 94.
12 num. 10. Duodecimo, quod confessio non verificata in suis qualitatibus non sufficit ad condemnandum, Soc. in c. qualiter & quando, il 2. n. 475. de accus. Decimotertio, quod confessio si sit qualificata debet capitulari, & probari qualitas, Boss. tit. de confess. reor. n. 2. & confessionis qualitas probari potest per
14 vnum testem, vt elidat probationem querelantis, vt Boss. eo. tit. nu. 3. Decimoquarto, quod dicta confessio qualificata, quod quis v. g. per vim steterit cum banniris, facit, quod Reus non poena vltimi supplitij, sed alia mitiori puniri debeat, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 3. par. 1. Mascard. de probat. cõclus. 867. num. 8. lib. 2. Bertaz. cons. 27. nu. 2. lib. 1. vbi attestatur de magis communi opinione. Nec facit, quod à principio reus negauerit delictum, & deinde in tormentis cum qualitate fassus fuerit, scilicet quod per vim; quia in poenam nihilominus mitiorem condemnari debet, Gram. vot. 2. nu. 4. Bertaz. d. cons. 27. nu. 3. lib. 1. vbi Rei negantes delictum, postea in tortura illud confitentes cum qualitate nõ possunt nisi in poenam extraordinariam dãnari, Clar. q. 60. vers. quaero modo, vbi de cõmuni. Et quando extat praesumptio pro qualitate annexa confessioni qualificata non diuiditur, Alciat. in d. l. 1. §. si quis simpliciter, Gabr. de criminal. conclus. Bertaz. d. cons. 27. num. 10. & seq. lib. 1. Immo dicta confessio nec etiam diuidi potest, quando non per modum confessionis, sed excusationis factum proponitur Dec. d. c. ad haec. n. 14. de postul. praelat. Vulpell. cons. 44. & quando dicitur, quod quis per vim v. g. steterit cum bannitis, metus praesumitur instare in detentis, vt supra dictum est, licet irent per campaneam, Mars. cons. 48. n. 28. & metus durare praesumitur quousque durat eadem potestas Mars. cons. 32. n. 5. Nec facit si dicatur, quod poterat aufugere, ex quo nõ iret legatus, quia est in manifesto vitae periculo & qui tali periculo se supponit propriam salutem despicere dicitur, vt in Auth. in medio litis, vers. sed si quis Additur etiã, quod confessus cum qualitate adiecta clausula; vt supra dictum est, non aliter, nec alio modo, &c. nisi acceptetur qualitas, habetur pro negante, Boss. tit. de confess. nu. 26.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio nuda quæ dicatur.*
2 *An admittatur, & præiudicet.*
Ratio.
3 *Non creditur, nec meretur nomẽ confessionis.*
4 *Non facit inditium ad torturam.*
Ratio.
5 *Non verificata confessione non debet quis damnari.*
Ratio.
6 *Talis qualificata est recipienda cum sua qualitate.*

CAPVT VI.

De Confessione nuda.

1 Confessio nuda, siue sola, seu vnica dicitur illa, quæ est sine adminiculis, vel absque inditijs, quæ licet spontanea non
2 admittitur, not.c. quia verisimile de præsũp. Cason.tract.de indit.q.6.par.2.num.19. not. l.2. ff. de custo. reo. & facit textus in l.1.§. diuus, ff.de quæst. immo talis confessio non præiudicat Anchar.cõs.24.n.2.in fin. & reus confitens ad aliquam pœnam non perstringitur, Rom.cons.167.n.4. Ratio est, quia talis confessio non videtur emanata ab habente rectitudinem intellectus, sed potius à delirante: ideo debet sæpius reus interrogari, an perseueret in tali confessione, ita formaliter scribit Mars.§.postquam n.22.post Cuman. quem allegat cons.138. col.1. & idem tenet Glos.l.vnica.C.de confess.per tex.in l.1.§.si quis vltro, ff. de quæst. & maximè quando emanauit metu tormentorum, inditijs non extantibus, propterea ei non est credendum, etiamsi perseueratum fuerit, quia cum sit in-
3 ualida non operatur vires confessionis, nec eius nomen meretur l.4.§.condemnatum, ff. de re iudic.l.quoties, ff. qui satisd. cogan. idẽ Anchar.d.cons.24.nu.4. ob eamq; rem illud Iudex potissimũ animaduertere debet, quod ob talem confessionẽ sine inditijs nullo mo-
4 do d.confitentem potest adducere ad torturam, Boss.tit.de indit.num.160.& 166. vers. ita tamen, ratio est, quia dicitur extorta. idem Boss.tit.de mandat.ad homic.num.28. immo etiam quando cum d.confessione non constat de delicto non afficit, l.1.§.itẽ illud, ff.ad Syllan.Imol.l.quis filio, §.his autem, ff. de iniust.nupt.& irrit.testam.not.cap.auditis de prescript. Ratio est, quia ob solam Rei confessionem à Iudice pœna iniungi non po-
5 test, Cason.tract.de torment.c.20.vbi quod exemplo perniciosum est aliquem damnare non verificata confessione. Nec valet si dicatur, quod sumus in sponte confesso, quia etiam in isto casu non afficit, nisi constito prius de delicto, saltem per aliquod inditium vt l.inde Neratius.§.si quis hominem viuum ff.ad l.Aquil.Boss.tit.de delict. num. 15. vbi quod nullam habet difficultatem. Immo dicta confessio nuda Rei nõ præiudicat, quãuis agatur de delicto difficilis probationis, & de quo nulla remanent vestigia, Clar. q. 55. vers.potest etiam, & vers. quomodo autem, quia si Iudex de nuda inquisitorum confessione posset aliquem damnare, sequeretur q̃ quis ex sua confessione posset facere delictũ, vbi non extat, & efficeretur Dominus membrorum suorum contra l.liber homo, ff.ad l.
6 Aquil. Immo confessio nuda Rei si est qualificata debet recipi cum suis qualitatibus not. d.c.auditis, de præscrip. immo dicta confessio nuda Rei ipsi non præiudicat, etiamsi ipse delicti corpus fateretur; tradit post alios, quos allegat ex communi omnium sententia Hippol.cons.8.col.2.& de delicti corpore aliunde constare debet, quam per confessionem ipsius Rei.Alex.cons.19.col.1.lib.7.

SVMMARIVM.

1 *Confessio inuerisimilis quæ. Et an attendẽda.*
2 *Iudex inuerisimilibus non debet adhibere fidem.*
3 *Ex quibus reddatur confessio inuerisimilis.*
4 *Quando dicatur verisimilis.*

CAPVT VII.

De Confessione inuerisimili.

1 Confessio inuerisimilis est illa, quæ ex contrarijs inditijs, & præsumptionibus constat, & ideo non attenditur, & nullũ parit inditium, & Reus per ipsam damnari minimè potest, etiam quod sit millies ratificata, Boss.tit.de confess.nu.45.in fin. & seq. Mascard. de probat. lib.1. conclus.344.n.5. Bal.in l.si quis in hoc genus, C. de Episc. & Cler.idẽ Bal.cõs.497.n.2.lib.5 Gram.decis. 596.n.9.& decis.2.n.41.Menoch.cons.65.n. 26.lib.1.Tiraquel.l.si vnquã n.40.C.de reuocat.donat.Anchar.cons.24.num.4. & maxi-

mè

mè quando confitens eſt ſimplex, & iuuenis, ita tex. in l. 2. ff. de in ius vocat. Immo quamuis ſponte, ſiue per torturam emanauerit, nihil operatur. Bal. d. conſ. 479. num. 2. lib. 5. Boſſ. d. tit. num. 46. Iaſ. in l. magiſtratibus nu. 7. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi quod nec ad torturam ſufficit; illudque eſt animaduertẽdum, quod inuerisimile eſt, quod quis cõfiteatur quod vitam adimit, & ſtatum eius, & formam minuit, id enim natura abhorret, ita formaliter ſcribit Anchar. d. conſ. 24. & ſicut confeſſio contra naturam non valet, l. ſi is, §. vlt. ff. de interrogat. act. c. quia verisimile de præſump. Simanc. Enchir. tit. 29. de confeſs. num. 3. ita pariter confeſſio contra præſumptionem eius, quod eſt ſecundum naturam, idest ſe ipſam cõſeruare mortemq; & perniciem euitare, refert & ſequitur Paul. Merend. cõl. 9 1. n. 45. inter conſ. crim. diuerſ.
2 lib. 2. Anchar. d. conſ. 24. nu 4. Ideo Iudex inter ſimilibus non debet adhibere fidem idem
3 Anchar. conſ. 267. Illudq; dicitur, quod cõfeſſio redditur inuerisimilis ratione loci, dũ v. g. Reus fatetur commiſiſſe delictum in Palatio aperto de die vbi quotidie ingrediuntur homines ad frequentandum, ſeù videndum dictum Palatium, ratio eſt, quia actus perniciofus ſic publicè fieri non præſumitur, Soc. conſ. 277. Crauet. conſ. 75. nu. 18. Ideo aſſerenti inuerisimile non creditur, Marſ. in l. 1. § ad quæſtionem num. 32. de quæſt. additur etiam, quod inuerisimile eſt, quod graue delictum ibi committatur, tum in loco multo, & ſecreto committi ſoleat. Vnde huiuſmodi confeſſio vti improbabilis, & inuerisimilis non præiudicat ad condemnandum, Bal. d. l. ſi quis hoc genus, C. de Epiſc. & Cler. Hippol. l. 1. num. 35. ff. de quæſt. poſt alios quos allegat, & eo magis redditur inuerisimilis ratione loci, quando fatetur per plures vices ibi commiſiſſe delictum. Prout etiam inuerisimile eſt, quod homo v. g. voluerit committere graue delictum, & illud poſtea ſimplici mulieri communicare, quæ, vt prouerbio dici ſolet, vt faciunt pueri quod ignorãt; & mulierem verboſam appellat D. Paulus ad Timot. c. 1. ſeù S. Viorum enim ſecreta pandet, teſte Ariſt. lib. 1. polit. c. 11. & quod inuerisimile eſt habet falſitatis imaginem, Bal. l. 1. C. de ſeru. fugit. Vltra quod etiam confeſſio dicitur inuerisimilis quãdo eſt ſpõtanea, prout ſupra dictum eſt, qua quidem ex re aduertat Iudex, quod confeſſio, vt verisimilis dici poſſit, oportet vt cauſa non leuis præceſſerit, quæ confidentem mouerit ad delinquendum, Bal. in c. 1. poſt. Gloſ. num. 4. de confeſs. vbi quod Iudex omnino perquirere debet cauſam v. g. offenſionis; nec diſſen-
4 tit Gram. deciſ. 2. num. 47. Immo tunc verisimilis dicitur quando cum ea concurrit fama, vel alia ſuſpicio, Marſ. in l. repeti nu. 19. ad fin. ff. de quæſt. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 35. num. 18.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio erronea quæ.*
2 *Confeſsionis error quomodo probetur.*
3 *Iudex ex officio debet abſoluere reum repertum innocentem*
4 *Reuocans confeſsionem erroneam non poteſt vt varius torqueri.*
5 *Confeſsio cum incontinenti reuocatur, non requiritur erroris probatio.*
6 *Quando poſsit reuocari.*

CAPVT VIII.

De Confeſsione erronea.

1 CONfeſſio tunc dicitur erronea, quando conſtat ſe aliter habere, Gloſs. l. de ætate, §. vlt. ff. de interrogat. act. Iaſ. l. ſi quis poſt diuiſionem, num. 3. C. de iur. & fact. ignor. Soc. Iun. conſ. 25. num. 3. & conſ. 33. num. 5.
2 lib. 4. & confeſſionis error, vt eruatur, contraria probatione induci debet, d. l. ſi poſt diuiſionem, Cyn. l. vnica in fin. de confeſs. cæterũ ſi confeſſionis error non allegetur à Reo, Iudex ſi ipſi cõſtet de innocẽtia, debet eũ abſol-
3 uere etiam poſt ſententiam, quæ in iudicatũ tranſierit, Boſs. tit. de confeſs. num. 71. ſed ſi d. Iudici non conſtet de innocentia, in ũ errore, confeſsionis reuocatio non admittitur, niſi docto de errore, etiam quod ſit ſponte facta d. l. de ætate, Bi un. de indit. num. 7. q. 6.
4 ſecundæ par. principalis. Verum probato errore confeſſionem reuocans non poteſt vti varius torqueri, Boſs. tit. de confeſs. num. 60. tamen admittitur ipſius confeſſionis reuocatio, idem Boſs. tit eo. num. 49. Et ſi dicta re-
5 uocatio incontinenti facta fuerit non requiritur erroris probatio, Boſs. d. tit. nu 63. Quibus ſupradictis omnibus additur quod
6 d. confeſſio poteſt etiam reuocari, ſi metu tormentorum emanauerit, idem Boſſ. d. tit. n. 23. nec non ẽt quando perſuaſione aduerſarij, & ſub ſpe veniæ fuit facta. Tenet Alex cõſ. 47. num.

nu 16. lib. 1. Hippol. l. 1. §. quæstioni nu. 12. ff. de quæst. vbi dicit, quod sicut iuramentũ dolo extortum non potest nocere iuranti, ita eadem ratione confessio dolo extorta non debet nocere confitenti.

SVMMARIVM.

1 *Confessio intricata, & vaga, quæ.*
2 *An & quomodo præiudicet.*

CAPVT IX.

De Confessione intricata, & vaga.

Confessio intricata, seu vagans dicitur,
1 quando Reus modo ait, modo negat, & tunc tam confessio, quam ratificatio, quia non sunt nitidæ, claræ, puræ, & simpliciter
2 emanatæ d. Reo non præiudicant ad condemnationem, l. 1. §. Diuus Seuerus, vbi Bart. ff. de quęst. l. 3. C. de exhiben. reis, Franc. Maria de Plot. cons. 65. n. 12 inter cons. crim. diuers. lib. 1. Iudex tamen d. Reum, quo vario modo fassus est delictum in tormentis magis specifice interrogare potest stante dicta varietate, tradit Boner. q. 136. refert Bonacos. in Verb. ratificans delictum. Ob quam quidem varietatem quamuis perseueret tamen non potest damnari pœna ordinaria delicti, sed pęna extraordinaria, vt per Gomez. var. resol. tit. de delict. c. 3. sub. n. 26. Hippol. in §. quoniam nu. 24. Bero. q. 126.

SVMMARIVM.

1 *Confessio obscura, quæ.*
2 *Non nocet.*
Ratio.

CAPVT X.

De Confessione obscura.

1 Confessio obscura dicitur illa, quæ non declarat locum particularem, & tempus commissi delicti, prout etiam declarare debēt
2 accusatio, & inquisitio, & ideo non nocet cōfitenti, ita Boss. tit. de confess. n. 43. & seqq. vbi adducit concordãtes, & reddit rationem, quia reus ignorans locum particularem, & tempus, confessio redditur inuerisimilis, & ipsa non potest ex ea condemnari ratio est, quia confessio debet esse certa, & verisimilis respectu loci, & temporis, & naturæ rei, tradit post alios Carrer. in l. obseruate in princ. nu. 121. C. quorum appellat. recep.

SVMMARIVM.

1 *Confessio obumbrata.*
2 *Confessio in tortura debet esse inuulnerabilis.*

CAPVT XI.

De Confessione obumbrata.

1 Confessio ne dicatur obumbrata debet esse clara sicut Sol, ad hoc, vt ex illa possit deueniri ad condemnationem, Boss. in tit. de confess. per tortur. nu. 12. Bertaz. cons.
2 29. num. 17. vbi quod confessio etiam emanata in tortura debet esse inuulnerabilis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dubia ad fauorẽ Rei interpretatur.*

CAPVT XII.

De Confessione dubia.

1 Confessio dubia regulariter interpretatur ad fauorem confitentis, ita Bart. in l. si is qui reus col. pen. ff. de public. Iudic. Socin. cons. 39. num. 70. vol. 2. dicit notandum Marant. in suo speculo in §. actu, 2. par. iudic. nu. 32. quia in alijs actibus, & probationibus contrarium dicitur, Marsil. ante eum in prax. crim. §. postquam nu. 25.

SVMMARIVM.

1 *Confessio generica, quæ sit.*

CAPVT XIII.

De Confessione generica.

1 Confessio generica est illa, quę ambiguitatem parit, & non est nitida, & clara Rom. cons. 455. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ficta quæ dicatur.*

CAPVT XIV.

De Confessione ficta.

1 Confessio ficta dicitur illa, quæ non nocet alteri, Boss. tit. de confess. n. 97. ac etiam

etiam dicitur illa, quę v.g. resultans ex banno non operatur, quia non est fundata super processu valido, Foller.in pract.in verb.& si confitebuntur nu. 6. Immo dicitur illa, quæ resultans ex contumacia vigore Bullarum intelligitur respectu dicti principalis, non autem respectu qualitatum aggrauātiū, Gram. cons. 1. num. 56. Curt. sen. l. 2. §. quod obseruari sub. nu. 29. C. de iuram. calumn.

SVMMARIVM.

1 *Confessio geminata qua dicatur.*

CAPVT XV.

De Confessione geminata.

1 Confessio geminata dicitur illa, quæ efficacem producit obligationem. Bart. in l. cum simus in fin. C. de agric & censit. lib 9. Ias. in l. triticum n. 10. in fin. ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Confessio calore iracundiæ non est attendenda. Nisi adsit perseuerantia.*
2 *Ratio.*
3 *Iracundiæ effectus.*

CAPVT XVI.

De Confessione irati.

1 Confessio calore iracundiæ facta, siue irati hominis nullo modo est attēdenda, nec etiam præiudicat, nisi adsit perseuerantia. Panor. in c. ex litteris. de diuort. lucer. inquisit. in verb. confessio nu. 3. Glos. in d. c. ex litteris, cum alijs adductis per Natt. cons. 6. num. 2. Ratio est, quia ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinatè corruit, cor hominis ad insaniam protrahit, vt l. si adulterium, §. Imperatores, ff. de adult. Paul. de Cast. cons. 192. Aret. 165. col. vlt. Mars. in l. 1. limit. 10. ff. de sicar. Felin. in c. dilecti, de excep. allegat tex. in l. lex Iulia, in fine, ff. ad l. Iul. repetund. Bald. in l. addictos C. de Episc. & Cleric. Panor. in c. 1. de incurr. Nouell. in tract. de defens. car. 24. num 60. Vnde iustè, & benè dicitur, quod iracundia commotus non est in plenitudine intellectus, Bal. c. 1 §. 1. in fin. de pac. iur. for. Nec mirum videri debet cum ira sit inimica consilij, & impediat animum ne possit cernere verum, Bal. in c. 1. §. si quis vltro, de pac. iur. form. vbi quod non habet deliberandi consilium quem ira iam corripuit.

2

3

SVMMARIVM.

1 *Confessio incidenter facta quæ.*
2 *Non potest sic confessus ordinariè puniri.*
3 *Nec talis confessio sufficit ad condemnationem.*

CAPVT XVII.

De Confessione incidenter facta.

1 Confessio facta incidenter dicitur illa, quæ fuit facta ab aliquo quando fuit captus, & carceratus alia de causa, vnde ex ea non potest quis pœna ordinaria puniri, ita Foller. in pract. crim. 1. par. secundę par. n. 21.
3 Immo d. confessio nec etiam sufficit ad condemnationem, secus si principaliter Bos. tit. de confess. nu. 41.

SVMMARIVM.

1 *Confessio per suggestionem quæ.*
2 *Non sufficit ad condemnandum.*
3 *Ratio.*
4 *Nec nocet alijs.*
5 *Nec si ratificata.*

CAPVT XVIII.

De Confessione per suggestionem.

1 Confessio per suggestionem extorta dicitur illa, quæ fuit extorta tam in tortura, quam extra, & ante eam, quæ quidem nullo modo sufficit ad condemnandum, & omnia inde sequuta ipso iure nulla redduntur text. est in l. 1 §. qui ad quæstionem, & ibi Bar. & Mars. ff. de quæst. Salic. in l. fin. num. 8. C. de accusat. Marian. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 1 1 e 3. vers. habet tamen Iudex de accusat. Ang. de malefic. in verb. quando fama publica. nu. 118. & ibi August. in addit. Carter. in pract in 2. tract. de indit. §. in testem ibi formidine tormentorum. nu. 16. Bos. in tit. de examin. reo. nu. 12. vers. & illa confessio, Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. rubr. de tortur. reor. num. 23. in fin.
3 Ratio est, quia suggestio est prohibita nō solum in damnum Rei, sed etiam in damnum Fisci, Farinac. de indit. & tort. q. 83. nu. 84.
4 Immo confessio extorta per suggestionem non

non solum non nocet confitenti, sed nec etiã alijs, Carrer. in pract. in tract. de indit. & tortur. §. in testem, ibi formidine tormentorum num. 16. Gram. vot. 34. & tacitum quæ dixit Farinac. in simile de socio criminis in d. tit. de indit. & tortur. q. 93. nu. 95. Immo etiam confessio extorta per suggestionem interpositæ personæ, nempe alicuius qui fuit positus
5 in carceribus ad persuadendum carcerato, vt fateatur, & euitet tormenta, quamuis ratificata non nocet confitenti, Carrer. in pract. in 2. trac. de indit. & tortur. in tex. ibi formidine tormentorum, nu. 16. quia est ipso iure nulla, l. 1. §. qui ad quæstionem, vbi not. ff. de quæst.

SVMMARIVM.

1 *Confessio suasione Iudicis, & promissione venia est contra publicam vtilitatem, & reo non præiudicat ad condemnationem.*
2 *Ratio.*
3 *Etiamsi fuissent legitima inditia.*
Ratio.
4 *Vt sequatur condemnatio debet ratificari.*
5 *Contrarium.*
6 *Quid si concurrant coniectura commissi criminis.*
7 *Quid in crimine hæresis.*

CAPVT XIX.

De Confessione Iudicis suasione, & venia promissione.

1 CONfessio facta in examine Iudicis suasu, idest extorta cum maxima persuasione, & promissione sub spe veniæ, & impunitatis, prout esse potest sub verbis huiusmodi; fateatur veritatem, & iudex curabit ne aliquid mali d. constitutio eueniat, non solum ipsi Reo non videtur ad condemnationem præiudicare, sed etiam huiusmodi impunitatis promissio est contra publicam vtilitatem,
2 Bois. tit. de exam. reor. n. 16 & 18. Ratio est, quia homines maleficiis illaqueare non licet, l. item si precio, §. fin. ff. locati, c. fane de renunc. & isto casu videtur potius inquisitum sub spe impunitatis, quam pro veritate fassũ fuisse. not. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Magalot. tract. de saluocõnduc. par. 2. vers.
3 secundo casu si reus. quod procedit etiamsi procederent legitima inditia. Ratio est, quia hoc modo Iudex dolosè agendo promittendo impunitatem allicit reum ad falsum deponendum, & sic ex sola impunitatis promissione, quam Iudex promittere nõ potest, dicta confessio ad condemnandum non sufficit, ita expressè testatur Suarez in addit. ad Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 12. rubr. de probat. delict. num. 6. & hoc potissimum procedit, quando Reus in d. confessione non perseuerauit, prout necessario requirebatur, quando est obumbrata, & non clara vt Sol, prut requiritur l. sciant cuncti, C. de probat. Bois. tit. de confess. per tort. nu. 14. ideo dicta de causa non potest sequi aliqua condemnatio saltem ordinaria, quia d. confessio Iudicis dolo facta videtur, nec potest iudicari spontanea, ita Anton. Gomez. vbi supra tom. 3 c. 12. nu. 6. Hieron. Cuchalon. apud Dec. in l. est natura, ff. de reg. iur.
4 Et ideo necesse est, vt Reus d. confessionem ratificet, vt condemnari possit, quia etiam talis confessio, vt singulariter docuit Imol. in cons. 109. comparatur ei, quę facta est in tormentis, quod sequitur Marsil. in l. 1. §. quæstioni, ff. de quæst. vers. modo redeundo, & latissimè in singul. 207. incip. In confessum, Pegna in director. inquisit. comm. 23. par. 2. pag. mihi 437. col. 2. Immo d. confessio etiãsi procederent inditia, vt dictum est, nihil valet & etiam mille perseuerantiæ interuenissent, Bois. tit. de confess. per tort. num. 8. Immo confessio præcedente promissione impunitatis facta per Iudicem, qui instet, vt fateatur, & fateri quę non commisit, quia non sit alius modus suadendi, dicitur extorta dolo malo Bois. eo. tit. num. 16. Itaque tutissima est hęc sententia, quæ tūc magis vera erit, cum Reus confessionem ita factam reuocauerit. Nam hoc casu inhumanum erit, & quasi à iustitię tramite, & rectitudine alienum reum pœna criminis ordinaria punire; sed alia mitior
6 pœna arbitraria imponenda erit, verum si cum tali confessione concurrant aliæ coniecturæ, inditia, & præsumptiones commissi delicti non erit ab æquitate alienum hunc reum ordinaria pœna punire: cum his coniecturis tandem vera eius confessio accesserit, Couar. lib. 1. c. 2. var. resolut. num. 16.
7 At in crimine hęresis, vt consentanea tradantur, tutius, & securius est, vt Reus ratificet confessionem, quia ita ratificata, & si aliæ accedant coniecturæ, quas abesse frequenter contingit, semper erit leuius puniendus, & ordinaria criminis pœna temperanda ne Inquisitor datæ à se fidei, & promissæ gratiæ

deesse

deesse videatur, cum tuto possit eam facere prædictis modis. Director. inquisit. 3. par. pag. mihi 437. com. 23. vol. 2. Cæterum nullis præcedentibus inditijs, sed præcedente promissione impunitatis à Iudice facta, si reuocauerit confessionē mitius torqueri debet, Boss. tit. de confess. per tort. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ob doloris impatientiam non nocet. Etiam socio inculpato.*

CAPVT XX.

De Confessione ob doloris impatientiam.

1 Confessio emanata ob doloris impatientiam in immoderata tortura, sicut non nocet inquisito, ita nec etiam socio inculpato, Gram. vot. 34. sub nu. 10. vbi depositiones testium absque inditijs tormentorum nō valere, nec inditium facere contra eos, contra quos deponunt.

SVMMARIVM.

1 *Confessio adulterij cum muliere volente non potest diuidi.*

2 *Ratio.*

CAPVT XXI.

De Confessione adulterij cum muliere volente.

1 Quoad confessionem factam super crimine adulterij cum muliere volente dicitur, quod ista qualitas voluntatis d. mulieris, vt supra dictum est, non potest diuidi, & Reus, vel violentiam cessasse probare tenetur, vel super dicta qualitate torqueri potest, quia vt pariter dictum est, ea confessio vnico uerborum contextu prolata diuidi non potest. Vnde debet per Fiscum vel in totum acceptari, vel in totum respui, Bart. in l. Aurelius, §. item quæsiuit, ff. de lib. leg. & Dec. in c. ad hæc nu. 4. de postul. præl. Rom. cons. 167. & ea ratione adduci posse videtur, quia huiusmodi confessioni natura non repugnat, sed adstipulatur, quod maxime etiam dicendum est, quando vitæ inhonestæ mulieris cōcurrunt præsumptiones Vulpell. cons. 94. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de delicto non interrogato non nocet quoad condemnationem.*

Ratio.

CAPVT XXII.

De confessione super delicto non interrogato.

1 Circa confessionem emanatam de delicto non interrogato, dicitur quod Reus non videtur ex eo posse damnari, quia talis confessio præsumitur suspecta, Boss. tit. de indit. & considerat. ante tort. nu. 140.

SVMMARIVM.

1 *Confessio super incerto non parit inditium. Ratio.*

CAPVT XXIII.

De Confessione super incerto.

1 Confessio super incerto nullum parit inditium, quia cōfessio cadit super certo, non autem incerto l. 1. C. vt omnes causæ tam ciuiles, quam criminales, Auth. vt Iudices sine quoque suffrag. §. necessitas, Foller. in pract. crim. num. 4. par. 3. vers. & si confitebuntur nu. 56. & confessio debet esse certa, & verisimilis respectu loci, temporis, & naturæ rei, docet post alios Carrer. in l. obseruare in princ. n. 121. C. quorum appell. non recept.

SVMMARIVM.

1 *Confessio contra pluritatem personarum non probat.*

Ratio.

2 *Fallit.*

CAPVT XXIV.

De Confessione contra pluritatem personarum.

1 Confessio facta contra pluritatem personarum non probat delictum ratione
2 incertitudinis delinquentis, & ideo exequi non debet nisi probato delicto, Bal. l. si ideo, in princ. ff. de cund. & in l. transigere, C. de transact.

SVMMARIVM.

1 *Confessio coram incompetente non valet.*

2 *Nec*

2 *Nec incopetens potest recipere probationes.*
3 *Amplia ne dum incompetēte respectu personæ, verum etiam materiæ.*

CAPVT XXV.

De Confessione coram incompetente.

1 Confessio facta coram Iudice incompetente, & iurisditione carente non valet, Bofs.tit.de confefs. nu.47. c. at si clerici,
2 de iudic. Vbi quod Iudex incompetens non potest recipere probationes super eo, de quo cognitionem non habet, imò confessio facta coram Iudice competente respectu personæ,
3 sed incompetente respectu materiæ nec etiā valet, idem Bofs. eo. tit. num. 49. ita pariter non valet confessio clerici primæ tonsuræ tātum coram Iudice seculari, etiamsi clericus fateatur se laicum, Bofs.d.tit. nu.51.

CAPVT XXVI.

De Confessione rei feriata non valente.

Confessio facta die feriata non valet, Bofs.tit. de confefs. nu. 47. Vide Marant.in 10. actu in 2.quæst.

CAPVT XXVII.

De Confessione prægnantis non valente.

Confessio facta à muliere prægnante quamuis extorta per torturam non valet, Brun. post Bald. trac.de indit. q. 4. 2. par. nu.3. Baiard.q.64.num.75.

SVMMARIVM.

1 *Confessio contra filium quādo faciat inditium, & noceat filio.*
2 *Ratio.*
3 *Et è contra.*

CAPVT XXVIII.

De Confessione contra filium, vel patrem.

1 Confessio facta à Patre contra filium, & sic è contra ex abrupta absque aliqua Iudicis interrogatione nullum parit inditiū, & quando adimit vitam filio redditur inuerisimilis, & non nocet filio, ita formaliter scribit Anchar. conf. 24. num. 4. Hoc enim natura abhorret, cum pater magis diligat filium, quam se ipsum, l. isti quidem in fin. ff. quod met. cauf. §.fin.instit.de noxal. act. & eo magis nullum contra filium parit inditiū quando coactus deponit, ita expresse tradit Bal.in l.seruos, C.de test.Bart.in l. 1. §.si ser-
2 uus, ff. de quæst. Ratio est, quia Pater nunquam præteditur velle offendere filium, cum magis crucietur in persona filij, quam sui ipsius d. §. fin.d.l. isti quidem, vt post Cephal. quem allegat, tradit Bonacoll. trac. de præ-
3 sump. in verb. Pater non præsumitur, sic è contra dicitur, quod confessio vera filij non potest nocere Patri, Bart. l.is qui reum, ff. de fur. Vulpell.conf. 118.n.22. Ratio est, quia non potest venire contra iura sanguinis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio minoris vigintiquinque ann. etiam in tortura sine curatoris præsentia non facit inditium.*
2 *Cum minore actum sine curatore vacillat.*
3 *Minor non potest respondere sine curatore.*
4 *Ratio.*
5 *Restitutio minori datur contra confessionem, etiam non probato errore.*
6 *Etiam si sit spontanea.*
7 *Ratio.*
8 *Minor in capitalibus renuncians defensionibus sibi non præiudicat.*
Ratio.
9 *Confessioni spontaneæ minoris non credendum. Ratio.*

CAPVT XXIX.

De Confessione minoris.

1 Confessio minoris 25. annis etiā in tortura extorta sine præsentia Curatoris nullum prorsus parit inditium, quia in quauis causa criminali etiam graui omnino ipsi est dandus Curator, cuius auctoritate se defendere queat, ne, & imperitia sua, vel iuuenili calore aliquid dicat, vel taceat, quod si fuisset probatum, vel nō expressum prodesse ei posset, & à deteriori calculo eum eripere.
2 Et quicquid sine Curatoris auctoritate cum Minore actum fuerit, nullius prorsus est momenti, l. Clarū, C.de author. præstan.Corn. consil.598. lib.4. Bertran. conf. 326. lib. 3. Afflict. decis. 208. Simanc. Enchirid.tit 44. de Minorib. num. 1. Et ex his, quæ post

Cyn.

SVMMARIVM.

1 *Confessio pasti non causat interrogationem super agente.*

CAPVT XXXIII.

De Confessione pasti:

1 QVoad cõfessionẽ factã ab aliquo, quod v.g. fuit subagitatus, dicitur quod nõ potest interrogari an fuerit subagitatus ab aliquo quando non extant inditia, Clar. post alios quos allegat, q. 64. vers. successiuè quæro.

SVMMARIVM.

1 *Confessio delicti, cuius non remanent vestigia sine coniecturis, non sufficit ad cõdemnationem.*

CAPVT XXXIV.

De Confessione super delicto non imprimente vestigium.

1 COnfessio sola emanata in delictis, quorum post factum nulla remanent vestigia, prout est insultus, percussio facta cum manu vacua, adulterium, seu alia fornicatio non sufficit ad condemnandum, nisi confessatum delictum, seu carnalis coppula verificetur saltem ex inditijs, & coniecturis, censuerunt Bofs. tit. d. delict. nu. 19. & 23. vbi generaliter loquitur, vt supra dictum est in omni casu damnabili, Plot. d. conf. cum diuers. 132. n. 22. lib. 1. vbi in terminis loquitur de stupro commisso in puerum, Foller. in prac. crim. in verb. capiat informationem n. 2. vbi etiam in specie loquitur Sodomiç Mascard. de probat. lib. 2. concl. 830. n. 7.

CAPVT XXXV.

De Confesso capto sine inditijs torquendo.

COnfessio facta non præcedentibus capturæ inditijs, remanet elisa, & hoc casu potius torquendus est Reus, quam condemnandus Bofs. tit. de confess. n. 76.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta vi, & metu tormentorum inualida.*
2 *Quando talis dicatur. & num.* 8.
3 *Ratio.*
4 *Vt praiudicet requiritur ratificatio, & perseuerantia.*
5 *Consuetudo quod condemnatus metu tormentorum confessus non valet.*
6 *Quando dicatur ratificari.*
7 *Confessio metu tormentorum, & per tormenta par est.*

CAPVT XXXVI.

De Confessione vi, & metu tormentorum.

1 COnfessio facta vi, & metu tormentorũ est inualida Bofs. tit. de tortu. nu. 3. &
2 confessio metu tormẽtorum extorta dicitur, quando quis in loco torturæ spoliatus fuit sine vinculis, & minis, idem Bofs. tit. de tortu. n. 22. & si confessio metu tormentorum imminentium extorqueatur, nihil Reo nocebit.
3 Ratio est, quia metus omnium rerum horribilium maximè animos perterret, l. nouissimè, ff. quod falso tuto. auth. l. 2. C. quorum appellat. non recip. Simanc. Enchirid. tit. 52. de torment. nu. 36. cæterum animaduertendũ
4 est, quod etiam ratificatio, & perseuerantia requiruntur, Glos. in l. auxilium, §. in delictis, in verb. fateatur, ff. de minor. Cartar. in pract. interrogan. Reorũ c. 1. lib. 4. n. 139. & seqq.
5 nam ex tali confessione pessimum est vt supra dictum est, quemquam iudicare, & consuetudo contraria est iniusta, & ab omni humanitate aliena. is. q. 6. c. 1. Gloss. Hippol. & alij in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst. Simanc. Enchirid. tit. 52. de torment. nu. 34.
6 Et quando quis protestatur confessionem à se factam ratificare vi, & metu tormentorũ, vt supra dictum est, non potest dici fuisse ratificatam, quia perseuerare is dicitur in cõfessione, quando est libera metu tormentorum, Bart. in l. 1. §. Diuus, ff. de quæst. l. nouissimè in princ. ibi si compulsus, vel metu compelleretur, & ibi Bart. & Bal. ff. quod fals. tutor.
7 Cæpol. conf. 39. n. 52. Illud quoque animaduertendum, quod confessio facta per tormenta, seu metu tormentorum par est. Bal. d. l. nouissimè in princ. & talis confessio non debet nocere Inquisito ad cõdemnãdũ, sed bene ad torquẽdũ Bofs. tit. de cõfess. n. 76. & in

A 2 tit.

tit.de confess. per tortu.nu.22.vers. quando confessus, Farinac.q.83.nu.66. Additur etiã, quod confessus metu tormentorum dicitur
8 quãdo quis est ligatus ad torturam cum minis eum torquendi Boss.tit. de tortu. num. 4. Immo confessus minis asperioris torturæ, licet non possit dici tortus, tamen dicitur metu tormentorum confessus, Boss.tit.de tortu. nu.184. Quo verò ad metũ vide inferius in verb. confessio facta in tormentis à persona debilis complexionis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio metu tormentorum à timido non præiudicat.*
2 *Metus inducitur per minas:*
3 *Protestatio quod dicet quæ Iudex volet quia non potest sufferre tormenta facit, vt confessio dicatur meticulosa nec præiudicat.*
4 *Confessio metu tormentorum facta potest reuocari quando fuit facta metu asperioris torturæ.*

CAPVT XXXVII.

De confessione metu tormentorum à timido.

1 Confessio extorta metu tormentorum à timido, & meticuloso non præiudicat, Marl.in l.1.n.75 ff.de quæst. Cason.in tract. de torment.c. 19.nu.4. Iodoc.in prac. crim.
2 c.54. nu. 25. Vbi quod per minas inducitur metus in cōfitentem, & maximè non pręiudicat, quando more protestantis confitens
3 declarat animum suum qualis esset in futurum, dicendo, quod vult cōfiteri omnia quę Iudex vult, quia nō poterit vnquam sufferre tormenta. Ex qua declaratione, seu protestatione animi sui dicendum est se metu tormentorum fassum fuisse contra veritatem, & declaratio, seu protestatio de mentiendo metu, & formidine tormentorum, eo magis attendi debet, quia tortura est res fragilis, & periculosa, quæ veritatẽ fallat, l.1.§ in causa,
4 ff. de quæst. Et an sufficiat tortura ad probandum metum vbi deficerent testes, vide Boss.de defens.reor.nu.5. Immo d.confessio potest reuocari quando fuit facta metu asperioris torturæ, & præcedentibus inditijs, idẽ Boss.eo. tit. nu. 6. Quoad metum vide inferius in verb. confessio facta in tormentis à persona debilis complexionis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio per torturam præcedentibus legitimis inditijs si reuocetur, debet sequi tortura.*
2 *Inditijs non præcedentibus nulla est.*
3 *Nihil operatur etiam perseuerata.*
4 *Præcedentibus inditijs sufficit ad plenam fidem.*
5 *Fallit si perseuerauit sub spe promissionis impunitatis.*

CAPVT XXXVIII.

De Confessione per torturam præcedentibus inditijs.

1 Qvoad confessionem per torturam extortam præcedentibus legitimis inditijs, dicitur, quod si reuocetur tortura sequi debet, sed si non præcedebant inditia & reuocetur nulla est. Vbi vero perseueretur non
3 pręcedẽtibus inditijs nihil operatur, sed pre-
4 cedentibus sufficit ad plenam fidem, nisi ap-
5 pareat confessum perseuerasse sub spe promissionis impunitatis, Boss. tit. de confess. per tortu.n.17.

SVMMARIVM.

1 *Confessio non præcedentibus inditijs per torturam solum ad querelam partis nõ nocet etiam alijs.*
Idem inditijs non bene probatis.
Idem eorum copia Reo non data.
2 *Sine inditijs nemo torquendus.*
3 *Confessio sine inditijs non nocet, etiam quod esset verificata ex nouis inditijs.*
4 *Princeps de potestate ordinaria non potest mãdare vt aliquis torqueatur sine inditijs*
5 *Confessio prædicta etiã perseuerata nõ nocet.*
6 *Confessio facta in tormentis si non est ratificata in actis non afficit, & est necessaria expressa ratificatio.*
7 *Ratio.*
8 *Non dicitur ratificare is, qui dicit se ratificare metu tormentorum.*
9 *Confessio per torturam, quæ inferri non debebat non præiudicat.*
10 *Facit inditium ad torturam, & tortus reuocans confessionem purgat omnia inditia.*
11 *Confessio facta leui tortura dicitur facta metu tormentorum.*
12 *Reuocans confessionem factam ex promissione impunitatis mitius punitur.*

CAPVT

CAPVT XXXIX.

De Confessione per torturam non praecedentibus inditijs.

1 CONfessio per torturam extorta nullis præcedentibus inditijs, vel non bene probatis, vel eorum copia Reo non data, sed solum ad querelam partis, etiamsi dictus Reus ratam eam habuerit non solum ei non nocebit, sed nec etiam alijs, Gloss. in l. pœn. vbi etiam Bart. ff. de quest. Brunor. à Sole in
2 suo consil. crim. num. 160. vbi de communi, cum sine inditijs nemo sit torquendus l. 1. in princip. ff. de quest. l. milites, §. oporteat, C. eo. tit. Hippol. d. l. 1. n. 32. vbi de communi; quicquid. n. Iudicis iniuria fit, seu manat, iniustum est, & iniustitia causæ permanet in eius effectu, non enim ex iniuria ius nasci potest, & hæc est communis opinio Gloss. & cæteri in d. l. pœn. & in c. cum in contemplatione de reg. iur. Hippol. in pract. §. secunda questio, Sotus de ratione tegendi secretum memb. 3. q. 1. lib. de iust. & iur. art. 2. Simanc. Enchirid.
3 tit. 52. de torment. num. 34. quod procedit etiamsi dicta cōfessio esset verificata ex nouis inditijs, Matthesil. singul. 55. incip. Nota
4 quotiescunq; Iudex, in princ. Et Princeps de potestate ordinaria non potest mandare, quod quis torqueatur absque inditijs, licet possit de potestate absoluta. Rolā. post alios,
5 quos allegat cons. 12. num. 47. vol. 3. Immo quamuis in ea fuerit perseueratum dicitur nulla d. l. pœn. vbi Gloss. & DD. not. ff. de quæst. Ias. cons. 188. nu. 12. cōmunem dicens. Immo quamuis Iudex liberum haberet arbitrium, & superuenissent inditia, Boss. tit. de confess. per tortu. n. 6. & ideo semper non est habenda fides tormentis, quæ vi, & metu dicere cogunt, quæ non sunt vera, d. l. 1. ff. de quæst. Simanc. Enchirid. d. tit. de torment. tit. 52. nu. 34. Nec ab re iudicari debet, quia si confessio facta in tortura deberet esse præiudicialis, sequeretur, prout pluries dictum est, quod quis esset Dominus membrorum suorum, contra l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & l.
6 non tantum, ff. de pœn. Immo confessio facta in tormentis si non est in actis ratificata, non afficit Boher. decis. 63. num. 18. & ita seruat consuetudo, & attestatur Bart. l. 1. in vlt. verb. ff. de custo. reo. Crauett. in sua
7 prax. crimin. fol. 166. num. 196. Nec sufficit vt tortus tacitè perseueret illam non reuocando, sed opus est, vt illam expressè ratificet apud acta iuxta d. consuetudinem vt attestatur Clar. post alios quos allegat q. 64. vers. cæterum si Reus in tormentis. Ratio est, quia ad hoc, vt confitens damnari possit requiritur perseuerantia, Glos. in l. auxilium, § in delictis, in verb. fateatur, ff. de minor. Cartar. in pract. interrogan. reor. c. 1. lib. 4. n. 139.
8 & seqq. Et quando quis protestatur, vt supra dictum est, confessionem à se factam ratificare vi, & metu tormentorum, non potest dici fuisse ratificatam, quia perseuerare is dicitur in confessione, quando est liber à metu tormentorū Bart. in l. 1. § Diuus, ff. de quæst. l. nouissimè in princ. ibi si compulsus metu, vel compelleretur, & ibi Bart. & Bal. ff. quod
9 fals. tuto. Cephal. cōs. 39. n. 52. Immo quādo d. confessio fuit extorta per torturam, quæ inferri nō debebat, quamuis etiam ratificata non præiudicat, Bart. in d. l. pœn. ff. de quest. Honded. cons. 118. n. 33. vbi testatur de magis communi opinione, maximè quando Reus ante torturam protestatur, quod si dixerit, nō erit verū, sed metu, & dolore tormētorū dixerit, ita Fulgos. in l. qui alienas. § celsus n. 8. & seqq. ff. de acquir. hæred. Honded. d. cons. n. 42. & si dictam confessionē factā in
10 tormentis ratificare nolit, parit tantummodo inditium ad torturā Bart. in l. vnius, §. Reus in vltimis verbis, ff. de quest. refert, & sequitur Clar. q. 21. vers. vlterius quero, sed si tortus reuocauit dictam cōfessionē, dicitur purgasse omnia inditia contra ipsum existentia.
11 Illudq; etiam est animaduertendū, quod cōfessio quamuis extorta fuerit ex leui tortura dicitur facta metu tormentorū. Mars. l. 1. n. 54. ff. de quest. Quibus supradictis omnibus
12 additur etiam, quod confessus non præcedētibus inditijs, sed præcedente promissione impunitatis, vt dictum est, à Iudice facta, si reuocauerit confessionem mitius torqueri debet, Boss. tit. de confess. per tortur. n. 15.

SVMMARIVM.

1 *Confessio per torturā non seruatis seruādis nulla.*

CAPVT XL.

De Confessione in tortura non seruatis seruandis.

1 COnfessio extorta per torturā nō seruatis seruandis, non valet. Bald. in l. maritus, ff. de

ff.de quæſt Alex.conſ.5.& cõſ.93. in princ. Corn.conſ.134.num.4. Iaſ.conſ. 118. nu.2. Gram. conſ. 37. qui de communi teſtatur. Vulpell.conſ.21.nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio per torturam coram Iudice laico nõ facit inditium coram Eccleſiaſtico c Atſi clerici num.14.verſ.ego puto Gloſ. & ibi not l queſtionis habenda ff. de quæſt Foller. qui teſtatur de comuni in ſua prax. crim fol 307.*

CAPVT XLI.

De Confeſsione in tortura coram incompetente.

1 CONfeſſio extorta per torturam coram Iudice laico nõ facit inditium corã Eccleſiaſtico, vt in c.atſi clerici.nu.14.verſ. ego puto, Gloſ.& ibi not.l.quæſtionis habẽdæ,ff. de quęſt. Foller. qui teſtatur de communi in ſua prax. crim. fol. 307.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio per torturam ſuper proceſſu nullo ex defectu iuriſdictionis eſt nulla.*
2 *Etiamſi inquiſitus ſponte faſſus ſit.*
3 *Confeſsio ſecuta poſt nullitatem proceſſus impedit condemnationem.*

CAPVT XLII.

De Confeſsione in tortura ſuper proceſſu nullo ex defectu iuriſdictionis.

1 COnfeſſio extorta per torturam ſuper proceſſu nullo ex defectu iuriſdictionis eſt nulla, Gloſ.& ibi Bart.l.quæſtionis habẽdæ,ff.de quæſt.Foller. in ſua prax. crim. fol. 307.qui teſtatur de communi,Hippol.conſ. 95.nu.10.Clar.q.55.§ fin.verſ. item poſſet, quod procedit etiamſi inquiſitus ſponte faſſus fuiſſet delictum, Gomez. c.12. delictorũ
2 nu.8.Ang.conſ.178.in fin. Immo confeſſio ſi fuit facta quando proceſsus nullitas fuit facta ante d.confeſsionem, non poteſt ſequi condemnatio Ang.in lib.malef.in verb.comparuerunt dd.inquiſiti col.8.in fin.addit.quã bene not. Lucer. Inquiſit. in verb.confeſſio num.3.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio facta per torturam ab eo qui non erat torquendus ob rupturam,vel prægnãtiam non præiudicat.*
2 *Etiam ratificata.*

CAPVT XLIII.

De Confeſsione in tortura non torquendi ob non fortitudinem corporis.

1 COnfeſsio facta in tortura,quæ nullo modo inferri poterat, ſtante Rei ruptura, ſeu crepatura, quamuis ratificata non præiu-
2 dicat,ad ea quæ habet Brun. de indit. 2. par. q.4.num.3. Bertaz.conſ.20. num.31. in fine diuerſ.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio debilis cum præcedente proteſtatione, dicitur vi tormentorum.*
2 *Etiam ſecuta ratificatione non præiudicat.*
3 *Timor quouſque durare dicatur.*
4 *Idem ex debilitate teſtis.*

CAPVT XLIV.

De Confeſsione debili in tortura.

1 QVoad confeſſionem factam in tormẽtis à perſona debilis complexionis, dicitur, quod ſi in tortura dixerit hæc vel ſimilia verba antequã eleuetur, vel poſt, Ditemi quello,che volete,che io dica,che lo dirò & etiam in ratificatione: Io non poſſo negare,perche non poſſo ſopportar tormenti:iſta proteſtatio animi ſua operatur, quod vi tormentorum contra veritatem faſſus fuerit, ita Bart.in l.non ſolum, §.morte,ff.de nou.oper. nunc.Et eo magis attendi debet, quia experientia docet, & iure quoque cautũ eſt, tormenta plerunque cogere ad mentiendum, l. 1.§.in cauſa ff.de queſt.ſolet enim iſta proteſtatio metum probare cum declaret proteſtantis voluntatem, Bart. in l. de pupillo,§.ſi quis ipſi Prætori ff. nou. oper. nunciat. Crauett.conſ. 253. n. 8. cum alijs adductis per
2 Ruin.conſ. 6.n.1,& ſeq.lib.4. Ex qua proteſtatione etiam infertur ſubſequtam prætenſam ratificationem delicti nullum operari effectum quoniã, & ipſa meticuloſa iudicatur cum eadẽ timoris cauſa duraſſe videatur. Ita in terminis argumentatur Socin.iũ.cõſ.77.n. 52.lib.1.Rolã.cõſ.2.n.90.lib. 1. metus enĩ ſemel illatus dicitur durare.Angel.in l.inuidiã, C.quod met.cauſ.Pariſ.cõſ.54.nu.69. lib.4.

Et

3 Et tanto tempore durare præsumitur quousque durat eadem timoris causa, Marſ. conſ. 52.nu.5. Immo nec ex interuallo purgatur, ita ſcripſit Aret.conſ.14.n.17.& ſeqq. quem ſequitur Crauett.conſ.6.nu.84. Idem dicitur
4 de confeſſione extorta eximia debilitate teſtis,que nullius eſt momenti, ſeu conſiderationis, Salic. in l.interpoſitam num.6. C. de tranſact.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio in tormentis non ratificata non eſt attendenda.*
2 *Ratificatio debet eſſe expreſſa apud acta.*
3 *Ratificata non nocet in pœnitentia.*

C A P V T XLV.

De Confeſſione torti non ratificata in actis.

1 Confeſſio facta in tormentis, ſed in actis non ratificata, vt ſuperius dictum eſt, nullo modo eſt attendenda, Boer. deciſ. 163. num. 18. Clar. q. 64. verſ. ceterum ſi Reus,& ibi ſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Bart.l.1.in vltimis verbis,ff.de custo Reo. nec ſufficit quod tortus tacitè perſeueret illam non reuocando, ſed opus eſt, vt illam expreſſè ratificet apud acta iuxta d.cõſuetudinem,vt teſtatur Clar. poſt alios quos
3 allegat d.q. 64. verſ. eo. Immo quando eſt ratificata Reo nocere non debet in pœnitentia,idest quando ſuſpectus eſt de hæreſi,idest quando recipitur ad ſinum Eccleſiæ Simãc. Enchirid.tit.37.de cauer.per pet.nu.14.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio ratificata ſine tormentis non præiudicat,niſi ſint certa ſigna,quod Reus deliquerit.*
2 *Ratio.*

C A P V T XLVI.

De confeſſione ratificata abſque tormentis.

1 Confeſſio ratificata abſque tormentis ſi non continet ſigna certa,ex quibus appareat ipſum Reũ deliquiſſe ipſi nullo modo præiudicare poteſt.Calon.tract. de torm. c.20.n.6.Ratio eſt,quia confeſſio debet declarari ab inquiſito per ſigna, ex quibus Iudex verificetur ipſum verè fuiſſe confeſſum Franc.Canſon.d.tract.c.21.n.18.namque ſi ne ſignis non habet vim veritatis, cum quidam ſint tantæ impatientiæ, vt potius mentiri velint,quã tormẽta pati.l. 1. ff. de queſt. alias ſequeretur,vt dictũ eſt, ꝙ quis eſſet Dominus membrorum ſuorum, & poſſet facere ſe condemnare ad mortem, contra text. in l. liber homo, ff.ad l.Aquil.& in l.non tantum, ff. de pœn.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio per tortura non data copia inditiorum,vel negatis defenſionibus non præiudicat Reo. Nec alteri ab ipſo nominato.*
2 *Immo ſi non fuit poſitus ad largam ante torturam cũ termino,&c. proceſſus eſt nullus.*
3 *Etiamſi legitima inditia præceſſerint.*
4 *Etiamſi conſtaret de corpore delicti.*

C A P V T XLVII.

De Confeſſione per torturam non data copia inditiorum.

1 Confeſſio extorta per torturam non data copia inditiorum, & denegatis defenſionibus,quamuis ratificata Reo non præiudicat,nec etiam alteri ab ipſo nominato.Imò
2 quando Reus non fuit poſitus ad largam ãte torturam cum termino ad ſe defedendum, talis confeſſio corruit, & totus proceſſus eſt nullus,text. eſt in Clem. Paſtoralis in fin. de ſent.& re iud.Marſ.conſ.95.nu.7. & 10. vbi quod iſto caſu confeſſio redditur nulla, etiã
3 quod legitima inditia præceſſerint.Hier Laurent.deciſ. Auinionen. 15. per tot. vbi Reus ille fuit abſolutus non obſtante confeſſione per torturam illatam denegatis defenſionibus,etiam quod conſtaret de corpore delicti,
4 & d.confeſſio eſſet adminiculata depoſitionibus duorum ſociorum criminis.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio in tortura reiterata non præiudicat ſi non eſt verificata in proceſſu.*
2 *Ratio.*

C A P V T XLVIII.

De Confeſſione in tortura reiterata.

1 Confeſſio extorta per torturam reiteratã non præiudicat cõfitenti, quãdo in proceſſu non ſit verificata, v. g. ex annotatione

 ſume-

sumefactionis, seu fracturæ ossis capitis, Bal. cons 77. lib. 3. Alex. cons. 5. lib. 1. Mars. cons. 14. num. 24. Anton. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 13. rubr. de tortu. reo. n. 25. vers. tertio infero, Bursatt. cons. 101. num. 82. lib. 2. Franc. Personal. de indit. & tortur. Ratio est, quia perniciosum est exemplo aliquem condēnare, vt dictum est, confessione non verificata, & nō constito de delicto, vt post Valer. Max. scribit Cason, tract. de torment. c. 20. in fin. Necnon etiam, quia natura est res fragilis & periculosa, quæ veritatem fallat. l. 1. §. in causa, ff. de quæst. Immo dicitur, quod confessio extorta per torturam repetitam, quæ repeti non debebat, redditur nulla, & inualida, prout dicitur de confessione extorta per torturam, quæ inferri nō poterat, Glos. & Doct. in l. pœn. ff. de quæst. Mars. in l. questionis. nu. 27. de quæst. Alex. d. cōs. 5. vol. 1. & quia militat eadem ratio, ergo debet eadem iuris dispositio militare, l. illud, ff. ad l. Aquil. cum vulg. Immo confessio extorta per repetitionem tormenti vigiliarum, quod repeti non debebat, non valet, nec nocet confitenti Anton. Gomez. & alij DD. vt supra.

CAPVT XLIX.

De confessione coram solo Notario non præiudicante.

Confessio facta in tortura corā Notario absque præsentia Iudicis non præiudicat Glos. l. iubemus, in verb. aliud iudicium, C. de lib. caus.

SVMMARIVM.

1 *Confessus in tortura dicens se errasse in facto auditur.*
2 *Ratio.*
3 *Error potest deduci vsque ad sententiam. Ratio.*
4 *Aliud in errore iuris deducendo.*

CAPVT L.

De confessione in tortura dicentis errasse.

1 Confessus in tormentis quamuis perseuerauerit si dicat se errasse in facto auditur secundum Gand. de malef. tit. de quest. vers. quod si alleget se errasse, quia non di-
2 citur confiteri, qui errauit, l. non fatetur, ff. de confess. & talis error non consueuit obesse vsque ad sententiam, l. error, C. de iur. & fact. ignor. l. 2 C. quorum appellat. non recip. Ratio est, quia si condemnatis ex confessione perseuerata etiam post sententiam probādo de eorum innocentia, quamuis errauerint datur absolutio l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæst. multo fortius debet audiri volens probare de suo errore ante sententiam. Verū si errauerint in iure, non possunt contra eorū confessionem venire d. l. error.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ex processu informatiuo non iustificata non est attendenda.*
Ratio.

CAPVT LI.

De Confessione non iustificata.

1 Confessio non comprobata, nec iustificata ex processu Informatiuo nōn est attendenda Gram. decis. 2. num. 38. post concordantes, quos refert. Ratio est, quia delicto non iustificato, confessio ex inde manata est nulla, & non sufficit ad condemnationē, Boss. tit. de delic. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Pluries fassus in eodem constituto, & eodem tempore, non dicitur perseuerans.*

CAPVT LII.

De confessione in eodem constituto.

1 Confessio in eodem constituto, & vnico tempore facta dicitur vnica, & non potest dici perseuerata, etiam si pluries Reus fassus fuerit, nempe coram notario affirmatiuè, & coram Iudice negatiuè, tradit Glos. in fin. in l. 4. ff. de pignor. act. Bald. rubr. de nou. Cad. comp. num. 10. col. fin.

SVMMARIVM.

1 *Confessio principalis de credulitate probat.*
2 *Eo magis si de proprio facto.*

CA-

CAPVT LIII.

De Confessione per credulitatem.

1 Confessio principalis de credulitate probat sicut confessio de veritate, Gloss. communiter approbata c. ex litteris, de iureiur. n.10. & eo magis id procedit, quando non de facto alieno, sed de proprio ipsius principalis tractatur.

SVMMARIVM.

1 *In crimine hæresis non sufficit ad condemnationem sola confessio Rei.*

Dantur defensiones ad opponendum contra illam.

CAPVT LIV.

De Confessione in crimine hæresis.

1 Confessio sola Reorum in crimine hæresis non sufficit ad condemnationem, Muscatell. in prac. pag. mihi 27. & seq. n. 16. & 26. Ideo ipsis dandæ sunt defensiones, & si quid voluerint apponere aduersus eam audiendi erunt; ne iniustè vnquàm se damnatos conquerantur; nam & contra propriam cōfessionem multa quidem possunt opponi, Clar. in prac. crim. §. fin. q. 55. & præcipue vers. sed pone, & q. 64. vers. sin antem Reus, Simanc. de Cathol. instit. tit. 17. de defens. reor. n. 53. & aliquot seqq. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 447. comm. 28. col. 1.

CAPVT LV.

De Confessione non præiudicante in altero iudicio.

Confesio emanata in iudicio ciuili probat etiam in iudicio criminali, ita Bal. & Alex. in l. 2. C. de confess. cum alijs adductis per Capic. decis. 179. n. 3. vbi confessio in vno iudicio facta præiudicat in alio, & Seraph. decis. 975. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Confessio vera non sufficit ad exequendam condemnationem per sententiam contumacialem.*

Ratio.

CAPVT LVI.

De confessione vera, & de condemnatione non exequenda.

1 Confessio vera delicti sicut non sufficit ad condemnandum, multo minus sufficere debet ad exequendam condemnationē per sententiam contumacialem, cum maioris sit præiudicij exequi sententiam, quam condemnare, & ista iuris determinatio est clara, aperta, & indubitata, vt ostendit Alex. cons. 19. col. 1. lib. 7. Boss. tit. de delict. num. 15. vbi quod hoc nullam habet difficultatē, seu dubitationem, Clar. q. 55. vers. potest etiam.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus, & confessus appellare an possit, & quando.*

CAPVT LVII.

De Confessione conuicti.

1 Qvoad confessionem factam ab aliquo conuicto dicitur, quod conuictus potest appellare, quando adducit aliquam causam per quam offuscatur eius confessio, seu offuscatur querelantis confessio, & probatio contra ipsum existens, Bal. in l. 2. nu. 2. vers. item quia, C. quorum appellat. Farinac. q. 101. num. 143.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta per metum à muliere carcerata ei non præiudicat.*

Ratio.

De confessione mulieris per metum.

1 Confessio facta per metū à muliere carcerata ei non præiudicat, tum quia talis solus metus est sufficiēs in muliere ad eius excusationem, l. qui in carcerem pen. ff. quod met. caus. Gram. vot. 30. n. 3. Rolan. cons. 2. n. 46. & seq. lib. 1. tum etiam quia d. confessio non dicitur spontanea, sed facta metu tormentorum, tradit Anchar. cons. 120. Barbat. cons. 70. vol. 4.

CAPVT LIX.

De confessione eius qui non petijt dilationem.

Confessio facta ab aliquo, qui non petijt dilationem, non exigit, quod statim sit à Iudice morti tradendus, sed debet interponi aliquod interuallū, vt cognoscatur perseuerantia, Bois.de confess. n.3.

CAPVT LX.

De confessione ex leuitate.

Circa confessionem factam ab aliquo ex quadam leuitate, dicitur, quod Iudex debet dare dilationem, etiamsi non petatur, Bois. tit.de confess. n.11.

SVMMARIVM.

1 *Confessus potest se ex interuallo excusare.*
2 *Fallit.*
3 *Potest reuocare confessionem ob errorem, & probare innocentiam.*

CAPVT LXI.

De Confessione simplici, & excusatione ex interuallo.

1 Confessus simpliciter ex interuallo se excusare, & v.g. dicere, quod fecit homicidium ad sui defensionem; nisi veniat con-
2 tra suum iuramentum Bois. tit. de confess. num. 34. Additur etiam quod d. confessus simpliciter vbi generalitas iuramenti nō admitteret excusationem potest confessionem à se factam reuocare docendo errorem. Et
3 licet non reuocasset, sed negasset simpliciter, tamen probando innocentiam admitteretur, Bois.tit.de confess. Reo.num.4.

CAPVT LXII.

De confessione criminis de quo non fuit interrogato.

Circa confessionem factam ab aliquo de delicto, de quo non fuit interrogatus, non videtur ex ea posse damnari, quia dicta confessio præsumitur suspecta Bois.tit.de indit.& considerat. ante tortu.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus à cōfessis delictū nō potest torqueri. Ratio.*
2 *Potest inquiri.*

CAPVT LXIII.

De nominato à pluribus.

Quoad confessionem factam ab aliquibus de aliquo delicto dicitur, quod si
1 plures sint licet nominent aliquem participasse cum eis de delicto commisso non videtur propterea ob d. confessionem torquendus, cum vna sit tantummodo qualitas inditij l. fin.C.de accusat. Bal. l. quoniam liberi nu.2. C.de test. Gram.cons.61. post num.1. vbi dicit, quod si plures sint confitentes nihil probant nisi ad inquirendum, Natt. cons. 298.nu.9.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Confessus de se ipso non probat contra alios.*
2 *Fallit ad inquirendum.*
3 *In crimine hæresis facit ad præsumptionem inducendam.*
4 *Fallit quando adsunt aliæ præsumptiones.*

CAPVT LXIV.

De non credendo confesso de se ipso quoad alios

1 Confitens de se ipso non creditur in alios idest super crimine cōsociorum Gloss. 2. in c.1. de confess. Bal.in l. quoniam liberi nu. 2. C. de test. & per l. fin. C. de accusat.
2 sed probat tantum ad inquirendum, Gram. cons.61. post nu.1. & decis. 28.post. nu.17. Natt. cons.298. nu. 9.in fine, prout etiam in
3 crimine hæresis confessus de se creditur tantum contra consocios quoad præsumptionē faciendam, non autem ad conuincēdum, nisi aliæ adsint præsumptiones, quia si adsint valet confessio. d. Glos.2. Lucer. Inquisit.in verb. confessio nu. 8.

NOTANDA.

I.

De non condemnando confessum in tormentis.

OB confessionem extortã per tormenta, vt supra dictum est pessimũ est quemquam iudicare immo ab omni humanitate alienũ is.q.6.c.1.Glos.Hippol.& alij in l.1. §.Diuus Seuerus, ff. de quæst.

II.

De confessione verificanda.

COnfessio est verificanda in omnibus delictis etiam occultis, & difficilis probationis, ac etiam constare deber de corpore delicti confessati saltem per partis querelam, & alias coniecturas,& præsumptiones, scripserunt Bos.in tit.de delict. nu. 20. Foller. in prac. crim. in verb. capiant informationem nu.78. vers.fallit tamen, vbi amplius requirit coniecturas validas,& à iure approbatas, Gabr.concl.17.n.14. Clar.in pract.q. 60. in princ. vbi quod isto casu maiores requiruntur probationes.Nec mirum,nam quod quis sine aliqua probatione, aut coniectura possit ex sola confessione damnari,etiam in delictis occultis, & difficilis probationis prorsus à iure reprobatum est, vt videre est apud eundem Bos.tit.de delict.nu.15. & Clar. q. 55. versic.potest etiam, Cephal.cons.230. n.11. lib.2. Roland. cons.51.n.13.lib.1. cum alijs infinitis,qui adduci possunt, Farinac.in tit.de Inquisit.n.15.nam vt dictum est,perniciosum est quem exemplo damnare. Cason.tract.de torment.c.20.in fin.qua quidem ex re Iudex debet in quantum potest studere, vt verificentur delicta confessata esse vera,ita Bart.in l.1.§.sed si sibi,ff.ad Sillan.& in furtis,homicidijs, & similibus debet mittere Notarios ad illa verificanda, alias damnat innocentes, & damnat animam suam, & corpus, ita Ang. tract. de malefic.in verb. & vestem cælestem abstulit, vers.quid si quis confiteatur,nec dissentir Bal.in Auth.sed nouo iure col. 3. vers. sed pone, quod si aliquis, C. de seruis fugit. vbi quod si non constaret de delicto nisi per solam confessionem, inquisitus puniri non debet, & tanto magis id dici debet, quando nulla apparet verificatio Val. Max. quem allegat Cason. trac. de tormen. c. 20. in fin. Farinac. tit. de inquisit. n. 15.

III.

De transactione non inducentem confessionem.

COnfessio delicti non dicitur facta, quãuis fiat transactio cum Fisco, quando v.g. Pater, seu frater inquisiti pro ipso vna vice Fisco pecuniam offert. Ratio est, quia cum agatur de capitali crimine, vnicuique licet transigere,& quomodocunque sanguinem suum redimere l.1.ff.de bon.eor.qui ãte sent. &c.ex quo sequitur conclusio,quod ex compositione nulla oritur confessio nec expressa, nec tacita, nec præsumpta, per Cyn. Bal. Castren.& Io. Fab. in l. transigere, C.de transac. cum alijs adductis per Gabr. lib. 7. concl.23.nu.1.& seq. Foller.in prac.crim. in verb.etsi confitebuntur il 1.nu. 45. Gomez. tract.de delict.tit.de homicid. sub n.54.

IV.

Quomodo sit verificanda confessio.

COnfessio quæcumque siue per torturã, siue sponranea verificari debet in circumstantijs substantialibus, & qualitatib. Ratio est,quia non sufficit ad aliquem condemnandum, quando v. g. quis fassus fuit occidisse cum ense existente in tali loco sanguine asperso, etsi reperiatur non reperiatur sanguine aspersus,tradit Marian. Soc.c.qualiter,& quando il 2.n.975.de accus. vbi latè, & benè admonet Iudices,vt bene inuestigent omnes qualitates,& circunstantias delicti cõfessati,vt cognoscant,an Reus verum dixerit, Paris.de Put. in trac.de syndic.in verb. confessio c.1.nu.5.& 9.fol. mihi 156. vbi dicit, quod quidam Commissarius,qui Reum non verificata confessione sua condemnauit, stetit in magno periculo, ne & ipse damnaretur, Mars.cons.14.n.17. & seq.& cons.22.nu. 9. Brun. de indic. & tortur. par. 2.q.6.num. 13. Franc. Cason.trac. de torment.c.1. Rubr. de confess.in torm.nu.1.& seqq. Foller.in prac. crim.in verb.etsi confitebuntur il 2.sub nu.5. vers. & idem sicut Iudex n.316.Burlatt.cons. 201.n.29.& seqq.lib.2. Bertaz.cons.29.n.5. lib. 1. ex quibus sine dubio apparet hanc cõclusionem communiter ab omnibus approbatam esse,etsi aliter diceremus, declararetur absurdum, quod esset in potestate hominis cõfiteri maria,& mõtes, & prout dicūt DD. se ne-

ſe necare, & morti tradere contra text. in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. quod procedit etiã in delictis occultis, & difficilis probationis, Bal. in auth. ſed nouo iure col. 2. in fin. verſ. ſed pone qui cõfitetur, Caſtren. etiam col. 2. verſ. aduerte tamen, C. de ſeru. fugit. Gram. deciſ. 48. loquens de Mariolis, qui fatentur multa furta, quæ quidem ſupradicta concluſio procedit etiam quando carcerati fuerunt immoderate torti, & ſunt varij in circunſtantijs, eorum confeſſiones non verificatæ non præiudicant, ita Pariſ. de Put. d. tract. & d. verſ.

V.

De Confeſsione inducente infamiã.

COnfeſſio propria inducit malam famã, Gloſ. ab omnibus approbata l. ſed ſi poſſeſſori, §. fin. in verb. probatum eſſet, ff. de iureiur. Gram. conſ. 34. num. 6.

VI.

De Confeſsione non habenda pro explorato facinore.

COnfeſſiones non ſunt habendæ pro exploratis facinoribus, facit tex. in l. 1. §. Diuus, ff. de quæſt. Immo non dicuntur propriè confeſſiones, Boſſ. tit. de conuict. nu. 8. Ratio eſt, quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti C. de probat.

VII.

De concordandis confeſsionibus.

COnfeſſiones ex præcedentibus, & ſubſequẽtibus, ſunt interpretãdæ, vt nihil contrarietatis in ſe contineant Bal. in l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignor. nu. 8. Iaſ. ibidem n. 4. Aym. cõſ. 214. n. 17. Foller. in pract. crim. 2. par. 3. par. verſ. & ſi cõfitebuntur n. 1.

VIII.

De confeſsione interpretanda pro inquiſito.

COnfeſſio inquiſiti ſemper eſt interpretãda ad eius fauorem, Argum. notatorũ in l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.

IX.

Quod petens gratiam non dicitur confeſſus.

COnfeſſio delicti non dicitur facta quãdo quis petit gratiam, nec Iudex poteſt dicere volenti vti gratia impetrata quod fateatur delictum alias non vteretur dicta gratia, Boſſ. de remed. ex ſola Clem. Princi. n. 29.

X.

Quis contumax non dicatur confeſſus.

PRo confeſſo non habetur, qui non tenetur comparere vigore contumaciæ, ita Bal. in c. de iudic. Nouell. de bannit. 2. par. 1. temporis q. vbi quod ita pluries obtinuit, conſuluit, & iudicare vidit.

XI.

Quod confeſſus poteſt corrigere errorem ſuum.

COnfeſſus quando non poteſt ſe excuſare poteſt corrigere ſuum errorẽ, Boſs. tit. de confeſſ. nu. 35. quia non poteſt ſe excuſare ea excuſatione quæ perimit ſuam confeſſionem, Boſs. tit. eo nu. 34.

XII.

Confeſsio perſeuerata.

COnfeſſio debet eſſe cum perſeuerantia Boſs. tit. de confeſs. num. 4. immo debet eſſe veriſimilis cũ perſeuerantia, & à Iudice debet dari dilatio idem Boſs. eo. tit. nu. 13.

XIII.

Confeſsio in tormentis ſecunda non eſt inditium.

COnfeſſio ſecunda in tormentis facta nõ eſt inditium. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 485. comm. 30.

XIV.

Quando habenda fides confeſsioni.

COnfeſſioni Rei non eſt ſemper habenda fides Boſs. tit. de confeſs. n. 4. immo eidem non eſt ſtandum quando Fiſcus non probat

probat delictum fuisse commissum.not.c.auditis de præscript.quia de corpore delicti cõstare debet, Farinac.tit.de Inquisit. num. 15. Quin etiam d·confessioni non est fidendum, cui nulla verisimilitudo comes est. Vulpell. cons.6.nu. 6.

XV.

De confessione habente Aduersarium contradictorem.

CONfessioni Rei ipsi nocet, seu ad condemnandum, seu ad torquendum, vel ad pœnam extraordinariam nisi Aduersarius contradixerit, scripsit Bal. l. cum precum, ff. de lib. caus. Ratio est quia in confessione dicitur quis quasi contrahere,& talis quasi cõtractus non celebratur inter dissentientes, refert,& sequitur Lanfranc. in repetit. c. quoniam contra nu.33.in fin.de probat.

XVI.

Innocentia superat confessionem.

COnfessio Rei non attenditur si post eam constet per testes de innocentia d. Rei, Bos. tit. de conf. n.70.

XVII.

De Confessione ex præsumptione.

COnfessio ex præsumptione resultans magis ad torquendum, quam ad condemnandum sufficit, Bos. tit. de confess. num. 85.

XVIII.

De sola confessione cum querela.

COnfessio sola cum querela sine cognitione in genere non sufficit ad condemnandum Muscatell. pag.mihi 13.n.47.

XIX.

Cum non constat de corpore delicti.

COnfessio de homicidio facto non sufficit nisi constet de corpore mortuo, Muscatell.pag.mihi 27.n.10.& 26.

XX.

De Confess. cui natura repugnat.

COnfessioni cui natura repugnat, haud standum est,nec ei,quæ verisimilis non est,l. si is, §. vlt. ff. de interrogat. act. c. quia verisimile, de præsump. Simanc. Enchirid. tit.29. de confess. n. 3.

XXI.

De Torto an sit retorquendus.

COnfessionem factam in tormentis reuocans si sufficienter fuit tortus,& reuocet est dimittendus, si non fuit sufficiẽter tortus, est retorquendus, Director. Inquisit. 3. par. pag.mihi 485. comm. 39.

XXII.

Confessio quando reuocanda.

COnfessionis reuocatio non admittitur, vt supra dictum est, nisi docto de errore, etiam quod sit sponte facta,l.de ætate,§. fin. ff.de interrogat.act. Brun.de indit.n.7.q.6.2. par. principalis, Bos.tit. de tortu. num. 49. Verum d. confessio reuocari potest etiã quãdo persuasione Aduersarij,& sub spe veniæ, & impunitatis fuit facta, tenet Alex. cons. 47.n.16. lib.1. Hippoll.1.5.quæstioni n.12. de quæst. vbi dicit, quod sicut iuramentum dolo extortũ non potest nocere iuranti, ideo eadem ratione confessio dolo extorta non debet nocere confitenti,immo si d. confessio incontinenti reuocetur, non requiritur erroris probatio, Bos.tit.de confess.n.66. immo d.confessio potest reuocari si metu tormentorum fuit facta,idem Bos.tit.eo.n. 73.

XXIII.

Confessio in tortura quam sit probatio,

COnfessio facta in tortura non est nisi semiplena probatio, Bal.in l. bonæ fidei, vers.item quæro de confessione facta in tormentis, C. de reb. credit. per Glos. in l. 2. de custo.reo. ideo sicut inditia alia, quæ faciunt semiplenam probationem regulariter purgantur per tormenta, ita,& hoc Bart.in l.fin. ff.de qæst. & hoc intelligitur, quando Reus

ipsam

eum inquiritur, quod percussit Sempronium in collo, & probatur quod in facie, potest ferri sententia condemnatoria, quando probetur per confessionem Rei, quia ibi non curamus modum, & formam accusandi, vel inquirendi. vt post not. per Innoc. in c. cum super, extra de confess. & in c. per inquisitionẽ,
4 extra de electio. licet quando probetur per testes id quod includitur in accusatione non possit includi in probatione, quia esset impertinens; Vnde ad propositum factum est iterabile, & ad positionem vnius, non sequitur positio alterius. Vnde cum sententia absolutoria non pariat executionem rei iudicatæ super altero, sequitur merito quod condẽnatoria non potest ferri, quia non includit in hoc iudicio, nec super eo fuit lis contestata, & plus dicit Bald. quod istæ probationes in alio iudicio nõ probãt, quia apparẽt receptæ lite nõ cõtestata, cũ alia lege sit cautũ, & alia lege sit probatũ, tandẽ allegat not. per Bart. l. denunciasse, §. quod tamen. ff. de adult. & recte dabat mirabilẽ istam limitationem.
5 Vt confessio sit tantæ efficaciæ quod si libellus sit ineptus, vel processus sit ineptus, tamẽ probatio facta per confessionem operatur hoc, quod sententia condemnatoria potest ferri super eo, quod non fuerat deductum à principio, & est maxima limitatio ad dicta Bart. & aliorum d. l. denunciasse. §. quod tamẽ in princ. de adulter. Immo Angel. dicebat, quod Bart. multum eleganter loquebatur, August. de Angel. tract. malef. in verb. qui D.
6 Iudex num. 8. Nec mirum quia confessio Rei inter omnia probationum genera primum obtinet locum, l. proinde la 2. in fin. ff. ad l. Aquil. Director. Inquisit. 3. par. pagina mihi
7 445. comm. 27. col. 1. Quin etiam in crimine hæresis ipsa sola sufficit ad condemnandum, Ratio est, quia cum hæresis crimen mẽte concipiatur, & in animo lateat, plerunque non potest aliter probari, quam per propriã confessionem, Bald. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cleric. quam sequitur Felin. in cap. audītis de prescript. & Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notab. 2. & Franc. de Ponzinib. tract. de lamijs n. 32. & 70. quia superfluum videtur esse concedere defensiones Reo ad dicen. cõtra testes quoties de delicto constat per propriam confessionem, ita Vmbertus Coratus in opere iudiciali verb. defensiones. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 447. comm. 28. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confessio spontanea non reuocata sufficit ad condemnandum.*

2 *Etiamsi non constet de delicto.*

CAPVT II.

De Confessione spontanea.

1 Confessio spontanea si non fuit reuocata sufficit ad condemnandum absque alia
2 ratificatione Boss. tit. de confess. nu. 2. Immo etiam si non constet de delicto, idem. Boss. eo. tit. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Confessus qualificatiuè torqueri potest ad veritatem eruendam.*

2 *Confessio qualificata potest acceptari reiecta qualitate: limita si habet præsumptiones iuris contra se.*

3 *Confessio ex contumacia intelligitur etiam respectu qualitatum.*

CAPVT III.

De confessione qualificata.

1 Confessio qualificata facta ex qualitate, quæ tendit ad variationem, seu diminutionem delicti qualiter noceat, vide Boss. tit. de confess. nu. 24. sed confessus qualificati ad eruendam veritatem torqueri potest, idẽ
2 Boss. d. tit. num. 27. & dicta confessio facta cum aliqua qualitate potest acceptari reiecta qualitate, si is, qui confitetur habeat præsumptionem iuris contra se, Boss. tit. de part. suppos. num. 17. Additur etiam, quod confessio
3 facta proueniens ex contumacia intelligitur etiam respectu qualitatum Boss. tit. de banni nullit. num. 4.

CAPVT IV.

Quæ accusatio non admittatur.

Confessus cum excusatione licet possit se excusare ex interuallo, non tamen potest ea excusatione, quæ perimit confessionẽ, Boss. tit. de confess. num. 34.

CAPVT V.

Confessum non appellare.

Quoad confessionem factam in iure dicitur quod talis confessus non auditur appellans Gloss. singul. verb. vel. de quo, in c. Romana de appell. lib. 6. Gemin. super d. Glos. vbi dicit, quod in confessis nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando l. proinde la 2. in fin. ff. ad l. Aquil. & Gloss. 2. in c. 1. de accus. lib. 6. & facit c. per tuas de probat. Lucer. Inquisit. in verbi accusatio. num. 12.

CAPVT VI.

An & qua confessio probetur per vnicum testem remissiuè.

Confessio facta pro parte absente an probetur per vnum testem, vide Ioseph. Ludou. decis. 9. nu. 16. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Confessio incidenter facta non sufficit ad condemnandum.*

2 *Fallit quando tangit crimen quod est principaliter deductum.*

CAPVT VII.

De Confessione incidenter facta.

1 Confessio facta principaliter sufficit ad condemnandum, secus si incidenter,
2 Bos. tit. de confess. num. 41. tamen confessus incidenter punitur quando confessio tangit crimen, quod principaliter est deductum Bos. d. tit. num. 42.

CAPVT VIII.

De Confessione geminata remissiuè.

Quoad confessionem geminatam vide Ioseph. Ludou. decis. 9. nu. 18.

CAPVT IX.

Quod confessio falsi in iudicio ciuili noceat in criminali.

Confessio facta de falsitate super exceptione per Reum in iudicio ciuili proposita nocet in iudicio criminali, Bos. tit. quomodo procedatur per except.

SVMMARIVM.

1 *Confessus non potest reuocare confessionem.*

2 *Si reuocatur error allegandus est.*

3 *in crimine hæresis non licet reuocare confessionem.*

Ratio.

4 *Fallit remissiuè.*

5 *Confessus vi tormentorum, & altero die reuocans confessionem, an ob id iterum torqueri possit remissiuè.*

6 *An bis tortus, bis confessus, & reuocans confessionem tertio possit torqueri.*

CAPVT X.

De Confessione non reuocanda.

1 Confessus non potest reuocare suam confessionem, præcipuè si deliberatè confessus est, & non calore iracundiæ Innoc. in c. per inquisitionem de elec. Gemin. in c. 1 de
2 accusat. circa princip. & vbi reuocatur error allegandus est, Bos. tit. de confess. num. 64.
3 Immo dicitur, quod Reo præcipue in crimine hæresis, iuxta iuris regulam confessionem reuocare non licet, namque nimis indignum est vt quod sua quisque voce fassus est, id reuocet, ac sibi ipsi aduerseíur, & eo magis, quia prima confessio solet esse iurata, l. generali, C. de non num. pec. l. 1. C. de confess. licet aliquibus casibus reuocari possit, Simāc Euchirid. tit. 29. de confessi nu. 4. & seq. Imò dicitur, quod confessio in crimine hæresis reuocari non potest post actum pœnitentiam, sed confessus puniri potest, vt impenitens, vel certe tanquam temerarius. Argum. l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. l. si duo Patroni, §. vlt de iureiur. Galder cons. 2. de hæret. idem Simanc. d. tit. num. 4. & seq.
5 Quin etiam confitens vi tormentorum, & cō fessionem altero die reuocans an ob id iterū tor-

torqueri possit, Vide eundem Simanc. in Enchirid. tit. 52. de torment. nu. 43. Immo confessionem reuocans bis tortus, bis confitens, An tertio sit torquẽdus vide eundem Simãc. d. tit. & d. n. ac etiam seqq.

SVMMARIVM.

1 *Confessio reuocata in duplicationibus non attenditur.*
2 *Quando fiat confessus indignus beneficio reuocationis.*
3 *In continenti acceptata non potest reuocari.*

CAPVT XI.

De confessione reuocata in duplicationibus.

1 Confessio reuocata in duplicationibus non attenditur. Dy. in l. non fatetur, ff. de confess. Cyn. Bar. l. error, C. de iur. & fact. ignor. Soc. Iun. conf. 3. n. 2. Egid. Bella. decis. 693. Vulpell. consil. 92. nu. 10. & 11. maximè
2 quando Reus negare audeat ea, quæ Iudice dictante scripta fuerunt, quia vti mendax reuocationis beneficio indignus efficitur, iuxta not. l. cum qui, ff. de iureiur. & maximè etiam quando incontinenti eam acceptauit; & ad sui commodum allegauit Alcia. de præsump. reg. 3. præs. 21. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Confessio coram incompetente quãdo valeat.*
2 *Quando non possit reuocari.*
3 *Valet vt extraiudicialis.*
4 *An faciat inditium ad torturam remissiuè.*

CAPVT XII.

De confessione coram incompetente.

1 Confessio facta coram Iudice incopetente valet vbi iurisdictio est proroga-
2 bilis Boss. tit. de confess. num. 52. immo d. confessio reuocari non potest nisi facta plena probatione erroris Boss. tit. eo. n. 55. Quin
3 immo non est nulla, sed valet vt confessio
4 extraiudicialis Boss. d. tit. num. 56. & an faciat inditium ad torturã, vide Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. sed hæc quæro Director, inquisit. 3. par. pag. mihi 599. col. 2.

SVMMARIVM

1 *Confessio sacramentalis non prodest ad minuendam, vel euitandam pœnam in iudicio contensioso,*
2 *Qua pœna in blasphemantes.*

CAPVT XIII.

De confessione sacramentali.

1 Confessio pœnitentialis non debet attẽdi, quia v. g. blasphemanti nõ prodest pax à Parocho habita; si pœna, propter pacẽ minuatur, quia non est in quotidiana praxi namque effectus temporalis pœnæ & pœnitentiæ tendunt ad diuersa, & vnus cum altero non contunditur Glos. c. de his de accusat. Nec probari vidi, quod absolutio in pœnitentiali foro facta per omnia eundem effectum operetur quem in iudiciali & cõtra Bart. cons. 167. incip. Minister fratrum de Obseruãt a reperi. Ball. l. iusiurandi, ff. de iure iur. & in l. accusationem, C. de his qui accus. non poss. n. 6. Catald. Scind. n. 131. & à dicto Bart. dissentientes. Credo tamen Statuti Verba casum hunc non comprehendere, & blasphemantes Statuti beneficio non gaudere, Flor. l. 2. C. de. reb. & in odium blasphemantium facile admittendum, in quos ne dum statuta omnia animaduertunt, sed ius ciuile etiam pœna mortis, Vulpel. q. 26. n. 2.

SVMMARIVM.

1 *Confessus, & conuictus non appellat.*
2 *Declara.*

CAPVT XIV.

Confessus, & conuictus non appellat.

1 In confessione facta à confesso, & conuicto non datur appellandi locus, Bal. l.
2 obseruare n. 11. C. quorum appell. non recip. dicens, quod quis, aut est confessus, & conuictus, & tunc non potest Iudex appellationem admittere etiam si velit, iuxta text. ibi, aut est confessus tantum, & sponte, & potest si velit appellationi deferri, & sententiam priusquam inhibeatur, executioni mãdare, & ita consuetudine seruari idemmet sentit in l. 1. num. 24. C. de confess. in l. 1. n. 10. C. ne ex delict. defunct. Vulpell. consil. 137. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confessio quam minis seu pollicitationibus facta valeat.*
2 *Confessus ex sola promissione impunitatis re uocans confessionem mitius torquetur.*
3 *Quid si perseueret.*

CAPVT XV.

De Confessione ex minis vel pollicitationibus.

1 Confessio extorta per Iudicem minis, seu polliciationibus valet, nec reuocari potest, si mille illæ, vel pollicitatio facta sit, vt diceret veritatem, secus si.in specie, vt dicat, vel tale qqid cõfiteatur, Boss.tit.de exam. reo. num. 17. Immo d.confessio est valida, siue Iudex illi prius dixerit, vt narret veritatẽ quia nihil mali sibi eueniret, siue dixerit, ꝙ liberabitur, si vltra non processit dolose agẽdo, Boss.tit.de confess.per tortu.n.13. immo confessus nõ præcedentibus inditijs, sed præcedẽte ꝓ nissione impunitatis à Iudice facta, si reuocauerit cõfessionẽ mitius torqueri de-
2 bet, idẽ Boss.d.tit.n.15. Quin etiã cõfessus sub promissione impunitatis cum perseuerantia si appareat, quod sub spe illius impunitatis non sequatur perseuerantia, valet ipsius cõfessio, Boss.eo.tit.num.18. & quando dolo, & artibus Iudicis eius confessio extorta fuit secuta postea reuocatione potens est ad torturam, sicut confessio tormentis extorta, & postea reuocata Boss.eo.tit.nu.21. & quando etiam d.confessio non est omnino nitida, & clara sequitur potius tortura, quam aliter, Boss.ibid.num.22.

CAPVT XVI.

Qua confessio delicti, quod non dimittit signum sufficiat ad pœnam ordinariam.

Confessio delicti quod signum non dimittit vbi præcessit inditium dicti delicti, & delinquentis sufficit ad pœnam ordinariam Boss.tit.de delict.num.19.

SVMMARIVM.

1 *Negans prauam intentionem non est audiendus.*
2 *voluntatis quæstio non admittitur vbi non est verborum ambiguitas.*
3 *Quid in crimine hæresis.*

CAPVT XVII.

De confesso negante malam intentionem.

1 Confitens in crimine hæresis, & etiam in alijs criminibus factum, sed prauam intentionem negans, non est audiendus, quia in maledictis, vel factis præsumitur malus animus, & nemo credendus est dixisse, quod prius non mente agitauerit, & quãdo in ver-
2 bis non est ambiguitas non admittitur voluntatis quæstio l.si non conuicij, C.de iniur. l.labeo, ff.de supellect. legat.l.ille, aut ille de legat.3.Simanc.Enchirid.d.tit.29. de cõfess. num.7. Additur etiam quod confitens se dixisse, vel scripsisse hæresim, si negat intentionem impiam, nisi probabilem excusationem afferat torturæ subijci potest; nihil forte sit plene conuictus Card.in Clem.vlt.de vsuris, Albert.in de assertio, Cathol.q 36.in fin. Simanc.Enchirid.tit.52.de torment.nu.27.

SVMMARIVM.

1 *Confitens de se in crimine lesæ maiestatis creditur contra socios.*
2 *Amplia in crimine hæresis.*

CAPVT XVIII.

Qua confessio de se prætudicat socijs.

Confitens de se in crimine læsæ maiestatis creditur contra socios Glos. 2.c.1. de confess.& probatur per eundem tex.& in Gloss.1.c.nemini is,q. 3. iuncto text. Quapropter à fortiori debet confitenti de se credi contra socios, etiam in crimine hæresis, quod est grauius c.vergentis de hæret.& propterea hoc est speciale in fidei fauorem quod socij criminis admittantur contra socios, text.est in c.in fidei de hæret.lib.6. Lucer.Inquisit.in d.verb.confessio nu.8.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis plenè probata semiplenam facit probationem,*
2 *Sufficit ad torturam.*
3 *Etiamsi non contineat locum. & tempus.*
4 *Nec reuocari potest, nisi facta plena probatione erroris.*

5 Cum

5 *Cum alijs verisimilibus sufficit ad sententiam.*

CAPVT XIX.

De confessione extraiudiciali plene probata.

1 Confessio extraiudicialis in criminalibus, & particulariter in crimine hæresis si est plene probata, quia semiplenam facit probationem sufficit ad torturam, l. vlt. ff. de interrogat. Glos. recept. in l. capite quinto, ff. de adult. vbi Bart. Rainerius, Angel. & communiter DD. Bart. in l. fin. nu. 6. ff. de quæst. & cæteri quos refert Anton. Gomez. tom. 3 var. resolut. c. 13. n. 8. & seq. & Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. confessio extraiudicialis, & Carrer. in prac. crim. num. 21. vers. septimum indicium, Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 599. col. 1. vbi videre poteris exempla ibi apposita. omnes in l. vlt. ff. de quæst. & in c. at si clerici de iudic. Simanc. Enchirid.
3 tit. 52. de torment. nu. 15. Immo sufficit ad torturam, & si non contineat locum, & tempus, Boss. tit. de confess. n. 45. & 57. & reuo-
4 cari non potest nisi facta plena probatione
5 erroris, Idem Boss. eo. tit. nu. 55. Immo cum alijs verisimilitudinibus sufficit ad sententiã, idem Boss. tit. de conuict. n. 32.

CAPVT XX.

Confessio non exigit perseuerantiam.

Quoad confessionem factam in criminalibus, & maximè in crimine heresis dicitur, quod non exigitur perseuerantia, vt in l. si confessus, ff. de custo. & exhib. reo. & in c. 2. de confess. & hoc secundum Panor. est mente tenendum Lucer. Inquisit. in verb. confess. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in crimine hæresis purgat omne vitium, & ineptitudinem processus.*
2 *Quando procedat remissiuè.*
3 *Ratio.*

CAPVT XXI.

De Confessionis effectu purgante vitium processus.

1 Confessio in crimine hæresis purgat omne vitium, & ineptitudinem processus, vt in c. pen. de accus. lib. 6. & in c. Pisanis de restit. spol. Ang. de malef. clausula comparuerunt de inquisitio. col. 8. & quando procedat, vide Boss. tit. de confess. num. 40.
2 Immo quamuis libellus fuerit ineptè factus, confessus potest condemnari, Bal. in l. 2. ad fin. C. de re iudic. Innoc. in c. qualiter, & quã do il 2. de accusat. vbi dicit, quod confessio non curat ineptitudinem iudicij, Panor. in c. at si clerici de iudic. Glos. 1. Lucer. Inquisit. in verb. confessio n. 1. & ibi in annotat. allegatur Simanc. de Cathol. instit. tit. 13. de cõfess. Anton. Gomez. tom. 3. de delic. c. 12.
3 Clar. q. 21. & 55. Ratio est, quia per confessionem crimen factum est notorium, c. 1. de cohabit. Cler. Gemin. in d. c. de accus. circa princip. & d. Angel. lib. eo. clausula qui D. Iudex Addit. col. 4. ibi, secundo limitabat Lucer. Inquisit. in verb. confessio n. 2.

CAPVT. XXII.

Ineptus processus non impedit condemnationem in hæresis confessione.

Confessio facta in crimine hæresis antequam sit factus processus etiamsi d. processus sit ineptus sufficit ad condemnationem. Ang. de malef. clausula comparuerunt dd. Inquisiti col. 8. in fin. Addit seq. facit ad hoc Glos. 2. in c. 1. de accus. Lucer. Inquisit. in verb. confessio nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confessus interrogari potest de complicibus in omni delicto.*
2 *Immo non interrogatus tenetur eos indicare.*

CAPVT XXIII.

De interrogatione de socijs.

1 Circa confessionem factam ab aliquo de se ipso in crimine hæresis, dicitur, quod de participibus, seu socijs criminis interrogari debet, nam si in alijs criminibus nõ ita Reip. perniciosus id facere licet multo magis dicebit in hæresi, & hoc vsu frequenti receptum est Bal. cons. 95. lib. 5. Driod. lib. 1. de libertate Christiana, Sot. de ratione tegendi secretũ
2 memb. 2. q. 6. Immo etiam non interrogatus socios criminis indicare tenetur, alioquin nõ bona videtur eorum confessio, Simanc. Enchirid. tit. 29. de confess. n. 21. & seq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio in haeresi non praecedentibus inditijs vera habetur.*

2 *Etiamsi dicatur per torturā extorta. Nec cōstet de tortura.*

CAPVT XXIV.

De confessione in haeresi non praecedentibus inditijs.

1 CONfessus in crimine hæresis non præcedentibus inditijs habetur pro verè cōfesso, Lucer. Inquisit. in d. verb. confessio nu.
2 9. Quin etiam d. confessus non præcedentibus inditijs, si asserat se per torturam confessum fuisse, & non appareat se tortura præsu-
3 mitur sponte confessus, nisi qualitas Iudicis repugnet. Boss. tit. de confess. num. 74.

SVMMARIVM.

1 *Confessio metu tormentorum non dicitur facta extra locum tormentorum.*

2 *Etiam quod minae torquendi essent illata.*

3 *Etiam quod Reus sit conductus ad locum tormentorum.*

4 *Confessio metu tormentorum praecedentibus inditijs cum perseuerantia sufficit ad condemnationem.*

5 *Non potest dari certa doctrina, utrum dicatur metu tormentorum.*

6 *Dicens se confessum metu tormentorum non auditur sine alia tortura.*

7 *Confessio facta per terrorem sine ratificatione an sit valida.*

8 *Quando procedat regula quod paria sunt terror, & tortura.*

CAPVT XXV.

De confessione metu tormentorum.

CONfessio emanata metu tormentorum, licet esset inualida, tamen non dicitur propriè illata, Boss. tit. de tortu. num. 3.
1 Immo confessus metu tormentorum non dicitur quando esset extra locum tormentorū in loco vbi solummodo fiant examina, etiā
2 minę torquēdi essēt illatę Boss. eo. tit. n. 4. Immo confessus metu tormentorum non dicitur qui conductus solum ad locum tormē-
3 torum confessus est, licet Iudex non soleat ad illum locum conducere nisi eos, quos tor
4 quere vellet Boss. d. tit. n. 8. Immo confessio metu tormentorum facta vbi præcedebant inditia, cum perseuerantia sufficit ad sententiam condemnatoriam, Boss. tit. de confess.
5 per tortu. n. 1. Ceterum illud animaduertendum est, quod confessio vt metu tormētorū facta dicatur, non potest certa doctrina dari propter varietatem personarum, quarum aliquæ debilis animi sunt, aliquæ non. Boss. tit. de tortu. n. 33. etsi confessus diceret se metu tormentorum confessus, & tamen non appareat de tormento illato, an præsumatur pro
6 eo, Boss. remissiuè d. tit. nu. 24. eo amplius confessus asserens se metu tormentorum cōfessum non auditur sine alia tortura, quia ita præsumitur vel ex defectu inditiorum, vel
7 aliter, Boss. eo. tit. n. 50. Verum vltra supradicta ad maiorem intelligentiam, quod confessio facta per terrorem, & comminationem absque ratificatione, an sit valida, & fidem faciat, dicitur, quod aut terror, & comminatio realis est, & actui propinqua, vt pote, cū Reus accusatus, vel inquisitus erat ligatus, vel spoliatus prope tormentum, aut fere in loco tormentorum, aut terror remotus est à tormento, & verbis tantum illatus per Iudicem committentem Reo se miris modis eū excruciaturum, nisi veritatem fateatur. Si primo modo per terrorem extracta sit confessio, tunc nō valebit sine ratificatione, quia paria sunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum, Bald. in l. nouissimè, ff. quod fals. tutore auctore, quem refert Raphael Cumanus, idem Bal. in l. interpositas, C. de transact. tradit Gand. tract. de malef. in rubr. de quæst. vers. quę confessio dicatur facta metu tormentorum, & hæc sententia vera est, tuta, & obseruanda. Hoc ergo casu, vt confessio valeat ratificatio cum perseuerātia exigitur, perinde ac si in tormentis esset facta siū autē perterrefactus. Secundo modo confiteatur, tunc valet confessio sine ratificatione, & tanquam sine tormentis, & spontanea censeri
8 debet. Nam regula, quæ dicit, paria esse torturam, & terrorem, de qua Bal. in d. l. nouissimè, ff. quod fals. tuto. acto. locum habet in terrore primi generis, qui actui propinquus est, vt vere annotauit Anton. Gomez. 3. tom. var. resol. c. 13. num. 4. vers. & ita debet procedere, tenet Bar. in l. 1. §. Diuus Seuerus n. 2. ff. de quæst. Gand. trac. de malef. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 39.

CA-

CAPVT XXVI.

De confessione ratificanda, vel non.

Confessio facta sine tortura non oportet reiterari, sed quæ fuit facta in tortura, ita vt puta si erat ligatus in tortura, vel ante torturam ductus, vel āte torturam spoliatus, & oportet ratificari ad bancum, & debet tortus per vnam diem naturalem quiescere post torturam antequam ducatur ad ratificandū. Angel. de malef. in verb. fama publica col. 4. ibi postquam aliquis Lucer. inquisit. in verb. confessio n. 10.

CAPVT XXVII.

Confessio præcedentibus inditijs an reuocabilis.

Confessus sine tortura, contra quem erant inditia ad torturam, an possit reuocare confessionem vel non, est in arbitrio Iudicis, Boss. tit. de confess. n. 79.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in tormentis si reuocatur reperitur tortura.*
2 *Confessus in tormentis precedente confessione extraiudiciali potest condemnari.*
3 *Sufficit ad sententiā sine perseuerātia iuncta verisimilitudine facti.*
4 *Quando sufficiat ad veritatem.*
5 *Quanto tempore postea sit verificanda.*

CAPVT XXVIII.

Quando in confessione requiratur perseuerantia.

1 Confessio emanata in tormentis si reuocetur iterum tortura reperitur, & con-
2 fessus cogitur perseuerare, Boss. tit. de confess. nu. 58. Immo confessus legitime per tormenta præcedente confessione extraiudiciali potest condemnari Boss. eo. tit. num. 33.
3 Eo amplius sicut confessio facta legitimè per tormēta iuncta facti verisimilitudine, licet non adsit perseuerantia sufficit ad sentētiam,
4 Boss. tit. de conuict. nu. 31. Ita pariter confessio facta in tortura vel cum perseuerātia, vel cum alio adminiculo sufficit ad veritatem, Boss. tit. de confess. per tortu. nu. 3. Illudque
5 etiam animaduertendum est, quod dicta cōfessio ratificari debet spatio vnius diei naturalis, sed benignius est, vt hæc ratificatio fiat post duos, vel tres dies postquā fuit inflicta tortura, ne adhuc tormentorum dolor, & vehemēs animi perturbatio durare videatur, Direct. Inquisit. 3. par. pag. mihi 485. comm. 39. col. 1. Et quibus obseruatis quid fieri debeat, & qualis modus interrogationis in hoc casu esse debeat, vide ibidem.

NOTANDA.

I.

Confessum pro iudicato.

Confessus pro iudicato habetur, quia quodammodo sua sententia damnatur; Vnde illud Euangelij confessis Reis dici potest, ex ore tuo te iudicio, Luc. 19. l. 1. & l. 3. ff. de confess. Simanc. Enchirid. tit. 25. de comprehen. num. 1. & seq. Immo confessus etiam non præcedentibus inditijs in crimine hæresis habetur pro vere confesso Lucer. Inquisit. in verb. confessio nu. 11.

II.

De Confessione generali.

Confessio omnis non plene prodest, vel nocet, nam confessio generalis, & incerta efficax non est ad integram probationē vrgeri tamen Reus debet vt certum fiteatur, l. certum, ff. de confess. Simanc. Enchirid. tit. 29. de confess. n. 2.

III.

Sumendum contra Reum, & quando.

Ex confessione alicuius capitur illud, qđ contra eum est, & non id, quod pro eo eligi potest, & hoc quando insurgit mala præsumptio cōtra illud quod fuit pro eo Panor. in c. cum venissent de instit. Lucer. Inquisit. in verb. confessio n. 6.

IV.

De efficacia confessionis.

1 Confessio Rei est tantæ efficaciæ, & potentiæ, quod facta etiam coram Iudice incompetente, vt supra dictum est, confessus tenetur

tenetur illam confirmare coram Iudice competente, Innoc. in c. At si clerici de iudic. & hoc præcipuè si ex tali confessione orta est suspicio, vel infamia, Angel. de malef. in verb. comparuerunt dd. Inquisiti col. 11. Innoc. in c. inquisitionem, de elect. & Anton. Butr. in d. c. At si clerici, Lucer. Inquisit. ibidem n. 7.

V.

De efficacia confessionis.

2 Confessio in criminalibus inducit probationem etiam quoad pœnæ impositionẽ, licet ordo iudiciarius non fuerit seruatus; Vnde potest confesso imponi pœna quantũcũque grauior, Innoc. in c. qualiter, & quãdo de accus. 1. col. 3. & sic patet quod confessio non læditur ex inutili instantia iudicij, vel ex ommissione ordinis iudiciarij, vt Gemin. in c. accusatus de hæret. lib. 6. in princ. de hoc supra eodem verbo, §. 2. & 4. Lucer. d. verb. num. 8.

VI.

De efficacia confessionis.

3 Confessio notorium inducit, Bosi. tit. de confess. n. 8.

VII.

De efficacia confessionis.

4 Confitens mandatum ad homicidiũ non excusatur, etiam quod mandatarius compareat, & neget, mandantem aliquid mãdasse, vel dicat se motu proprio fecisse, Bosi. de delict. nu. 50.

Et hæc pro huiusmodi materia ad fauorẽ Fisci pro nunc sufficiant.

L A V S D E O.

MACERATAE. M. DC. XXX.

EX TYPOGRAPHIA IO. BAPTISTÆ BONOMI.

CVM LICENTIA DD. SVPERIORVM.